

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [1] - -


Leibn Marg. 48



Niedersächsische
Landesbibliothek
Hannover
Am Archiv 1


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [2] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [3] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [4] - -

GÆOGRAPHIA CURIOSA.

Seu de

PAGIS

ANTIQUÆ PRÆSERTIM GERMANIÆ COMMENTARIUS;

Omnibus Hiſtoriarum & Antiquitatum Germanicarum Scrutatoribus *utilis ac neceſſarius*,

Ex variis Scriptoribus vetuſtisque Tabulis collectus & editus,

cum inſigni appendice,

cujus contenta pagina verſa dabit.





CHRISTIANI FRANCISCI PAULLINI.

Francofurti ad Mœnum,
Impenſis FRIDERICI KNOCHII.

Anno M DC XCIX.

BIBLIOTHECA REGIA HANNOVERANA

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [5] - -

Contenta Appendicis.

I. Caſp. Henrici Graunii *Dalemincia* Slavorum, ex Antiquitate Miſnica eruta.

II. Vita B. *VValtgeri*, Illuſtrium Comitum Herfordienſium in Weſtfalia ultimi, è vetuſta membrana edita.

III. Hiſtoria Nobilis Secularisque Virginum Collegii *Visbeccenſis*, Diœceſ. olim Mindenſis, variis chartis Imperatorum, Pontificum, aliorumque, nec non diverſis memorabilibus, gratis antiquitatibus, jucundisque digreſſionibus illuſtrata & aucta, innexo Anonymi fragmento chronici ejusdem Congregationis.

IV. D. Chriſtiani Knautii, Archiatri Anhaltini, *Antiquitates Pagorum & Comitatuum* Principatûs Anhaltini, ex antiquis & per illuſtribus rerum monumentis erutæ, & quàm plurimis Diplomatis, nunquàm antea viſis, illuſtratæ.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1:ZEN Leibn. Marg. 48, [6] - -

VIRO ILLUSTRI,
DOMINO
HENRICO
GÜNTHERO THÜ-
LEMARIO,
JC^TO CELEBRATISSIMO,
SACRÆ CÆS. MAJ. CONSI-
LIAR. ET COM. PALAT. SPLEN-
DIDISSIMO, NEC NON DIVERS. S. R. I.
PRINCIPP. ET STAT. A CONSILIIS
SECRETIORIBUS,
DOMINO ET FAUTORI
PL. VENERANDO,
HOC,
QVICQVID EST OPELLÆ,
IN BONÆ MENTIS OBSIDEM
D. C. Q.
C. F. P.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [7] - -

VENERANDE LECTOR.

Græographiam curiosam modestæ tuæ censuræ hîc sisto. *Gæographiam*, ajo, i. e. *pagorum* descriptionem, priscæ cunprimis Germaniæ, quos Grajiγαῖας vocant, eamque *curiosam*, quòd singulari, curâ studioque istos è melioris monetæ Scriptoribus tabulisque antiquis collectos aliquando auxerim & illustrârim. Sveviæ pagos descripsisse legitur *Henricus Bebelius*, Justingensis Svevus, abs Eruditis magni ideò æstimatus. Quod opusculum inter Miscellanea ejus (*a*) reperitur, nunquam tamen à me visum. Licèt enim anxiè ubivis ut quæsiverim, nusquam tamen inveni. Calcavit vestigia Bebeliana *Marquardus Freherus*, Consiliarius Archi-Palatinus, eorumque *superioris Germaniæ pagorum*, qui sub *Pipino*, *Carolo M.* & *Ludovico* Regibus noti erant, quotquot quidem ipse ex antiquissimis & incorruptis ævi istius Monumentis eruere potuit, indicem quendam contexuit, LXXXI. complectentem, sed indicem aliquando tantùm, nonnullos tamen fusissimè exposuit. Promisit quidem omnium *pagorum* istorum, imò plurium, per Provincias dispositionem tabulâ chronographicâ exhibere, quam verò mihi videre haud licuit. Sunt, qui suspicantur, MStum cum ceteris Augustæ, quæ *Wolffenbytteli* est, Bibliothecæ illatum fuisse, quòd omnem suppellectilem librariam *Freherianam* Prudentissimus & Eruditissimus AUGUSTUS, Brunsvic. & Lyneburg. Dux, sibi comparârit. Fidem autem fecit Excellentissimus *Leibnizius Tenzelio* nostro, nec volam, nec vestigium istius codicilli ibi esse. Hujus industriâ accensus *Henricus Meibomius*, Senior, Philosophus, Poëta & Historicus in illustri, quæ Helmstadî est, Universitate, *Septentrionalis Germaniæ pagos* CIV. ex mediæ ætatis rerum Germanicarum Scriptoribus & Cæsareis Diplomatibus congestos, nobis dedit; à Nepote Ejus, quem Musa vetabit mori, tertio Rerum Germanicarum Tomo non ita pridem repetitos. Eundem tramitem cucurrit *Hadrianus Valesius*, venustioris ingenii Historicus, qui *Notitiæ suæ Galliarum* multos innexuit pagos, tàm Gallicos, quàm Germanicos, cum bella & curiosa exegesi. Exhibuit etiam D. *Caspar. Sagittarius*, Professor nuper in Inclyta nostra Salana & Historicus Ducalis Saxonicus, (*b*) syllabum aliquot *pagorum* numero CXXIX. in veteribus Scriptoribus Francicis repertorum, quos licèt antea tantùm non omnes meos fecerim, multos etiam *Valesius* prolixiùs explicet, gratissimum tamen fuit, quòd D. D. *Joann. Andreas Schmied*,

S. Th.

(*a*) Anno 1510. in fol. edit. (*b*) L. IV. Antiquit. Ducat. Thuring. c. 2, §. 2.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1:ZEN Leibn. Marg. 48, [8] - -

S. Th. & Antiqq. Ecclesiastic. PP. Helmstadiensis, Vir sine labe bonus, Schedas *Sagittarianas* mihi ultrò miserit, è quibus defectum, qui erat, supplevi. Tot igitur Miltiadum tropœa & mihi somnum ademêre, ut vestigia eorum, impari licèt passu, presserim, Antiquitatum Germanicarum amantissimus. Cùm itaque tàm *Freheriani* & *Meibomiani*, quàm nonnulli *Valesiani* & *Sagittariani pagi*, subinde accessionibus meis aucti & illustrati, sub manibus crescerent, omnes & singulos ferè in unum congessi volumen, adjectis à me multis, quorum neuter illorum meminerat, ut scipionis instar mihi in tenebris ambulanti deservirent, noctibusque meis lucem affunderent, ne oleum & operam perderem. Quod *laboris candorisq;* mei specimen cùm pleniùs intelligerent Eruditi, idque probarent, sua aliquando addentes Symbola, amicè monebant, ut luci *exponerem publicæ. Mihi jussa capessere fas erat. Nec displicebit* annexa *Dalemincia Slavorum* V. CL. *Casp. Henrici Graunii*, Ordinis Philosophici in alma Leucoréa tunc Adjuncti, ex Antiquitate Misnica bonâ fide eruta. Nec mirabere, quòd Gallici, seu Francici pagi è *Valesio* subtexti sint. Cùm Commentarius hîc *pagos antiquæ* præsertim *Germaniæ* comprêndat, utique, ob affinitatem argumenti, & jus antiquum, intactos esse nolui, cunprimis quòd Autor ille non omnium teratur manibus, multos etiam ad Galliam ad Galliam suam traxerit, quos veteri Germaniæ meæ, ad quam pertinent, reddo. Ceterùm iter mihi placuit tritum, ordo putà, ùt vocant, alphabeticus, Doctis Viris, *Frehero*, *Meibomio*, *Valesio* & *Sagittario* communis, ne curiositas mea in vitio ponatur. Denique non est, Mi Lector, quòd *chronicon Spirense Falckenbergii* & *Volumen Diplomatum rariorum*, à *Knochio* nostro in catalogo Francofurtensi superiori anno promissa, præstolêre amplius. Utrumque siquidem MStum tabulario Principis Germaniæ nunc incluśum, mei juris esse desiit. Sed facilis chartæ meæ jactura. Dabo nunc integram præfationem *Meibomianam*, pagis suis Germaniæ præfixam: ea tantùm, quæ parenthesi inclusa, mea verba sunt. Quod scias velim ad evitandam confusionem. Vale, Mi Lector! Si *sapiens* sis, nunquàm sine *gaudio* eris. Gaudium verò hoc non nascitur, nisi *ex virtutum conscientia*. (*c*) Vive! utique æternùm vivas, vive lethi memor. Sic nihil unquam humile cogitabis, nec impensè cupies quicquam, monente *Epicteto*. (*d*) Scripsi *Ferrariæ Thuringorum* anno seculi ultimo MDCXCIX.

(*c*) Senec. epist. 59. (*d*) Enchirid. c. 28.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [9] - -

PRÆFATIO MEIBOMIANA,

Commentariolo ſuo præfixa.

QUi & quales apud antiquos Germanos fuerint *pagi*, prolixè explicant *Wolfgangus Lazius*, (*e*) *Joannes Aventinus*, (*f*) *Andreas Althamerus*, *Jodocus Willichius* & *Michael Beuterus*, (*g*) *Marquardus Freherus*, (*h*) *Philipp. Cluver.*, (*i*) *Reiner. Reinecc.*, (*k*) *Georg. Torquat.*, (*l*) (*Andr. Knichen*, (*m*) *D. Caſp. Sagittarius*, (*n*) *VVinckelmann*, (*o*) *Hadrian. Valeſius*, (*p*) *Autor Monum. Padeborn.* (*q*)) & alii. Quæ omnia in ſequentibus conſiſtunt. Ut Romani ſuum orbem in *Provincias*, & has in *Præfecturas*, *Præſidatus*, *colonias*, *municipia* diſtributas habuerunt: (ùt Thracia & Armenia major in *Strategias*, Judæa in *Toparchias*, Ægyptus in *Præfecturas* opidorum, vel *Nomos* ſecta erat:) ita Germania vetus (& Gallia olim) pro ſimplicitate Gentis, in *pagos* diviſa fuit. Teſtis *Julius Cæſar* (*r*) de bello Gallico, ubi ſcribit: *totam Helvetiam in* quatuor pagos *eſſe diſtinctam*. Et idem: *Treviri autem nunciabant*, pagos *centum Svevorum ad Rhenum conſediſſe*. Teſtis *Cornelius Tacitus* (*s*) his verbis: *Eliguntur in iisdem Conciliis & Principes, qui jura per* vicos pagosque *reddunt*. Meminit etiam *Ammian. Marcellin.* (*t*) (& *Sulpitius Alexander*, vetuſtus Hiſtoricus, apud *Gregor. Turonenſ.* (*u*)) *pagorum* Alamannicorum. De *pagis* veterum Saxonum ita ſcribit *VVernerus*, *Rolvincius*: (*vv*) *Regem antiqui Saxones non habebant*, *ſed per* pagos *Satrapas conſtitutos: moriſq; erat, ut ſemel in anno generale concilium agerent in media Saxonia*, *juxta fluvium* Weſeram, *ad locum*, *qui dicitur* Marklo. *Solebant ibi omnes in unum Satrapæ convenire*, *ex* pagisque *ſingulis duodecim electi nobiles*, *totidemq; liberi & laici*. *Renovabant ibi leges*, *præcipuas cauſas adjudicabant*, *& quid per annum eſſent acturi*, *ſive bello ſive in pace*, *communi decreto ſtatuebant*. Unde verſus:

Sed variis diverſa modis plebs omnis habebat
quot pagos, *tot penè Duces*, *velut unius artus*
cor-

(*o*) Comm. de Rep. Roman. L. XII. (*f*) in nomenclat. chr. Bavar. præfix. (*g*) Annotat. ad German. Com. Tacit. (*h*) in orig. Palatin. P. I c. 5. (*i*) Germ. antiq. L. I. c. 15. (*k*) not. ad Carol. M. ab Anonymo quodam carmine conſcript. (*l*) chr. Magdeb. MS. (*m*) de jure territor. c. 4. n. 191. ſeqq. (*n*) in hiſt. Bardevic. c. 1. §. 14. ſeqq. & L. IV. Antiquit. Ducat. Thuring. c. 2. §. 3. (*o*) L. II. Sax. Weſtfal. c. 3. (*p*) in præf. ad notit. Galliar. (*q*) edit. utr. (*r*) L. I. (*s*) L. de morib. German. c. 12. (*t*) L. XV. XVIII. & XXI. (*u*) Hiſt. Franc. L. II. c. 9. (*vv*) ut de laudib. antiq. Saxon. L. II. c. 1.

corporis in diverſa forent hinc inde revulſi:
Sed generalis habet populos diviſio ternos,
inſignita quibus Saxonia floruit olim:
nomina nunc remanent, virtus antiqua receſſit.

Et verſus quidem iſti ſunt Poëtæ ἀνωνύμε, qui hiſtoriam *Caroli M.* tempore *Arnolfi* Imp. carmine heroico perſcripſit, editus à *Reinero Reineccio.* Cave autem hîc *pagum* intelligas *vicum*, ſeu *villam*, muris ac portis carentem, quæ hodie eſt *pagi* ſignificatio: ſed *tractum*, ſive *diſtrictum* unius ditionis, vel *regionem*, *provinciam*, & populi alicujus partem. Imperator *Henricus* II. in literis anno M XIII. Werlæ datis vocat *territoria*: in *pagis quibuscunq;* vel *territoriis*. Germanis veteribus dicebantur ein Gow / unde Hennegow / Brißgow / Rhingow / imò & Naſſow / qs. Vaßgaw / ut placet *Petro Bertio.* (*x*) Hinc etiam Gowgraff / & corruptè Gograff / Præſes pagi, vel regionis alicujus. (De quibus legi meretur idem *Meibom.* (*y*) Gawrecht / autem vide ſis apud CL. *Schottelium.* (*z*) Saxonum vetuſtiſſimi *pagos* etiam vocabant Schyres / à *Scyra*, Saxonica dictione: unde apud Anglo-Saxones adhuc ſuperant *Warvvyckshyre*, *Sommerſetshyre*, *Hantshyra*, *Barckshyra*, *Nicolshyra*, *Leiceſtershyre*, & plura alia, de quibus vide *Guilielmum Camdenum*, (*a*) *Fridericum Lindenbrog.* (*b*) & *Guilielm. Lambardum*; (c) Helvetiis hodie pagi dicuntur *Cantones*: item ort, communiter eine Pflege / à *plaga*, Revier / à rivo; Strich / à *diſtrictu*, vocabulis Latinis. *Diſtrictus* verò *minores* reſpectu majorum *pagelli* dicebantur. Ita *Ludovicus* Senior, *Caroli Craſſi* Pater, in diplomate, quod *Bartholomæus Scobingerus* adducit in *additionibus ad Joachimi Vadiani Antiquitates*: pagus *etiam Vroniæ, quem &* pagellum *vocant.* Et *Frideric.* I. in Bulla quam habent Antiquitates Fuldenſes, à *Piſtorio* editæ. (*d*) *Termini autem* pagelli, *qui dicitur* Biſchofshorn, *aliorumq; circumquaq; commorantium populorum hi ſunt* &c. Ceterùm etymon *pagi*, ut vult *Henricus Bebelius* in *Spicilegio*, & *Georg. Fabricius Commentario ad Poëtas Chriſtianos*, aliiſque eſt ἀπὸ τῶν πηγῶν, Doricè παγῶν, i. e. *fontibus*, quod plerunq; *pagi* circa *fontium* rivos collocarentur. Unde & accolæ *pagani* dicti, quaſi ex *uno fonte* bibentes: quâ voce *Auguſtino*, *Oroſio*, & aliis gentiles appellantur, quod apud fontes ſacra peragerent, quemadmodum noſtris Heyden dicuntur, quòd in ericetis ſacrificarent. Conſtat autem, tam Saxones, quam reliquos Germanos, quoties loci alicujus ſitum exprimere voldbant, deſcribere ſolitos, in

(*x*) Geograph. L. IV. in deſcript. Naſſov. (*y*) de Irmenſul. c. 4. (*z*) de ſingularib. quibusdam & antiquis in German. jurib. cap. 12. p. 327. ſeq. (*a*) Britann. ſuæ p. 71. (*b*) gloſſar. ad LL. antiq. German. (*c*) in lexic. voc. Anglo-Saxonic. verbo: Schyr. (*d*) L. II.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [11] - -

in quo *pago*, ad quem *fluvium* is situs esset, & *pagus* in quo *Comitatu*. Sic in diplomate *Conradi Salici* Imp. *pagus Entergovv* in Comitatu *Bernhardi* Ducis: in alio ejusdem diplomate *pagus Valim* est in Comitatu *Dankmari* Comitis. In diplomate *Ottonis* II. *pagus Lidbetogovve* est in Comitatu Comitis *Bernardi*: in diplomate *Henrici* IV. *pagus Angeri* collocatur in Comitatu *Ottonis* Ducis. Vide Ecclesiæ Mindensis privilegia subjuncta chronico Mindensi à *Joanne Pistorio* evulgata. Erat enim tota Saxonia (ut omne Francorum Regnum) in Comitatus divisa, quorum Dynastæ, vel Regum Francicorum, vel post Cæsarum Saxonicorum, aliorumque ipsis succedentium Augustorum nomine, jus per *pagos* dicebant, ipsi in *burgo* aliquo, i.e. opido arcem impositam habente, residentes, in quo *mallus publicus* ie. auditorium & tribunal esset. Appellatio *pagorum* usurpari desiit circa A.C.MC. (repetitur & approbatur hoc in *Monum. Padeborn.* (*e*) & à D. *Sagittario*, (*f*) quod tamen non ita strictè accipi velim, est monitum Junioris Domini *Meibomii*, (*g*) cùm seculo XII. *pagi* vox adhuc occurrat in tabulis de Saxonicis rebus, datis à *Friderico* I. & *Henrico Leone*, alibique. Probabile ergò, hanc appellationem alibi citiùs, alibi tardiùs cessâsse,) cùm pagi in *Ducatus*, *Landgraviatus* & *Burggraviatus* migrarent, ac hereditario jure possideri inciperent. *Pagos Svevorum* descripsisse legitur *Henricus Bebelius*, qui præterea in *Superiori* fuêre *Germania*, collecti sunt à *Marquardo Frehero*, Viro genere & doctrinâ Nobilissimo, Amico nostro magno, cujus exemplo inductus hosce *Septentrionalis* nostræ *Germaniæ pagos* (ex mediæ ætatis rerum Germanicarum Scriptoribus & Cæs. Augg. diplomatis) colligere, & nonnihil illustrare volui, occasionem præbiturus aliis, quibus ad manum sunt vetera diplomata Impp. nostrorum, ut & ipsi simile quid aggrediantur.

(*e*) secund. edition. p. 143. (*f*) de Bardevico c. 1. §. 16. (*g*) in Introduct. ad Hist. Saxon. infer. p. 61.

ΣΥΝ

ΣΥΝ ΘΕΩ ΚΑΙ ΝΩ!

A.

PAGUS ABALLONENSIS. In divisione Regni à Carolo M. facta dicitur pagus *Avalensis*, si tamen falsa ea non est. In Capitulis Caroli Calvi *Avalisius*, i. e. *Avalensis* nuncupatur. Hugo Pictavinus historiam *Viceliacensis* Monasterii scripsit ante annos D., in qua epistolam *Gerardi* Comitis, ejus Fundatoris, refert, locum, vel agrum *Viceliacum* in pago *Avalense* & Regno Burgundiæ memorantis, *l' Avallonois*. (a)

ABRINCATINUS, *Abricatinus*. Nomen accepit ab *Abrincatuis* Gente, & urbe *Abrincatis*. (b)

ADRATINSIS, villæque in eo *Putialis* meminit *Mabill.* (c)

ÆTIA. Indicatur à Gregorio Turonensi verbis sequentibus: (d) *Collecto exercitu* (Arbogastes) *transgressus Rhenum, Bructeros ripæ proximos, pagum* Ætiam, *quem* Chamani *incolunt, depopulatus est, nullo unquam occurrente.* Ex quibus apparet, Cis-Rhenanos fuisse hujus pagi incolas, quippe qui *Bructeris* & *Chamavis*, quos Eruditi in Westfalia collocant, finitimi fuêre. Tacitus (e) *Chamanos* vocat *Chamavos*, quem sequitur *Ammianus Marcellinus.* (f) Turonensis enunciationem probat *Althamerus* Comment. ad locum Taciti, nec fortè abs re. Videtur enim appellatio significare *viros malos*, Kaëmänner / quales etiam dici voluerunt *Quadi*, pars Saxonum, teste *Zosimo.* (g)

AGATHENSIS. *Usuardus* in Martyrologio pagi *Agathensis* meminit, & apertè indicat, *Arauram*, sive *Cesseronem*, qui à Monasterio S. *Tiberii* Martyris nomen accepit, S. *Tuberi*, ei pago adscri-

A

(a) Hadrian. Valesi. Notit. Gall. p. 1. (b) Id. l. c. p. 2. (c) de Re diplomat. L. VI. chart. 57. (d) L. II. (e) L. de morib. Germanor. (f) L. XVII. (g) L. III. Conf. J. Neuwald, Comm. de colon. Westfal. c. 9.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [13] - -

scribi. Verba ejus sunt: IV. Idus Novembr. in territorio *Agathensi* SS. Martyrum *Tiberii*, *Modesti*, & *Florentiæ*, qui tempore Diocletiani variis tormentis cruciati martyrium complevêre. Pagus *Agathensis* incolis vocatur *Agadez*, ût *Biterrensis* ager *le Bezarez*, *Carcassonensis le Carcassez*. (*h*)

AGINNENSIS, *Aganensis*, *Agenensis*, *Aginensis*. Fredegarius & Gesta Dagoberti hunc inter pagum *Cadurcinum* & *Petrocorium* locant, vocantque *Agennensem*. Aimoinus (*i*) *Aginnensem*, Galli *l'Agenois*, vel *le pays d'Agenois*. Pars ejus pagi trans *Garumnam* posita erat in finibus Provinciæ *Novempopulanæ*, vel *Vasconiæ* circa Condomium. Quippe in vetustissimis Annalibus legimus, regnante *Pipino*, pluisse frumento in pago *Aginnense*, ultrà *Garumnam*, i. e. in *Vasconiæ* pago *Condomiensi*. Senescalcia *Aginnensis* duos Episcopatus continet, cis Garumnam *Aginnensem*, trans flumen in Vasconia *Condomiensem*. (*k*) *Agnensis* pagi mentio fit in vita S. Pauli, notante *Valesio*. (*l*)

AGREDINGUS, seu *Agrotingen*. In hoc cubat *Meppia*, Diœcesi. Monast. quam Ludovicus Pius Corbejæ dedit VII. Id. Decembr. annô Imperii sui XXI. indict. XII. Actum Blanciaco. Eamque adhuc tenet sub forma Præposituræ. (*m*) *Otto* I. per interventum Fratris sui *Brunonis*, Monachi Corbeiensis, pòst Archi-Episcopi Colonienſis, eidem Monasterio bannum super duas villas, *Meppiam* nominatas, sitas juxta fluvium *Emisa* & *Hase* in pago *Agrotingen*, in Comitatu *Turingi* Comitis, cum moneta & telonio jure perenni in proprium concessit. Dat. III. Kal. Jun. Anno DCCCCXLVI. Indict. III. Actum Erosæ. Brun Cancellarius ad vicem Fritherici Archicapellani recognovit.

Ahagewe. Trad. Fuld. mstr: in villa Ungerode, quæ sita est juxta wiseraha ambitum in pago Ahagewe cum omnibus adjacentiis. an idem pr. Aga pagus pag. Fuld.

ALBA. In hoc Monasterium *Ahusanum* situm est, quo de hic *Brusch. in descript. Monasterior.* *Ahusium*, corruptè *Anhusium*, O. S. B. in Brentiana Valle, amœnissimo Sveviæ tractu, ad Brentium amnem, in Augustana Diœcesi, quatuor ferè milliaribus ab Ulma, Svevorum Metropoli, situm. Fundatum & constructum est in honorem S. Martini Episcopi à *Mangoldo*, Comite Palatino Tubin-

(*h*) Vales. p. 6. (*i*) L. III. c. 15. (*k*) Vales. l. c. p. 377. a. & 313. B. (*l*) p. 77. (*m*) Vid. not. m. ad Synod. Mogunt. §. 34.

Tubingensi, Ejusque Filiis *Waltero*, Episcopo Augustano, *Mangoldo*, *Adelberto*, & *Udalrico* Comitibus annum circiter MCXXV. Inchoatum verò primò erat in pago *Langenau*, qui duobus lapidibus ab urbe Ulma abest, & Ejusdem Reip. S.P.Q. hodie paret, cujus etiam pagi parochia & decimis Fundatores primum Abbatem munificè donârunt. Translatum postea à *Mangoldi*, primi Fundatoris, filiis in Brentianam Vallem, quòd ibi major esset lignorum aquarumque ubertas & copia. Comites isti Palatini Tubingenses longè latèque in Svevia & ipsa Rhætia olim dominati sunt. *Werdenbergenses* nimirum & *Montfortii* Comites (à Comitibus de *rubro vexillo*, Altæ Rhætiæ primordium capientes) cùm latè olim dominarentur, & copiosâ prole multiplicarentur, in varios eorum posteri successu temporis divisi sunt surculos, indeque propagati Comites de *Veldkirch*, *Bregenz*, *Heilgenberg*, *Sargans*. Qui omnes *curiæ Rhætiæ* cognominabantur *Comites*, Graffen im Churer Rieß. Et ex his iisdem orti sunt tàm *Tubingenses* Palatini, quàm *Herrenbergenses* etiam Comites &c. Equidem hoc gentilitiarum imaginum arguit similitudo. Omnes namque vexillum in clypeo gerentes colore tantùm & cassidis, vel galeæ ornatu diverso utebantur. Ac *Hugonem*, hujus nominis primum, *altæ Rhætiæ Palatinum*, avitæ primum in Rhætia ditioni Tubingam cum vicinis agris adjecisse, autor est *Lazius de Migrat. Gent.* De *Albanio* pago vide sis etiam *Aimoin.* (n) Hic pagus in Vita S. Udalrici Ep. Aug. Albegouue dicitur.

ALBEKEWE pagus apud *Goldastum*. (o)

ALBENSIS Vid. *Helvicus*.

ALBIGENSIS. Pagus in veteribus Annalibus Francicis *Eginhardi* aliorumque extat annô DCCLXVII. vulgò *l'Albigeois*. (p) Petrus in Historia Albigens. (q) memorat castrum *Rabastense* in territorio *Albigensi*, (Rabastins) & sex alia castra nobilia, *montem acutum*, *Galliacum*, *Causacum*, *S. Marcellum*, *Guespiam* & *S. Antoninum*. Castrum *Albigensium*, locus in hoc pago, vetus habuit Monasterium tribus basilicis illustre, quod & castrum & *castrense monasterium* dictum est, *castres Albigeois*. *Audaldus*, Aquitanus Monachus, furtim corpus *B. Vincentii*, Cæsaraugustani Levitæ & Marty-

(n) L. V. p. 495. (o) T. II. rer. Alemanic. chart. 55. & 93. (p) Valesi l. a. p. 10. (q) c. 54.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1,ZEN Leibn. Marg. 48, [15] - 3

ris, Valentiâ Hiſpaniæ detulit in pagi *Albienſis* monaſterium, nomine caſtrum, circa annum DCCCLVIII. ùt tradit *Aimoinus*.

ALBOGAU. In hoc pago erat illuſtre Monaſterium *Gotteſau*, à *Bertoldo* II. Comite Hennebergico conditum, quo de *Spangenberg* (r) & *Gabriel Bucelin.* (ſ) *Albegovve* mentio fit in confirmatione *Andegarii*, primi Abbatis Campidonenſis, facta à Carolo M. anno DCCLXXIII. Autor vitæ S. *Udalrici*: (t) cum in pago *Albegovve* nominatum Monaſterii ſui officium implere decreviſſet, venerunt quidam homines de eodem pago. *Albechovva*; vid. in diviſione Regni Lothar. Imp. apud *Miræum*. (u) Adde pagum *Bleſenſem*.

ALEMANNORUM. Qui & Ducatus *Alemannorum* aliquando dicitur, Francicè Altgowe & Allgowe. *Bebelius Algeam* quaſi *alpium geam* vocat, terram arabilem juxta alpes, vel quòd ab *algore* dicta ſit *gea*. Indè *Algearos*, qui quondam Vindelici ſunt dicti, & *Algojos*, vel *Algeanos* dicere poſſemus. Sed rectiùs *Vadianus* ab Alemannis dictam initiò *Almangojam*, poſtea ita contractam vocem, quod & *Tſchudus* probat. (vv) In hoc ſitum *Tigurum*. Diplomate Hludovici: curtim noſtram *Turegum*, in Ducatu *Alamanico*. *Trad. Fuld. Mſ.*: in loco Alamanniæ ~~in villa~~ Rumeringen. In eandem referuntur Sezcenhein et Fezanigen.

ALESIENSIS. Hic pagus hodie Epiſcopo Auguſtoduni paret. Nomen accepit ab *Aleſiâ* oppido Mandubiorum, vulgò *Auxois*, vel cum articulo *l' Auxois*, aut *l' Auſſois*, & nonnullis in tabulis *l' Oſoy*. Pagus *Aliſienſis* dicitur *Fortunato* in vita Germani, Pariſiorum Epiſcopi, pagus *Alſenſis* Carolo M., recentioribus corrupto vocabulo *Alſetum*. Qui pagus caſtellis & vicis quibuſdam cognomen dedit, inprimis Pulliaco, vel Paulliaco, *Poüilli en l' Auxois*; Malliaco caſtello, *Mailli en Auxois* &c. Hunc pagum aut ignorâſſe videtur *Samſon*, aut certè pro parte pagi *Duſmenſis* habuiſſe, cùm *Aleſiam*, quæ in *Aleſienſi* pago poſita eſt, *Duſmenſi* attribuat. In annalibus Bertinianis anno DCCCXLII. mentio fit pagi *Alſenſis*. Ubi *Alſenſis* pro *Aleſienſi* in Æduis accipi non poſſe videtur haud conveniente ſitu. Itaque *Albenſem* pagum à fluvio *Alba*,

(r) L. I. chron. Henneberg. c. 39. (ſ) German. ſacr. P. III. p. 40. B. (t) c. 8. (u) cod. piar. donat. c. 20. (vv) in deſcript. Rhæt. Alp. c. 24.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1,ZEN Leibn. Marg. 48, [16] - 4

Alba, aut *Arcenſem*, vel *Arceienſem* i. e. *Arciacenſem* fortè legendum erit. (x) Caſtrum *ſinemurum* (quia ſine muris eſt) vulgò *Semur en l' Auſſois* truncato nomine appellatur, quòd ſit in pago *Aleſienſi* poſitum ad fluvium *Hormentionem*.

ALMENGA, ſeu *Almunga*, refertur inter pagos Padebornenſes. *Schatenius* (y) ita: Paſſim quæ ligneæ & extemporaneæ erant ſtructuræ à primis religionis exordiis, ex ſolido lapide magnificentiùs ſurgebant. Inter quæ ad fontes *Almæ*, ſeu *Aliſonis*, in pago *Almango*, Sidagus nobilis, opibus non minùs quàm religione præſtans, dejectâ ligneâ Eccleſiâ, etiam ex lapide repoſuit, adjectâ etiam tertiâ parte hereditatis in dotem. Hanc à *Luthardo* Padeborn. in vetuſtis monumentis conſecratam reperio. De *Aliſone*, Romanorum caſtello, contra Sicambros, à Nerone Claudio Druſo, ad *Luppiæ*, & *Aliſonis* confluentes, poſito, vid. *Monum. Padeb.* (z)

ALSATIENSIS, *Alſacenſis*. Monaſterium *Novientenſe*, ſive *Ebershemenſe*, ſitum eſt in Germaniæ finibus inter Rhenum & Voſagum in pago *Alſatienſi*, in Comitatu *Thronic*, & in Epiſcopatu Argentinenſi, in inſula *Tlbæ* fluminis, nemoribus conſitum, perſpicuis fontibus irriguum, pratis amœnum, agrorum fertili culturâ circundatum, vineis non longè adjacentibus lætum, piſcationibus & venationi commodum, ac variis commeatibus utile & opportunum. Cùm enim pagus idem *Alſatienſis* primitus ab exercitu Trebete poſſeſſus fuiſſet & excultus, ipſi cultores fanatici & idololatræ fanum culturæ Deorum ſuorum, & in ipſo aram *Dianæ* & *Mercurii* conſtruxerunt, & ludis ſcenicis dedicaverunt. Sed cùm multa poſt temporum curricula tota Germania, & idem pagus à Romanis, temporibus Julii Cæſaris, ſubacta fuiſſet, Cæſar demum placare, *Mercurium* videlicet, qui à Teutonicis colebatur, quoniam Deus facundiæ dicebatur, inſulam ingreſſus, ipſum fanum, jam vetuſtate collapſum, renovavit, ac donariis honoravit, nomenque mutans *Novientum* nominavit. Nam antiquitus à primo poſſeſſore ſuo *Stanebruch* vocabatur, unde etiam hactenus ſaltus adjacens

(x) Valeſ. l. c. p. 12. (y) P. I. Annal. Padeborn. ad ann. 872. & Monum. Padeborn. edit. I. p. 82. (z) c. p.

eò nomine nuncupatur. (*a*) Scholasticus (*b*) pagum *Alesatium* nuncupat & *Alsacas*. Divisio Regni Lotharii anno DCCCLXX. facta *Elisatium* Basiliensi pago proximum facit. *Theodoricus*, Rex Francorum, testatur apud *Guilliman.*, (*c*) *Pirmirium* Episcopum suis temporibus cum monachis suis, DEO inspirante, pro Evangelio Christi peregrinatione susceptâ, Monasterium Virorum in heremo vasta, quæ *Vosagus* appellatur, in pago *Alsacensi*, in loco, qui vocatur *Vivarius peregrinorum*, qui antea appellatus est *Mourbach*, in allodio fidelis sui *Ebrohardi* Comitis, conatum esse construere monasterium &c. *Hildegardis* monachis in *Slezestat* duos mansos tradidit in *Wittenkheim* marcha, in pago *Alsatiæ*. (*d*) Frodoardus in chronico pagum Elisatium vocat, (*e*) ajens: Rex Ludovicus in *pagum* proficiscitur *Elisatium*. Castri *Zabrenæ* in pago *Elisatio* meminit idem. (*f*) In Traditionibus Fuldens. Mss. Haerbac huius pagi occurrunt: Strazburg, villa Ostheim, Conesheim, Berahe, Albrunnen, Hettenheim, Hytthingenheim, Bertoltsheim, Friderichesheim, Ditenesheim, Quenheim, Argeheim, Hansenhesheim, Heinheim, Scaffolfesheim, Leimmeshei, Lucelesheim, Vene-, Hasenheim, Zisenheim, Rodesheim, Ladesheim, Dubilsheim.

ALSECINSE, *Alsecinx*. Hujus mentio fit in Traditionibus Fuldensibus *Lib.* II. *num.* 26. Pertinebant ad illum villæ *Ostheim* & *Chananesheim*.

Algodiensium pagi in Burgundia commemorat in Miracul. S. Waldeberti Abb. Lupoviens. c. 18.

ALSENSIS. Charta divisionis Regni Francorum inter *Carolum*, *Pippinum* & *Ludovicum*, Filios Caroli M. meminit cujus.

Alsinis pagus in Burgundia Gall. Aussois. Testamentum S. Widradi in eo nominat Monasterium S. Reginæ, seu Flaviniacum in agro Burnacinse Bornadum, Castellum Darciacum (Darcey), Ceresium (Ceriseu), Arguriacum (Orgny), Gesparenacum (Chiseu), Luvezilonis & Luviniacum (Luiray), Pruviniacum (Pruigny), Mudretum, Monetas cellas. V. d. Acta SS. Benedict. Tom. III. part. 1. pag. 684. sq. ubi Mabillonium.

ALVERNICUS. In veteribus rerum Francicarum Annalibus nunc *Clarus mons* castrum in *pago Alvernico*, ut & apud *Nithardum* & *Lupum*, Ferrarienfem Abbatem, nunc castellum *Clarmont*, nonnunquàm castellum *Clarmontis*, ùt apud *Eginhardum* anno DCCLXI, appellatur. In charta donationis *Bernardi* Comitis, facta Ecclesiæ *Brivatensi* de Moreno, mentio fit pagi hujus apud *Mabill.* (*g*) Nominatur verò *Arvernicus*. In donatione *Eldegardis* Comitissæ, facta cœnobio *Celsinianensi* anno DCCCCLVIII., adducitur pagus *Avernis*, in Comitatu *Thalamizensi*, Vicaria *Ambronensi*, in locis, vel villis, quæ vocantur *Crizilonis* & *Soliniacus*, seu *Geniacus*. (*b*) Præceptum Caroli Calvi editum inter probationes libertatum Ecclesiæ Gallicanæ: *Heirradus*,

(*a*) vid. fundat. Monast. chron. Mont. Seren. à Madero annex. p. 291. seq. (*b*) L. V. chron. (*c*) L. III. Habsburg. c. 4. (*d*) vid. L. III. Rer. Germ. B. Rhenan. p. m. 583. edit. Ottonianæ, (*e*) conf. Vadian. T. III. Goldast. p. 36. & Obrecht. Prodrom. Rer. Alsat. p. 5. (*f*) ad ann. 923. (*g*) Mabill. L. VI. chart. 87. (*h*) chart. 138.

Friesenheim, Ditofe,

Altgewe. Traditio Mſta Dieteri Fuldenſi. Huy gauta: pra- ium iquoſ ſitu, eſt in pago Alt- gewe in parte meridiana fl. Apera. Trad. Fuld. Mſta: in wagen el in Phutrere in Comitatu Ber- tolfi in pago Altgewe. vide tur hic pagus Sueva vel Bava- ria fuiſſe.

Venerabilis Abbas ex cœnobio, cui vocabulum eſt *magnus locus*, ſito in pago *Arvernico*. Literæ commutationis inter Eccleſiam *Laudunenſem* & Monaſterium *Conchenſe*: In *pago Arvernis*, in loco, qui dicitur *Milini Piſcini*. (*i*) *Waifero* à pacis fœdere averſo, *Pipinus* Rex *Arvernicum pagum* depopulando premit, & multa caſtella, ipſamque urbem *Arvernis* capit, & *Blandinum*, urbis Comitem, cum multis abducit. (*k*)

Amavorum pagus v. Amaconum pagus.

AMBIANENSIS. Nomen dedêre *Ambiani* agro *Ambianenſi*, quem *pagum Ambianenſem* Capitula Silvacenſia Caroli Calvi & *Frodoardus* in chronico, Galli *l' Amienois* appellant. In hoc pago Monaſterium *Corbeia* poſitum eſt. Corbeia autem non à *Corbeo*, Bellovacorum Duce fortiſſimo, quem ſtrenuè præliantem Julius Cæſar interfecit, aut ab alio ejusdem nominis viro Gallo, ſed ab amne *Corbeja* appellationem traxit. *Corbie* vulgo dicitur. Locus eſt ad *Corbejæ* & *Suminæ* confluentes in Belgica ſecunda *Ambionenſiq;* pago, ubi *Bathildis*, Francorum Regis *Chlodovei* junioris uxor, Mater Regum *Chlotharii*, *Childerici* ac *Theoderici*, celebre Monachorum Monaſterium O. S. B. exſtruxit. Eo in cœnobio duæ fuere baſilicæ, major S. *Petri* Apoſtoli, minor B. *Joannis* Evangeliſtæ, quibus B. *Stephani* Proto-Martyris & S. *Martini* Epiſcopi, ac S. *Albini* Antiſtitis baſilicæ acceſsêre. *Willelmus* Brito Armoricus Corbeiam *oppidum fortiſſimum* vocat in rebus anni MCXXCIV. & in *Philippidos L. II.* Idem eandem mox *bonam villam*, & mox *caſtrum* nuncupat. De donatione *Adhalardi*, facta *Fulrado* Abbati, de quibusdam prædiis in pago *Ambianenſi* vide *Mabill.* (*l*) Flodoard anno DCCCCXXV. Nordmanni *pagum Ambianenſem* depopulantur. Idem anno DCCCCXL. Rex Ludovicus abiit obviam *Willelmo*, Principi Nordmannorum, qui venit ad eum in *pago Ambianenſi*.

AMBRAGA. Meminit *Otto* II. in diplomate dato Eccleſiæ *Gandersheimenſi* anno DCCCCLXXIX. (*m*) Meminit *Henricus Claudus* Imp. diplomate dato anno MIX. (*n*) Utroque tempo-

(*i*) anno 823. (*k*) Sigeb. Gemblac. ad ann. 759. (*l*) L. VI. chart. 46. 50. 57. & 127. (*m*) H. Bodo in Syntagm. de cœnob. Gandeſ. T. II. Rer. Germ. Meib. p. 496. (*n*) Id. l. c. p. 492.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1,ZEN Leibn. Marg. 48, [19] - 7

tempore præfuit ei Comes *Wichmannus*, ex familia, ùt opinor, *Billingana*. Otto Imperator collocat in pago isto locum sui juris *Pateleke* (Badeliska) nominatum, quem non dubitat CL. *Meibomius*, quin idem sit cum præsidio *Badiliki*, cujus meminit *Wedechindus* Monachus, (*o*) ad quem vide notas Meibomianas. (*p*) Celebris Autor intelligit oppidum *Beslik* infra Rudenam ad Ruram, Comitatûs Marcani in Westfalia fluvium. *Rosvvitha*, Poëtria & Monialis Gandesheimensis, in Panegyrico depravatè vocat *Badulinum*. Continuator Reginonis (*q*) *Badalikki*, in quo castello anno DCCCCXXXVIII. *Henricus*, frater Regis, ab *Everhardo* comprehensus est. *Henricus Claudus* in diplomate quodam, cœnobio Gandesheimensi anno MIX dato, curtim *Badelika* per concambium accipit, & Monasterio concedit *Daleheim* in pago *Ambraha*. (*r*) *Kranz.* toto cœlo errans ex *Badelico*, conjecturâ audaci & præposterâ, facit *Bardevicum*. Quem errorem sequuntur *Spangenberg* & alii. CL. *Peucerus*, locorum ignarus, nec tamen *Kranzium* sequi volens, *Basilicum* nobis obtrudit. Curtis *Dalheim* verò, quam eidem pago tribuit *Henricus Claudus*, subsequentibus temporibus abiit in Monasterium Canonicorum Regularium Ord. D. Augustin., hodieque superat. Nomen pagi profluxisse videtur ab *Ambra* fluvio, cujus meminit Autor vitæ Caroli M. apud Pithœum, & alter ejusdem argumenti scriptor, editus à *Reineccio*, ut sit *Emmergavv.* *Ambra*, vulgò die Emmer/ alluit agri Padebornensis oppida aliquot, & in his castellum *Schir*, olim *Schidrenburg*, ùt Scriptores habent Francici, deinde in Visurgim se exonerat. (*s*)

AMERI, seu *Ammeri*. Nominatur in diplomate *Henrici IV.* Imp. donantis Episcopæ Bremensi forestum, h. e. saltum *Eschenbrok*. *Helmoldo* Bozoviensi, (*t*) quem sequitur *Kranz*, (*u*) dicitur Amerland. In literis fundationis Monasterii *Rastedensis* (*vv*) O. D. B. in agro Oldenburgico nominatur pagus *Ammiri*, ipsique tribuuntur villæ sequentes: *Netene*, *Hana*, *Beckenhusen*, (Bigendebike) *Lemede*, (Limuda) *Bredeborne*, (Retheborna

(*o*) L. II. Annal. (*p*) T. I. cit. p. 688. (*q*) L. II. (*r*) L. XIII. Sax. c. 15. (*s*) Vid. Monum. Padeb. edit. I. p. 113. seq. & not. Meibom. ad Irminsul. T. III. cit. p. 31. ac Neuwald. de colon. Westfal. c. 7. (*t*) L. II. c. 7. (*u*) L. VI. Sax. c. 20. (*vv*) vid. chron. Rasted. T. II. Meib. p. 90.

borna & Barchorna) *Loyge*, (Loye) *Oſtenhorſt*, (Oſtmanshorſt) *Hannichus*, (Haddinchuſen) *Mirihuſen* (Mirhuſen) *Kaſtede* (Ritterſtede.) Diploma erectionis Eccleſiæ Bremenſis, relatum ab *Adamo Bremenſi*, (x) (ſed non ex originali) lucum *Amrivum* inculcat, quem *Albertus Stadenſis Amrinum* vocat. Videtur nomen ſumſiſſe vel à paludibus vicinis, vel à mari, à quo propè abeſt. Hodie pagus iſte totus ille tractus eſt, ubi Comitatus Oldenburgicus infrà Bremam. *Ottoni II.* Imp. *Ludolfus*, Corbeienſis Abbas, per *Ailbertum*, Legatum ſuum, queſtus erat, quòd Prædeceſſores ſui per negligentiam perdidiſſent quoddam præceptum, quod Ludovicus quondam Rex Monaſterio iſti dedit, in quo continebatur, qualiter ipſe Ludovicus ad Monaſterium *Corbeienſe* tradiderit locum Ponteburg, & omnem decimationem in pago *Ammeri*, in Epiſcopatu *Adaldagi*, Bremenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopi, ſitam, rogans, ut idem Otto denuo confirmaret, uti quoque, ob petitionem dilectæ contectalis ſuæ, ceu conſortis Imperii ſui, *Theophanu*, & interventum *Willigiſi*, Moguntinæ Sedis Archi-Epiſcopi, & *Giſilharii*, Magadaburgenſis Venerabilis ſecundi Archi Epiſcopi, fecit. Dat. XV. Kal. Jul. anno DCCCCLXXXIII. Indict. XI. anno Regni ſecundi Ottonis XXV. Imperii autem XV. Hildebaldus Epiſcopus & Cancellarius vice Willigiſi recognovit. Actum Veronæ feliciter. Hoc ipſum *Otto III.* porrò confirmavit anno DCCCCLXXXVII. Indict. XV. anno autem Ottonis III. regnantis IV. Actum Corbeiæ. Appono verba Celeberrimi *Winckelmanni*, Amici Venerandi, (y) Ambri, dicentis, *Ambrones*, ſeu *Ammirii*, vel *Ammiri*, die Emmerer / oder Ammerländer / unius & ejuſdem originis, quorum antiqua appellatio, ſedes, gloria & memoria hactenus remanſit in Oldenburgico Comitatu, qui tempore Caroli M. vocabatur pagus *Ambriæ*, *Ammiri*, vel *Ameri*, cujus Domini dicebantur Comites *Ambriæ* & *Ruſtringiæ*, poſtea de *Oldenburg*. Doctiſſimus *Meibom.* ſuprà ex Adamo Bremenſi attulit lucum *Amrimum*, ſed *Amrivum* legitur, (z) rectiùs *Amrium*. De baſilica in pago *Ammiri*, in loco *Raſtede*, quam *Hugo*, Comes Ruſtringiæ & Ambriæ, unà cum *Gvilla* ſua conſtruxit, vid. Idem (a)

Trad. Fuld. mſſ. ... Pevesheim in pago Emer-gave.

(x) L. I. c. 10. p. 14. (y) L. II. notit. Weſtfal. c. 7. p. 318. (z) Id. l. c. p. 333. (a) p. 335. ſeq.

Ammariorum pagus in Burgundia. Teſtam. S. Widradi hic locat Carriacum (Charny), et Caſaklag (Chaſſelay), Fraxinum (Frigne), Salenas (Salins), Craſonem et Virgy. In altero S. Widradi teſtam. vocatur pagus Amoeorum, in eoq. poſtea Macepia poſitum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [21] - 9

Pagus Amulgelow haud procul Aquisgrano Annal. An. 966.

vel Amberga Amberga in dioces. Hildesiensi in pago majore Ostfala comitat Amberga sedes erat Mallus ab antiquo erat in opido Bokenum ut apparet ex cessione loci quæ Gandersheimensis fuit Ecclesiæ jus in Hildesemensem translatum est A. D. 1314. vide NB. Leuckfeld Gandersheim. p.

AMMERIGAWI. Vid. *Gandersheimigavvi.*

AMILIANUS, *Æmilianus, le territoire de Milhauen Roüer-gove.* (b) *Amitternus pagus. Mabil. Annal. ad An. 930. n. 22. p. 403.*

AMPHINGA. Tetigit hunc pagum *Freherus.* (c)

ANDEGAVENSIS. In Capitulis Caroli Calvi apud Silvacum latis *l' Anjou*, recentioribus *Andegavia*, maxima ex parte cis Ligerim in Lugdunensi Gallia jacens, nonnulla & trans Ligerim oppida & castella ac loca obtinens, quæ tamen Aquitaniæ non attribuuntur. Meminit etiam pagi *Andegavini* Mabill. (d) Ludovici Pii & Lotharii præceptum pro commutatione quorundam bonorum in pago *Andecavo*, (Andegavensi) exstat apud Eundem. (e) Libellus dotis circa annum MXL. conscriptus, & à *Bignonio* allatus, (f) sic: Ego in Dei nomine *Adam*, dilectissima Sponsa mea, nomine *Heldigardis*, dono tibi de beneficiis meis, quæ sita sunt in pago *Andecavis*, in villa, quæ dicitur *Chelrei* &c. (g) Carolus Simplex apud *Labbeum*: (h) Præterea in pago *Andagavensi* super Ligerim Monasterium S. *Mauri* situm. Donatio Monasterio S. *Mauri* super Ligerim facta. Monasterium *S. Mauri*, quod situm est in *pago Andegavense* super Ligerem. *Gotfridus Vindocimensis:* (i) Vindocimensis Comitissa, dum pro necessitate Monasterii essem in *pago Andegavensi*, terram, quam nostrum Monasterium pacificè tenuerat, nobis abstulit.

ANDORRENSIS. Præceptum Caroli Calvi pro Ecclesia *Urgellensi* anno DCCCLXI. Addidit etiam de Decimii, *Andorrensis* pagi, ferri & Picii &c.

ANGELACHGOWE, seu *Engelagovve* reperitur apud *Freherum.* (k)

ANGERI, seu *Angera*, vel *Angri.* Mentio ejus fit in diplomate *Henrici* IV. Imp. dato Ecclesiæ Bremensi anno MLXII. & in altero dato Ecclesiæ Mindensi anno MLXIII. In literis *Conradi Salici* Imp. de anno MXXXIII. offendi *Helmvvardeshusen*, in Comitatu *Bennonis* Comitis, & pago *Angera* situm. *Christoph. Brouver.* (l) appellat *Angergoviam.* Incolas pagi Tacitus (m) *Angri-*

‖ Angergewe nominatur in dipl. Misso Fuld. Monast. a Conrado Rege an. 913. Datto.

(b) Valesi. l. c. p. 339. (c) P. I. Orig. Palat. c. 5. (d) L. VI. chart. 14. (e) chart. 72. (f) in not. ad Marculf. formul. L. II. (g) Conf. Aimoin. L. II. c. 25. (h) T. II. Miscell. Hist. (i) L. II. epist. 21. (k) loc. cit. (l) L. III. Antiquit. Fuldens. c. 11. (m) L. II. Annal. c. 8. & alibi.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [22] - 10

Angrivarios, Beda *Angarios*. (*n*) Hunc sequuntur Autor vitæ Carol. M. à Pithœo editus, *Widechindus* Monachus, & alii. Reginoni sunt *Amgrarii*, Annal. Francicis *Angri*, chron. Mindensi *Angiri*. Etymologia est à campestri planitie, von den Angern/ ac si dicas *campanos*, seu *pratenses*. Pagus iste fuit amplissimus, complectens *Susatum*, caput Gentis, *Herfordiam*, *Mindam*, *Lemgoviam*, *Hamelam*. Hamelæ superat inscriptio cippi, digna, quæ etiam hîc legatur:

ANNO DOMINI DCXII. BERNARDUS COMES
CHRISTINA COMITISSA REGNI ANGARIÆ
DE OSTEN FUNDAVIT HANC ECCLESIAM.

Angaria, vicus hodie, *Widechindi*, Ex Regis Saxonum, sepulcro insignis. Interdum scribitur *Engeri*, ùt habet diploma *Conradi Salici*, donantis *Meinvverco*, Episcopo Padebornensi, curtem Imperialem *Ervvete*, in pago *Engeri*, in Comitatu *Marcvvarti*, anno MXXVII. Eadem habet Autor *vitæ Meinvverci*. (*o*) Otto III. anno DCCCCXCVII. curtem quandam proprietatis suæ dedit Ecclesiæ Magdeburg. *Sigri* dictam in pago *Angri*, in Comitatu *Bernhardi* Ducis sitam. (*p*) Anno MLXV. Indict. III. Henricus IV. Rex *Adalberto*, Hamburgensi Archi-Episcopo, donavit *Corbeiam* in pago *Angera*, in Ducatu Ottonis sitam, cum omnibus appenditiis. (*q*) Vid. fusiùs *Winckelmannum*, (*r*) *Neuvvald*, (*s*) & citata *Monum. Padeborn.* (*t*) Frehero est *Angerisgovve*, seu *Engersgovve*.

ANVIDI. Meminit hujus donatio duorum mansorum anno DCCCCXXII. At cùm nullibi aliàs hunc pagum reperierim, vitium subesse reor. De villa *Amphidi* verò vide pagum *Guttingon*. De pago hujus nominis nihil mihi constat.

ARACHGQWE, *Arragovve*, *Argove* apud *Stumf.* (*u*) & *Archgouve*. In hoc jacebat *Sinzinche* villa, & quidem in Comitatu *Pertoldi*, quam Henricus IV. XIV. Kal. Nov. anno MLXV. indict. III. anno ordinationis suæ XI. Regni verò IX. Goslariæ donabat *Adelberto*, Hamburgensi Archi-Episcopo. (*vv*) *Henri-*

(*n*) L. III. Hist. Eccles. c. 11. (*o*) conf. P. I. Annal. Padeborn. p. 471. & Monum. Padeborn. edit. I. p. 83. seq. (*p*) Annal. cit. p. 343. (*q*) & p. 564. conf. disquisit. m. de Walone §. 24. (*r*) l. c. p. 263. & 320. (*s*) de colon. Westfal. c. 10. (*t*) p. 83. (*u*) L. XII. c. 14. (*vv*) vid. diploma ap. Mader. Ad. Brem. annex. num 17.

Monasterium in Provincia Burgundiæ, in Episcopatu Constantiensi, in pago *Argove*, in Comitatu *Rore* situm, & nuncupatum *Mure*, quod tempore *Conradi* Imp. in honore S. Martini Episcopi constructum & honorificè dedicatum à *Wernhario*, Strasburgensi Episcopo, Parente scilicet *Wernharii*, Comitis de Habsburg. Dat. IV. Non. Mart. Indict. VII. anno MCXIV. Actum Basileæ. *Mura*, ait *Hadrian. Vales.*, (y) locus est in Helvetiorum finibus, qui Diœcesi Constantiensi, pagoque *Argovvæ* & Comitatui *Rore* attribuitur, Monasterio vetere ejusdem nominis clarus. Legi origines Monasterii *Murensis* circa AC. MCXLIII. scriptas, in quibus hic vicus cum Abbatiali cœnobio *Mura* & *Mure* nuncupatur, vulgò *Mury*. *Argovva* verò, vel *Argouva* à fluvio *Arola*, quem recentiores nonnulli *Ararim*, accolæ nunc *Ar* & *Aar* vocant, germanicum nomen accepit. Dicitur etiam *Aragaouvi*, vel *Aragaouve*, *Aragovia*, *Argovia*, *Erigouve*, & *Ærgovv*, sic, ut *Argovia* idem sit ac *Arolanus* pagus, seu pagus ad *Arolam*.

ARBATILICENSIS. Vid. *Herbatilicus* & *Pictavus*.

ARDINGOWE apud *Freherum*.

ARDUENNENSIS. Meminit hujus pagi *Valesius*. (z) Henricus IV. IV. Id. Febr. anno MXCVIII. Indict. VI. donavit Ecclesiæ Aquisgranensi prædium *Harve*, situm in pago *Harduennæ*, in Comitatu *Gietbaldi*. Conf. *Mirai Donat. Belgic.* (a)

ARGUNENSIS, *Argangauve* apud *Goldastum* (b) & *Vadianum*, (c) quò etiam *Arguna* spectat apud eundem *Goldastum*. (d)

ARINGE, seu *Æringon*. Vid. *Valedungon*.

AROLANENSIS. *Caroli Calvi* præceptum pro commutatione inter *Ludovicum*, Abbatem Dionysianum, & Virum Illustrem *Bettonem*, quorundam prædiorum in pago *Arolanensi* & Remensi, extat apud *Mabillon*. (e)

ASEFELT, *Asefeldom*. (f) Villæ ejus *Asefelde*, *Bonlant*, *Karagoltesbach*, *Obasesfeld*, fortè Ober-Aßfeld.

AS-

(x) L. V. Habsburg. c. 3. (y) l. c. p. 365. a. (z) p. 174. B. (a) L. I. c. 34. p. 81. (b) chart. 73. (c) l. c. p. 58. seq. & 71. (d) chart. 48. 62. & 71. (e) L. VI. chart. 90. (f) L. I. Tradit. Fuld. num. 105.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [24] - 12

ASGAMNENSIS. Vid. *Sagonenſis.*

ASTRINGA. Nominatur in diplomate Ottonis II. anno DCCCCLXXXIII. V. Idus Junii. Fuêre in eo tùm temporis *Itrepsholt* & *More* in Comitatu *Bernhardi* Ducis. Meminit præterea Otto III. Imp. ad ann. DCCCCLXXXVIII. *Repsholdi* fuit olim Collegium Canonicorum Regularium, fundatum ab *Adalingo*, Archi-Epiſcopo Hamburgenſi. Pagus ille hodie vocatur *Oſtringea* ſub ditione Illuſtriſſimi quondam Comitis Oldenburgici. Videtur autem pagus idem eſſe, quem *Adrianus* Papa in privilegio Eccleſiæ Bremenſis vocat *Aſterga*, Chron. Bremenſe MS. *Aſtergaa*, Continuator Anonymus *Gregorii* Turonenſis *Aſtrachiam.* In ſcholiis ad Adam. Bremenſ. eſt *Oſtraga* : incolis in literis & Monumentis antiquis *Aſtringi.* Pagus *Oſtrache*, verba ſunt Winckelmanniana, (*g*) memoratur in vita D. *Ludgeri. Aſtrachi* ſcribitur Sabellico, *Æſtrachia* Suffriedo. Incipit à *Leovardia*, & extendit ſe in Orientem, uſque ad *Lanum* fluvium, eſtque pars Friſiæ occidentalis. In hoc pago fuit *Doccum*, ubi S. *Bonifacius* martyrio affectus eſt. Authie idem ep. cum pago Stadingo ? vide sub lit. O.

ASTVALA. Otto III. Imp. conceſſerat jus ſpeciale *Bernvvardo*, Epiſcopo Hildesheimenſi, caſtellum ſcilicet ædificandi, quod Mundburg vocatur in ripa *Aleræ* fluminis, ad munimentum & tuitionem contra perfidorum occurſionem & vaſtationem Slavorum. Idipſum verò caſtellum, quod magis rogatione, quàm juſſu Imperatoris, libenti animo ad defenſionem totius regionis in illis partibus conſtruxerat, & quia Dominus Imperator eundem Epiſcopum *pro ſuo intimo ac jugi famulatu omni pietatis benevolentiâ ac gratiâ* excolebat, mercedis causâ Comitatum, circumjacentem illud caſtellum, in pago *Aſtvala*, quod olim *Tidericus*, Palatinus Comes, poſtea quoque ejus filius Sirus, habuerat, ei in beneficiarium jus conceſſit, confirmante id Henrico II. anno MXIII. Indict. XI. anno verò Henrici II. XI. Actum Werla. Athoario

ATREBATENSIS, *Atrebaticus.* In Ludovici Pii A. diviſione Regni inter Filios corrupto & mutilo nomine appellatur *Adertenſis* pro *Atretenſis*, T. in D. mutato, literis R. & E. transpoſitis, rum pagum in Burgundia. Tabularium S. Widradi in eo ponit pagos Lionem (Bese) Hicium, et Blandoniacum, Vedrinneas, Yogurias, Luco (Luce), Sagoneos (Sagonen), Flaco.

(g) l. c. p. 268.

sitis, ac tertiâ syllabâ, videlicet BA sublatâ atque inter *Austerban* & *Teruvanensem* pagum ponitur. In Capitulis Caroli Calvi apud Silvacum anno DCCCLIV. editis Adertisus similiter nuncupatur, aliàs *Aterdisus*, i. e. *Adertensis*, & inter Vermendisum & Curtricisum, seu *Veromandensem* & *Cortoriacensem* pagos medius collocatur. Usuardus *territorium Adartense* appellat. Nunc latini scriptores parùm latinè *Artesiam* vocant, *Galli l' Artois*, testamentum Ludovici VIII. Franc. Regis annô MCCXXV. *Atrebatesium*. Flodoardus ad annum DCCCCXXIII. *Ragenoldus* exagitatus furore in pagum *Atrabatensem* prædatum progreditur. Anno DCCCCXXVI. *Rodulfus* Rex Nordmannos in pago *Atrabatensi* quodam saltu coarctatos obsidet. *Baldevvinus*, cognomento *Insulanus*, seu pius, Flandrensium Comes Marchio, & *Philippi*, Francorum Regis, ejusque Regni Procurator & Bajulus, *Insulense* Canonicorum Collegium à se fundatum annô MLXVI. dotavit. Uxor verò ejus, eleemosynarum & remunerationis à DEO secum particeps esse cupiens, dictæ Ecclesiæ villam in *Atrebatensi* pago sitam, nomine *Eslues*, ad hospitium & refectionem pauperum tradidit, hâc tamen ratione, ut Canonici inde singulis annis XL. solidos habeant in ipsius dedicatione. Actum apud Islam in S. Petri basilica, coram Philippi, Francorum Regis, hominibus, anno VII. imperii ejus, anno Domini MLXVI. Indict. IV. (*h*) *Atrebatensi* Ecclesiæ *Urbanus* II. Papa dedit proprium Episcopum annô MXCIII. (*i*) Utolim, stante Imperio Romano, sub Remorum metropoli civitates XI., videlicet *Svessionum*, *Catalaunorum*, *Veromanduorum*, *Atrebatium*, *Cameracensium*, *Tornacensium*, *Silvanectensium*, *Bellovacorum*, *Ambianorum*, *Morinorum* & *Bononiensium* numerabantur: sic primis Ecclesiæ seculis Metropolitana Remorum Ecclesia Episcopatus XI. sibi suffraganeos habuit. Testatur id *Hincmarus*, Remensis Episcopus, in suis epistolis. Galliâ exinde per Hunnos, Gothos, ac Vandalos vastatâ, *Atrebatensis* & *Cameracensis*, *Veromanduensis* seu *Noviomensis* & *Tornacensis*, *Morinensis* & *Bononiensis* Ecclesiæ, per S. *Remigium*, Episcopum Remensem, cui *Hormisda*, Romanorum Pon-

(*h*) Vid. Miræi cod. piar. donation. c. 59. (*i*) Idem loc. cit. 66.

Pontifex, vices ſuas commiſerat, fuerunt unitæ. Id colligi datur ex *Hincmari* epiſtola VI. per *Buſæum* editam. (*k*)

ATURIRIPENSIS. Fluvius *Atur* nomen dedit huic pago ad ripam ſuam jacenti, *pays d' Auribat*, inter oppidum S. *Severi* & aquas *Tarbellicas*.

ATTUARIORUM. *Attoarius*, *Hatuarius*. Inter pagos complures, qui attribuuntur Lingonibus, eſt quoque *Attuariorum*. *Hattuaria* vox, ut videtur, ſuperſtes à veteri ævo. *Rheno deinde transmiſſo regionem ſubitò pervaſit Francorum, quos* Atthuarios *vocant, inquietorum hominum licentiùs etiam tum percurſantium extima Galliarum.* (*l*) In hoc collocatur villa *Geizefurt*. Vide donationem Lotharii Imp. factam *Ansfrido*, Comiti Palatii Regii, qui huic dedit in pago *Hattuarienſi*, in villa, quæ vocatur *Geizefurt*, ſuper fluvium *Nerſe*, quatuor manſos cum omnibus ſuis appenditiis. Hrotmundus Notarius recognovit. Data V. Id. Nov. anno Imperii Lothar. I. Ind. IV. Actum Aquisgrani. (*m*) Hunc locum allegat *Lindenbrog* ad Amm. Marcellin. (*n*) *Ansfried* etiam, DEI gratiâ Comes, S. DEI Martyri Nazario tradidit res proprietatis ſuæ in pago *Hattuaria*, in *Oldenheimero marcha*, in villa, quæ dicitur *Geizefurt*, quæ ſita eſt ſupra fluvium *Nerſa*, h. e. manſum indominicatum cum ædificiis atque omnibus utenſilibus, habentem hobas tres, hobas ſerviles XIX. & ſilvam, in quam mittere poſſumus mille porcos perfectè ſaginari: & eandem ſilvam determinat ab oriente fluvius *Luosgochesbach* uſque in *Nerſchinam*, & à *Nerſchina* usq; in Nerſam, & à Nerſa usq; ad ſilvam campumq; qui dividit *Odeheimero marcam*, & quicquid in eadem marca villave proprietatis habet, uti ſingula latiùs habebis in ipſa donatione. (*o*) Actum in Monaſterio Lauresham anno MCCCLXII. Regni Ludovici Regis XXVI. ſub die III. Non. Octobr. Habitabant verò *Attuarii*, ſeu *Hattuarii*, ad *Nerſam* fluvium, *Neêrs*, medio ferè itinere inter Rhenum & Moſam per *Wachtenduncam*, *Gelriam*, *Goch*, aliaque ditionis Clivenſis oppida lapſus, infra *Gennapiam* Moſæ immergitur.

AUCEN-

(*k*) Mogunt. anno 1602. c. 18. (*l*) Marcellin. L. XX. (*m*) Freher. P. I. Orig. Palat. p. 174. (*n*) p. 93. (*o*) ap. Freher. l. c. 175.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [27] - 15

AUCENSIS. Pagus & Comitatus *Aucenſis* vocatur *l'Euſiois*, aut *le Comté d'Eu*, incolæ oppidi *Auci*, ac totius etiam pagi *Aucenſis* latinè *Aucenſes*, gallicè *Euſiois* nuncupantur.

AUGA, *Augen*, *Augenſis*. Fuit in Diœceſi Padebornenſi, eíque confirmatur ab Ottone III. Imp. anno MI poſtquam urbs Padeborna grave paſſa erat incendium, ùt autor vitæ *Meinvverci* refert. (*p*) Meminit etiam pagi *Auguenſis* hiſtoria translationis S. Viti in Saxoniam, collocans in eo villam *Hüxere*, hodie *Hüxer*, ad Viſurgim fluvium. (*q*) Ludovicus Pius in diplomate ſuo anno XXV. Imperii dato Ingileheim XVIII. Kal. Decembr. Monaſterium Corbeienſe in pago *Augenſi* conſtructum dicit. (*r*) Conradus II. *Meinvverco*, Epiſcopo Padebornenſi, octo prædia in hoc pago cum omnibus pertinentiis de ſuo jure & dominio donavit, ſcilicet *Heinhuſen*, *Winiden*, *Windelmuderod*, *Aldendorp*, *Rudberteſſen*, *Sundereſſen*, *Niſa*, *Hamereſſen*; quæ omnia ſita erant in Comitatu Conradi. Literæ datæ ſunt Goslariæ XI. Kal. Mart. Ind. XIV. anno MXXXI. Odalricus Cancellarius, vice Aribonis Archi-Capellani, recognovit. In hoc pago ab *Henrico* IV. etiam Corbeia collocatur in Ducatu Ottonis Ducis, quam ipſe *Adelberto* Hamburgenſi anno MLXV. donaverat, ùt ex diplomate latiùs vides. Et in literis Lotharii Imp., qui Corbeiæ anno DCCCXLIV. donavit totam Inſulam *Rugiam*, ponitur ea, in pago *Augen*, uti ante eum, quod jam monui, fecerat Ludovicus pius, cum donationem *Adilæ* confirmaret, quæ pro ſe & remedio animæ ſuæ, *Bunichonis*, filiarumque *Hemmæ* & *Berthildis*, Corbeiæ tradiderat dominicale in *Oſthoven*, & quicquid ibidem vel in oppidis *Oppen-* & *Wachenheim* poſſidere videbatur, cum manſo regali *Titheyle*. Hrotmundus Notarius ad vicem Hilduvvini recognovit. Actum Ingilenheim XVIII. Kal. Decemb. Nomen fortè traxit ab Aut / ſeu Aug / i. e. loco paſcuis abundante. (*s*) Meminit etiam minoris pagi *Augenſis*, *le pays de Eu*, in Calois *Valeſius*. (*t*) De Corbeia verò Saxonica ita idem : (*u*) *Eſt*

(*p*) add. Mon. Padeb. cit. p. 82. (*q*) Conf. Vit. Meinvverci citat. (*r*) conf. P. I. annal. Padeb. p. 128. (*ſ*) conf. pagum Angera. (*t*) l. c. p. 115. (*u*) pag. 159.

Est & nobilissimum monasterium in Saxonia ad ripam Visurgis in pago Auguensi, *quod* Adalhardus *Abbas Corbeiensis exstruxit, Principatu ac concessu Ludovici Augusti & nomine cœnobii sui* Corbeiam *appellari voluit. Quod ut distinguerent à Corbeia Gallica*, Corbeiam novam *Saxones, ac plerique Historici cognominavêre.*

AUGANAGOWI. Vid. *Gandersheimigavvi.* videtur idem esse cum Angerath pago

AUGUSGOWE. Meminit Carolus M. in confirmatione *Andegarii*, primi Abbatis Campidonensis annò DCCLXXIII.

AUGUSTODUNENSIS, *Augustidunensis*, Ligere & Arare fluminibus terminabatur, *l' Austunois* vulgò dictus. Certè *Eumenius* in gratiarum actione *Constantino* Aug. Elaviensium nomine de pago isto sic scribit: Quicquid olim fuerat tolerabilis soli, (in *Augustodunensi* pago) aut corruptum est paludibus, aut sentibus & silvis impeditum. Illa autem, quæ subjecta, & usque ad Ararim porrecta planities, fuit quidem (ùt audio) aliquando jucunda. Autor appendicis Fredegarii. Rex Pipinus iterum ad *Degenontium* cum magno exercitu Francorum ad Ligerem veniens, inde per pagum *Augustudunensem* ad propriam sedem remeavit. Quibus ex verbis intelligitur, transito Ligere statim pagum *Augustodunensem* intrari, ejusque pagi partem ad flumen Ararim pertingi. Flodoardus anno DCCCCXXIV. Tandem ad colloquium super ipsum flumen Ligerim infra pagum *Augustidunensem* convenêre. (*vv*)

AUNEDONACENSIS, *Avedonacensis*; Avedonum, vel Aunedonacum, est *Aunay*, in Æthici codicibus priscis nunc *Aunedonacum*, nunc *Aunedonnaca*, & *Avedonacum* dictum, à quo pagus *Aunedonacensis* nomen accepit, *le pays d' Aunis*. Pleriqueignorantiâ antiquitatis caput pagi *Alnetum*, quasi ab *Alnis*, ipsum pagum *Alnetensem* nuncupant. In literis datis anno MCXLV. pagus *Alnisiensis* corruptè dicitur.

AURELIANENSIS. In vita S. *Livardi* Solitarii legimus, esse montem in Carnutibus & pago *Aurelianensi*, quem incolæ regionis *Magdunum* nominant. Memoratur in Caroli Calvi capitulis Silvacensibus & in chronico S. *Bertini*, in rebus anni DCCCLVIII. Pagus etiam *Aurelianus* à nonnullis dictus, uti

(*vv*) conf. Fredegar. p. 165.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [29] - 17

urbs *Aureliana* pro urbe *Aurelianenſi*, *l'Orleanois*. Sed an pagi *Aurelianenſis* nomine tota Diœceſis, aut paroecia *Aurelianenſis* deſignetur, an tantùm ager ſuburbanus, incertum eſt. Vide sîs etiam *Mabillon.* (x) De Monaſterio S. Benedicti, quod eſt conſtructum in pago *Aurelianenſi*, & præcepto Ludovici Pii, quô villas quaſdam cœnobio *Floriacenſi* reſtituit, idem. (y) Conſ. *Aimoin.* (z)

AURIPENSIS. Vid. *Mauripenſis.* *Auſcienſis pagus. Mabil. An. 904 n. 26. p. 320.*

AUSTRIÆ. In Martyrologio S. *Notheri*, qui vixit anno ſalutis DCCCLXX. S. *Kiliani* certamen notatur in pago *Auſtriæ*, i. e. novæ Franciæ (ſeu orientalis) caſtro; imò civitate, ùt Teutonico nomine prodit *Wirtzburg*, juxta *Moin* fluvium ſita. (a) *Vid. Vitam S. Kiliani in Act. SS. Bened. Sæculo 4.*

AUTISIODURENSIS. *Ager Autiſſiodurenſis*, à Gregorio (b) vocatur *Autiſiodurenſe* territorium, in geſtis Pipini, Francorum Regis, & apud *Nithardum* (c) pagus *Autiſioderenſis*, in Caroli Calvi Capitulis Silvacenſibus *Alciodriſus* pagus, i. e. *Alciodrenſis* ab *Alciodro*, (ùt ibidem *Tornedriſus*, ſeu *Tornedrenſis*, à Tornedro, vel Ternodoro) Regio *Alcedronenſis*, vel potius *Alcedorenſis* in Annalibus Fuldenſibus & in chronico S. *Arnulfi* pagus *Altiodorenſis* & *Altiodrenſis* in Annalibus Bertianis, vulgò *l'Auxerrois*. Verba ſcriptoris geſtorum Pipini notanda ſunt: Igitur Pipinus Rex contraxit exercitum, & partibus Aquitaniæ per pagum *Trecaſſinum* uſque *Autiſiodorum* urbem acceſſit: inde ad Ligerem fluvium cum omni exercitu Francorum ad Maſuam vicum in pago *Arutiſioderenſi* (legendum *Autiſioderenſi*) Ligerem fluvium tranſmeavit. Ex his apparet, pagum *Autiſſiodurenſem* olim multò quàm nunc majorem fuiſſe, & totam Diœceſin *Autiſſiodurenſem* eſſe complexum, cùm flumen Ligerim attingeret, & pagum Tricaſſinum & *Autiſſiodurenſem* Ternodorum Lingonum, caput pagi *Ternodorenſis* occurrit. Pagus quoque *Autiſſiodurenſis*, qualis nunc eſt & dicitur, non ripam Ligeris attingit, ſed pagus *Podienſis*, à *podiis*, ſeu montibus dictus, vulgò *puiſaie* aut *puiſay*. Eſt enim totus montoſus & ſilveſtris. Ex quo intelligitur, Principatu Pipini *Ternodorenſem* nullum

(x) L. VI. chart. 14. (y) chart. 77. (z) L. II. c. 18. (a) Brower. L. I. Antiquit. Fuld. c. 2. (b) L. IV. Hiſt. Franc. c. 14. (c) L. I.

nullum adhuc extitisse, sed sub ejus Pronepote *Carolo Calvo* esse cœpisse: pagumque *Podiensem*, qui vetus non est, ex parte pagi *Autissiodurensis*, factum ac decisum fuisse. Igitur à flumine *Chora* ad Ligerim pagus *Autissiodurensis* olim pertinebat, uti & nunc pertinet Diœcesis *Autissiodurensis*, Icaunâ & Lupâ fluviis interfluentibus: & *Masuam*, *Meve*, *Condate*, Cosne, *Noviodunum*, Neuvi, *Brivodurum*, Briare, *Giemacum*, Gien, loca ad Ligerim posita, *Autissiodurensis* Episcopatûs Ecclesiis suis annumerat. In *Palladii*, Episcopi *Autisiodorensis*, charta pro fundatione monasterii S. *Juliani Autissiodorensis*, pagus hic & *villa vallis* ac *Clamiciacum* memoratur, modòque dicitur *pagus*, modò *territorium*. (*d*) Etiam Caroli Calvi diploma meminit hujus pagi, inque eo villæ *Bernaici*. (*e*) Aimoino (*f*) est *Autisiodorensis*, & Fredegario (*g*) *Antisiodorensis*.

AVALENSIS, inque eo coloniæ *Auduniacæ*, meminit *Mabill.* (*h*) Adde chartam divisionis Regni Franc. citatam.

AVENTICENSIS, Wifflisburger Gow. *Aventicum* Gentis Helvetiorum caput Tacito dicitur. (*i*) Ptoloma o malè *Avanticum*, Ἀουάντικον, Sequanorum in Gallia Belgica: in tabula Peutingeriana *Aventicum Helvetiorum*. In itinerario Æthici *Aventiculum Helvetiorum* inter *Minodunum*, vel Minnidunum & *Petenisscam*, vel Petinescam. Eam urbem *Ammian. Marcellin.* imperitè in alpibus Penninis ponit, cùm ita scribit: (*k*) Alpes Grajæ & Penninæ, exceptis obscurioribus, habent & *Aventicum*, desertam quidem civitatem, sed non ignobilem quondam. In veteribus notitiis *civitas Elvitiorum Aventicus* in Provincia maxima Sequanorum: item *civitas Elvitiorum Aventicum*, Gallis *Avenche*, vulgò Wüfflißburg nuncupatur. Ex ea urbe diruta & ferè in vicum redactâ, Episcopatûs sedes *Lausannam* translata est. Unde in quadam notitia ponitur in Sequanis post Vesontionem civitas *Lausanna*, quæ prius *Aventicus* civitas Elvitiorum, i. e. cujus Episcopatus antea fuit *Aventici*. Hæc urbs quondam Transiurensibus Burgundiæque attribuebatur cum pago *Aventicensi*, à Fredegario Aimoinoque memorata. Illi si credimus, eam *Flav. Vespasianus* Aug., post superatos Germanos, ædificari i. e. reparari jussit, & inchoatam ac fi-

(*d*) Mabill. L. VI. de re diplom. ch. 6. (*e*) ch. 98. & 146. (*f*) L. II, c. 22. (*g*) p. 163. (*h*) L. VI. chart. 6, (*i*) L. I. Histor. (*k*) L. XV.

lio ſuo *Tito* perficiendam reliquit, a quo gloriosè ornata, & nobiliſſima in Gallia facta eſt. Sed ab Alamannis principatu *Gallieni* vaſtata. Unde ætate Ammiani Marcellini, poſt *Gallienum* centum & viginti annis, non ignobilis quondam civitas deſerta erat ac diruta. *Wüſtisburg* nunc dicitur, aut, ſi *Gvillimanno* credimus, *Vivelsburg*, i. e. *Vivilonis burgus*, à *Vivilone* Comite, qui eam reparavit reſtauravitq;. *Wiſtispurg* quædam tabulæ appellant, alia *Wiſtisburg*, quæ tria nomina ad *Vivlionis* vocabulum magis accedunt, quàm *Wüſtisburg*, u in f ex more converſo, ùt in multis nominibus latinis Galli fecerunt. Ut uno verbo complectar, quotquot latina nomina in *ivus* deſinunt, cùm ſubſtantiva, tùm adjectiva, apud Gallos in *if* deſinunt. Adjacet autem *Aventicum* lacui Murtenſi, qui *Novoburgenſi* proximus eſt, pro vico magis nunc, quàm pro municipio habendum. Pagum hunc *Aventicenſem* vulgò Uchtland vocari aſſerit *Gvillimannus*, & eſſe hodieque in Helvetia. *Wiſtispurgergavv* alii appellant, i. e. pagum *Wiſtisburgenſem*. (*l*).

Bacivum ſuperius pagus in Gallia. Vid. Indicem B. Hiſp. in Act. SS. Bened. Sec. III. P. 2.

Badanaegewe nomen hab in diplom. Mſto conradi Regis anno 913. Fuld. Monaſterio conceſſo. in Fuld. Mſtis vocatur Badnegewe. v. de ſud Banzgewe nius, vulgo *le Beſſin.*

Banzgewe memoratur in priv. Chunradi Regis Mſto anno 912. Fuldenſi Monaſterio date.

PAGUS BAJOCASSINUS, *Bajocenſis*, *Bagiſinus*, à Gente *Bajocaſſibus*, vel à capite Gentis *Bajocaſſis*, aut à Gente ſimul & à capite gentis *Bajocaſſinus* pagus nomen accepit, in Capitulis Caroli M. ita dictus: in Capitulis verò Caroli Calvi *Bagiſmus* pro *Bagaſinus*, aut *Bagaſſinus*, vulgo *le Beſſin.* Ballevan pag 4, vita S. Meinwerci c. 24

BARCINONENSIS. Præceptum Caroli M. pro quodam, *Joanne*, qui Saracenos debellaverat anno DCCXCV. *Joannes* magnum certamen certavit in pago *Barchinonenſe.*

BARDENGAW. Ita vocant Annales Francici Autore Aſtronomo ad annum DCCIV. Diploma Ludovici Pii Imp. anno DCCCXLIII. nominat *Bardengoa.* Bulla Nicolai I. Papæ data anno DCCLXXXIV. (*Sagittarius* (*m*) habet annum DCCCLXIV. & quidem rectiùs) *Berdangoa.* Eginhartus in annalibus laudatis ad annum DCCLXXXV. *Bardengoum:* Idem ad annum DCCXCV. *Bardengum*, Engeloſmenſis Monaſte-

(*l*) Conf. Fredegar. c. 37. (*m*) de Bardevic, c. I. §. 13.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [32] - 20

Monasterii socius in vita Caroli M. *Bardingovin.* Alius Poëta Anonymus, vitæ Caroli M. scriptor, *Berdango*, Regino (*n*) *Bardenguni.* Est tractus circa *Bardevicum* in agro Lyneburgico. *Bardi* hujus pagi incolæ nominantur apud *Helmoldum.* (*o*) In hoc pago fuit *Ramsonali*, ùt habet Adam Bremens. (*p*) Chron. Bremensi dictum *Rameslo.* Nicol. Papa in confirmatione Ramesloæ vocat *Ramesloam.* (*p*) Fuit in eodem *Luineburg* quod Schafnaburgensi *oppidum* est *maximum.* (*q*) In hoc pago *Bardungie* fundata est Ecclesia D. Joannis Baptistæ in *Ulesheim* (*r*).

BARRENSIS. Barrum ad Seqvanam in Lingonibus non ignotum est oppidum, *Bar sur Seine;* ita cognominatum, ùt distingvatur à *Barro* ad Albam, *Bar sur Aube*, & à *Barro* Ducis, *Bar le Duc.* Ex duobus prioribus unum, sed utrum incertum, pago *Barrensi* nomen dedit, *le Barrois*, qui pagus *Barrisus* vocatur in Capitulis Caroli Calvi apud Silvacum anno DCCCLIII. latis, & inter *Pertisam* ac *Camizisum* pagos medius collocatur. In divisione Regni Lotharii annò DCCCLXX. facta *Barrensis* inter *Odornensem* & *Partensem.* Nithardus (*s*) duos pagos *Barrenses* fecit, quos vocat utrosque *Barrenses*, & inter Partensem ac Brionensem pagos ponit. *Wiomadus* revertenti in Galliam *Childerico* comitatus Proceribus Francorum apud castrum *Barrum* occurrit, & *Barrensibus*, qvòd primi Regem receperant, remittendi tributi autor fuit, ùt Fredoardus ac Aimoinus scribunt, quod tàm *Barro* ad Sequanam, quàm Barro ad Albam convenire potest, quorum amborum pagi sunt Nithardo utrique *Barrenses.* *Barri Ducis ager*, seu *Ducatus Barrensis*, qui antea Comitatus fuit, nunc appellatur pagus *Barrensis*, *le Barrois.* Qui pagus *Barrensis* videtur cum pagis *Barrensibus* suprà memoratis nihil, præter nomen, habere commune, cùm *Barrum Ducis* ætate Caroli Calvi de Nithardi nondum ædificatum fuerit.

(*n*) L. II. ad ann. 785. (*o*) L. I. c. 25. & 27. (*p*) L. I. c. 22. (*p*) vid. dipl. Maderi Ad. Brem. annex. num. 5. (*q*) Vid. Meibom. hist. Bardevici T. III. Rer. German. p. 57. & Sagittar. de eod. c. I. §. 13. & c. III. §. 25. (*r*) vid. diss. m. hist. IX. & 4. & Syntagm. m. rer. & Antiqq. Germ. p. 524. (*s*) L. I.

BASILIENSIS. Indivisione Regni Lotharii annô DCCCLXX. inter Glorioſos Reges Francorum, Ludovicum & Carolum Fratres, vocatur *Baſalchouva*, (t) *Chouva* autem Germanis & *Gouva* pagus eſt: *Baſal*, vel *Baſala Basle* aut *Baſal*. Incolæ pagi hujus & civitatis *Baſiliæ* latinis *Baſilienſes*, Germanis die Baſeler vulgò nuncupantur. Quidam *Theganum*, & nonnullos alios recentiores ſecuti, urbem quidem *Baſileam*, oppidanos verò atque Pagenſes mendosè *Baſileenſes* appellitant.

BATTAWE. *Batua* Aimoino, hodie die Bettau/Batau i.e. Batavia. Dion de Batavis: οἷς τὸ τῶν Βαταύων ἀπὸ τῆς Βαταύας (ſcribe Βαττούας) τῆς ἐν τῷ Ῥήνῳ νήσου ὄνομα. (u) *Regino* (vv) aliquoties meminit hujus *Batuæ*, quam mox *Provinciam*, mox *Inſulam* vocat. (x)

Bedenſis al.

BEDENSIS. *Beda* vicus pago *Bedenſi* nomen dedit. Quo in pago *Epternacum*, villa quondam regia, nunc Monaſterium, fuit ſuper fluvio *Sura*, ùt teſtamentum habet S. *Willibrordi* Archi-Epiſcopi Ultrajectini, Hollandorum, Friſiorum & Antverpienſium Apoſtoli. (y) Pagum hunc Nithard. (z) inter *Odornenſem* & *Bleſenſem* ponit. In diviſione Regni Lotharii, facta anno DCCCLXXX. inter laudatos Reges, Ludovicum & Carolum Fratres, pagus hic nunc *Bedenſis* vocatur latino nomine, nunc *Bedagouva* germanico, & flumen *Urta*, quod defluit in Moſam, pagum *Bedenſem* irrigare dicitur. *Aubertus Miræus* duos vicos *Bedas* latinè, vulgo *Bidburg* dictos, diſtingvit: & *Bedam* quidem Æthici, ab Auguſta *Trevirorum* leugis XII. ab *Auſana* vico leugis VIII. diſtantem, *Bidburgum* nuncupari ait, ac eſſe oppidum Ducatus Luciliburgenſis, inter urbem Treviros & vicum *Auſanam*, ſive *Palleſcheit*: alteram autem eſſe *Bedam*, *Bidburg* ſimiliter dictam vulgò, non procul ab Autunnaco & Megenſio, (Meyen) quæ pago *Bedenſi*, ſeu *Bedagouvæ* nomen ſuum dederit, inter *Megenenſium* & *Nitachouvam* jacenti. *Brouverus* pagi *Bedenſis*, ſeu *Bedonici* in Treviris, qui tribus fluviis *Surâ*, (Saur) *Gelbi* aut *Celbi*, (Kyl) & *Legurâ* terminatur, caput eſſe ait *Bedenſe* caſtrum, haud procul à *Nemeſa*, Nims/quod *Bidburgum* dicimus. BELE-

(t) Vid. cod. piar. donat. Miræi c. 20. p. 81. (u) Vid. Cornel. Aurel. de Batav. L. I. c. 2. & L. II. c. [illegible] Hadr. Jun. c. 1. (vv) in chron. ad ann. 887. (x) Vid. fuſiùs Valeſ. l. c. p. 76. ſeq. (y) apud Miræum in cod. piar. donat. c. 8. (z) L. I.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [34] - 22

Beieren pagus memoratus in Dipl. Mſto Conradi R. an. 913. Fuld. Mon. concess. Trad. Fuld. Mſta in Beieren in loco Phete-rache et sta-selbac.

BELEGORA. In diplomate *Conradi*, Marchionis Miſniæ, anno MCXXX., citante *Petro Albino*; (*a*) in diplomate Ottonis II. Imp. dicitur *civitas* annô DCCCCLXXXIII. *Ditmaro*, Epiſcopo Merſeburgico, (*b*) *Belegori*. Fit conventus in Belegori, quod *pulcher mons* dicitur, in *Geronis* prœdio Marchionis. *Pulcher mons*, ait, rectiùs verò *albus mons*, notante *Albino*. (*c*) Alibi Ditmar. (*d*) *Belegari* vocat, & *urbem Belegori*, (*e*) hodie Belgern über Torgau. In hoc pago fuit burgvvardium *Treſchovvo*; in hoc verò burgvvardio prædium *Stremſeniz* (hodie Schirmeritz villa) erat.

BELICENSIS, *Bellicenſis*. Nomen dedit *Belica*, civitas Seqvanorum, pago huic, qvem qvidam corruptè *Bellovicenſem* appellant, vulgò *le Bugey*, aliàs *le Beaugey*, qvæ pars eſt Brexiæ.

BELLOJOCENSIS, *le Beaujolois*, à *Bellojoco* capite qvondam ſuo nomen accepit. Nam villam Francam, *Ville France*, nunc pro capite habet. Pagus autem iſte partim eſt in *Seguſianis*, ſeu in Epiſcopatu Lugdunenſi, partim in *Æduis*, cùm caſtrum *Belluſiocus* Matiſconenſis Diœceſeos finibus contineatur, & *Matiſco* ſit oppidum *Æduorum*.

BELLOVACENSIS, (*Belloacenſis*, *Beluacenſis*, *Beloacinſis*, & *Belloacinſis*: *Bellovacorum ager*, *pagus Bellovacenſis*, *pagus Belloacenſis* in vita S. Ansberti, Beluacenſis in Capitulis Silvacenſibus Caroli Calvi inter *Vilcaſſinum* & *Vindoiliſum*: vulgò *le Beauvaiſis*. Eumenius in panegyrico, Conſtantio Cæſari dicto, *Bellovacum ſolum* appellat, qvod *Iſarâ*, *Sequanâ*, *Ittâ* & *Aronâ* fluviis terminatur, multis vallibus, inprimis *Bellovacenſi* & Claromontanâ, inſigne, ſilviſque multis. *Theoderici*, Franc. Regis, placitum annô DCLXXX. de villa Bactilione-Valle in pago *Beluacenſi*, ex autographo Dionyſiano dabit *Mabillon*. (*f*) *Chlodovéi* III. Regis Francorum placitum de *Baldenacurte* ſuper fluvium *Marſo*, in pago *Beluacenſi*, annô DCXCIII. vide apud eundem, (*g*) & *Childeberti* III. Reg. Franc. placitum de *Hordi-*

Belvacenſis Mabil. an 918. n. 19.)

(*a*) chr. Miſnens. p. 432. & 436. (*b*) L. VI. p. 155. (*c*) l. c. (*d*) lib. cit. p. 163. (*e*) L. VII. p. 222. (*f*) L. VI. chart. II. (*g*) ch. 19.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [35] - 23

Hordinio in pago *Beluacensi*; Monachis Dionysianis vindicato, annô DCXCIV. promet Idem. (*h*) De donatione *Adelhardi*, facta Abbati *Fulrado*, de qvibusdam prædiis in pago *Beluacince* Idem. (*i*) *Flodoard.* ann. DCCCCXXIII. Nordmanni pagum *Beluacensem* deprædabantur. Idem annô DCCCCXXV. Nordmanni pagum *Beluacensem* atque Ambianensem depopulantur. *Rodulfus* Rex cum Hugone & Burgundionibus in pago *Beluacensi* sedet.

Belensis pagus villa Emilingus in Catalaunensi Regionis 954

BELNENSIS. Nomen habet à *Belno*, le *Beaunois*. Capitula Caroli Calvi apud Silvacum edita anno DCCCLIII. pagum Belnisum vocant, & inter *Tornedrisum* ac *Dusmisum* i. e. Tornedrensem & Dusmensem collocant. Chronic. Divionense in pago *Bolnensi* villas *Sentilliacum* i. e. *Sentennacum*, *Mammiacum* & *Cassiniacum* ponit; item in pago *Belnensi* villam *Bovonis curtem*. De maceriis in pago *Belnensi* Burgundiæ *Valesius*. (*k*)

BENEARNENSIS, à *Benearno*, veteri urbe, pagus *Benearnensis* nomen accepit, *le Bearn*, aut *le Biern*, longus & latus itinere bidui, cujus incolæ *Benearnenses* dicti, vulgò *Bearnois* aut *Biernois*. Pagus autem *Benearnensis*, sicuti *Convenicus*, in superiorem inferioremque dividitur. Superior est impositus, vel potius appositus saltui Pyrenæo, inferior ei subjectus. Totus Diœcesi *Iluronense* ac *Benearnensi*, seu *Lascurensi* continetur, dividiturque in sex regiones, *Palensem*, *Vicuilensem*, *Iluronensem*, *Ossavensem*, *Navarinensem* & *Hortensem*. Ante annos D. *Benearnum* dici cœpit, fuitque Vicecomitatus, cujus Vice-Comes Comitatum etiam *Bigerrorum* obtinuit, & Regibus nunc Anglorum, nunc Francorum, Aqvitaniæ Ducatum possidentibus, fidem promittere ac militare consveverat. Qvò magis miror, *Josephum Scaligerum* affirmare audacter, Regibus Anglorum, cùm Aqvitaniâ potiti sunt, totam *Novempopulanam* paruisse, præter *Benearnum*, qvod absoluti semper fuerit Imperii, semper separatum à ditione Francorum, ac nulli, præterqvam domestici Principis ditioni, subjectum. Qvod falsum esse, & Vice-Comites *Bearnenses* sui juris nunqvàm fuisse, sed nunc Anglorum, nunc Francorum Reges

(*h*) chart. 21. (*i*) chart. 46. add. chart. 49. 94. 127. (*k*) l. c. p. 312.

Reges Aquitaniæ potentes pro Dominis habuisse, & Francica & Anglica docet historia. (*l*) Cujus Gentis caput fuerit *Benearnum*, ignoratur. J. Cæsar Precianos, ceteris omnibus incognitos, Aquitaniæ suæ, seu *Novempopulanæ* gentibus annumerat, & inter *Bigerrones* ac *Vocates* ponit. Aliqui *Predianos* scribunt. Hos *Samson* confidenter in *Benearnos* mutat, & pagi *Benearnensis*, sive *Benearnensis* ac *Iluronensis* Diœceseon incolas interpretatur, nec in sua sententia tamen perseverat. Quippe adjicit, pagum *Benearnensem* dividi in sex regiones, quas *Parsans* vulgò vocant, quas regiones, seu *Parsans Precianorum* nomen servare, si *Precianorum* appellationem apud Cæsarem mutari non oporteat. Quæ mera somnia sunt. Quis enim non videt, *Parsan* à *parte* deduci, & pagum dividi in *Parsans*, h. e. in *partes*, vel regiones, *en pars*? *Precianos* autem à *partibus*, seu contra *partes* à *Precianis* deducere, absurdum est.

Bergendensis pagus v. Vergenden sis

BEROLTISBARA apud *Goldastum*. (*m*)

BISCHOFSHEIM. *Dagobertus* profitetur in dipl., à *Guillimanno* in Habsburg. allato, se tres curtes Ecclesiæ Argentinensi donare, quarum una sita est in pago *Bischoffsheim*, in Comitatu *Chilcheim*.

Bernuffe Tradit. Fuld. Mstæ: in villa Hessinbach, ubi plurimum operati ipsefs, in regione Hessonia in pago Bernuffe

BISULDINENSIS. Præceptum Ludovici Pii Imp. pro monasterio *Balneolensi* annô DCCCXXIII. Vir religiosus, nomine *Bonitus*, quendam locum heremum, quod dicitur *Baniolas*, quod est situm in pago *Bisuldinensi*. Præc. Caroli Calvi pro monasterio S. Petri *Bisulduensis* in Diœcesi Gerundensi: Qualiter religiosus Vir *Domnutus* Abba ex monasterio S. Petri, quod ipse in pago *Bisaldunense* super fluvium *Sambuga*, una per licentiam *Ramponi* Marchionis propriis manibus construxit annô DCCCXLIV. Ejusdem pro Ecclesia Gerundensi annô jam dicto. In pago *Bisuldunensi* villam, quæ nominatur *Baschara*, cum suis villaribus, nec non & *Archas*, simul cum villare, quem dicunt *Spedulias*, & aliud villare, quod nominant *Abdirama* pariter cum aliis diversis villaribus. Præc. Carlomanni Franc. Reg. pro Ecclesia Gerundensi DCCCLXXXI. villam, quæ est in pago *Bisuldunense*, & vocatur *Bascaro*, cum suis villaribus & suo termino, & *Archas* & villa-

Bibecaffo Fred. Fuld. Mstæ Krutz de westphalia trad. S.W. in pago Bibensfo omnes proprietates suas.

(*l*) Idem p. 82. (*m*) chart. 60. & 62.

Bengave pagus Vellesiæ p. 37.

Betensis pagus Vellesiæ p. 16.

rem vocantem *Spedulias*, & alium villarem &c. Præc. Caroli Simplicis pro monasterio *Balneolensi* in Diœcesi Gerundensi anno DCCCCXVI. Monasterium *Banniolas* in pago *Bisuldinensi* situm.

BITERRENSIS. Ager, seu *pagus Biterrensis* à *Juliano*, Toletanæ Sedis Archi-Episcopo, *Beterrense territorium* vocatur, ab incolis *le Bezares*, uti pagus Carcassonensis *le Carcasses*, ager Agathensis *Agadez*. Odonis, Franc. Reg., præc. DCCCXC. *Audegoxius*, Abbas S. Petri Juncellensis Monasterii, quod est situm in pago *Biterrensi*.

BITURICUS, seu *Betoricus*. Agrum *Biturigum* totum Cæsar civitatem *Biturigum*, Gregorius nunc *terminum Bituricum*, nunc *territorium Bituricum* vocat, sæpius absolutè *Bituricum*, semel *Bituricam*, supple regionem. *Hincmarus* de vita Remigii *pagum Bituricum*, Annales Bertiniani *pagum Bituricum* & *Comitatum Bituricum*, vetus appendix chronici Fredegarii non semel *pagum Bitorinum*, quem à pago *Autissiodorensi* & *Masoa*, ejus vico, Ligere fluvio dividi indicat, & trans Ligerim castrum *Burbonem*, h. e. *Burbonem Archembaldi*, vel *Erchenbaldi*, in eo pago ponit, castrum quoque *Argantomagum*, vel *Argentonum* ad minorem Crosam. *Bituriam* mutilato nomine recentiores Historici Latini nuncupavêre, ex quo Galli fecerunt *le Berri*, sublatâ secundâ syllabâ. *Wilhelmus* Amoricus Bitures quidem vocat *Bituriges*, regionem autem *Biturium*, nec non *Biturias* oras. Urbes, oppida & castra præceteris pagi *Biturici* sunt *Albiniacum*, Aubigni, *Concurcallum*, *Concressant* corruptè dictum pro *Concressau*: sacrum Cæsaris, vel *Sincerium*, *Sancerre*, *Mediolanum* vel Magdunum, *Mehum sur Yevre*, Virseo *Virzon*, Monasteriolum ad Carem, *Menestou sur cher*: cella S. Eusicii, *celles en Berri*, Vastinnum *Vatan*, Exoldunum *Issoudun*, Crazzacum *Gracay*, Dunum Regis *Dun le Roy*, castrum Leprosium *Leuroux*, castrum novum ad Carem, *Dolibourg de Deols*: castellum Radulfi, *Chasteau-Roux* mendosè pro *Chasteau Raoul* nuncupatum, castra *la chastre*, Argantomagus, *Argenton*, Oblincum *le Blanc en Berri*: Igorandis *Aigurande*, Noviodunum Biturigum oppidum, quod Cæsar (*n*) inter Genabum Carnutum & Avaricum *Biturigum*

(*n*) L. VII.

gum posuit, *Neuvi sur Baranion*, Carrocium *Charrois*, Linaria, vel Lineriæ, *Linieres*, Cullencum *Cullant*, castrum Meliandi *chasteau Meillant*: Firmitas ad Averam, *la Ferte sur Evre*: Bosentiacæ, aliàs Bussentiacum, *Bussancais*: castellio ad Angerim, *chastillon sur Indre*: Rusiniacum olim villa, post castellum, ad Crosam fluvium, *Rousſec le Chasteau en Berry*. In pago hoc tertiam partem agri (*Sissima* vocatur) ad luminaria concinnanda affert *Mabill.* (o) *Childeberti* III. Regis Franc. præceptum de *Nipsiaco* villa in pago *Bituricensi*, Monasterio S. Dionys. anno DCXCIV. concessa, vide apud eundem. (o) Anonymus de translatione B. *Gildasii*: villa, nomine *Callesium*, sita in pago *Biturico*, sive etiam *Pauliavum* in eodem pago, sive & germanicum. Præceptum Carlomanni, Franc. Reg., pro Ecclesia Aurelianensi annô DCCCLXXXI. ejusdem meminit. Flodoard. ad ann. DCCCCXXXV. Nordmanni, qui pagum *Bituricensem* deprædantur, à *Biturigensibus* & Turonensibus bello aggressi perimuntur. Id. ann. DCCCCXXXVII. Quidam Presbyter, nomine *Adalgarius*, captus est ab Hungaris, & abductus usque in pagum *Bitudrigensem*.

BLAVIENSIS. Vulgò dicitur le *Blaiguez*, ût ager Frontiacensis *le Fronsaguez*, ager Cusacensis *le Cusaguez*.

BLESENSIS. *Blesa* fluvius, vulgò *Bliets* dictus, alluit vicum *Blesam*, *Bleis*, Otvillare, *Otvveiler*, Altostate, die Altestadt/ Limpachium, Limbach/ Blesam castellum *Blies-cassel*, & ad Gemundam *Guemund* Saravo, accipitur. Ab eo flumine eoque castello nomen accepit haud dubiè pagus *Blesensis*, Nithardo (p) memoratus, qui pagos *Tullensem*, *Odornensem*, *Bedensem*, Blesensemque conjunctim enumerat. Pagus *Blesensis Blesitchouva* appellatur germanico nomine, composito ex *Blesit* i. e. Blesensis, & *chouva* h. e. pagus, ponitur que inter *Sarachouvam* & *Albechouvam*, i. e. Saravensem & Albensem pagos in divisione Regni Lotharii anno DCCCLXX facta. Hic pagus per me primùm omnium illustratus Doctis innotescet, ait *Vales.*, quem *Aubert. Miræus* à loco, Treviris propinquo, *Blis* dictum esse putat. Olim arbitratus sum, pergit ille, *Blesensem* pagum, quoniam à *Nithardo* ponitur pro-

(o) L. VI. chart. 6. (o) chart. 20. (p) L. I.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [39] - 27

pè *Partenſem* pagum & utroſque *Barrenſes*, nomen habere à flumine *Bleſa* in Matronam decurrente, aut à caſtello cognomine, quod alluit. *Bleſa* autem vulgò dicitur *Blaiſe*, cùm flumen, tùm caſtellum, aliàs *Bloiſe*. Sed nunc non dubito, quin priori ſententiæ ſtare oporteat. Certè legi literas Caroli M., in quibus cellam *Salonam* in pago *Salnenſi* cum Blithario villa ſuper fluvium *Saroa* (i. e. Saram, aut Saravum) & *Bleſa* memorari invenio. *Bleſa* autem hæc eſt villa, *Bleis* vulgò dicta, ad *Bleſam* flumen poſita. Quod in vita Ludovici Pii Imp. anno DCCCXXXIV. & in vita *Aigulfi*, Monachi Floriacenſis, cujus patria fuit, atque apud *Aimoinum* (q) caſtrum *Pleſenſe* nuncupatur, in annalibus Bertinianis annô DCCCLIV. *Bliſium* caſtrum dicitur, aliis *Bleſum* caſtrum. In quodam veteri numo legitur *Bleſo* caſtro, quod oppidum nunc eſt, celebre in Carnutibus, vulgò *Blois*. Maſſonus putat, *Corbilonem* à Strabone appellari. Hic locus pago *Bleſenſi* nomen dedit, *le Blaiſois*, qui pagus *Bleſiſus* nuncupatur in Capitulis Caroli Calvi, & propè Aurelianenſem ponitur. Dedit & nomen Comitibus *Bleſenſibus*, quorum illuſtris eſt memoria, quorumque originem *Joannes Pariſienſis* in memoriali hiſtoriarum enarrat his verbis: *Rollonis* fuit cognatus *Gello*, & ſocius itineris & bellorum, cui pro pace tradidit *Carolus ſimplex* montem, qui *Bleſum* dicitur, cum territorio circumſtante. Qui baptizatus ſicut ceteri, caſtrum bonum in prædicto loco conſtruxit, i. e. arcem, fuitque primus *Comes Bleſenſis*. At multò ante Caroli Simplicis principatum locus iſte *Bleſenſis* à monte ſuo dictus, caſtrum erat & vocabatur, ùt ſuprà notavimus. Donatio *Haganonis* ad S. Martinum Turonenſem: *Fridegiſo* Abbati trado manſum noſtrum dominicatum, quem extra conſortium fratrum in hereditate habemus in *pago Bleſenſi* in condita ponte *Lapidenſe*, in villa *Bliderico*. In alio veteri inſtrumento ejuſdem cœnobii: In *pago Bleſſenſi* in condita Cabriniacenſi, in loco nuncupante *Alvarias*.

v. Sylloge. p. 15.

BLISICHOWE. In diplomate Ottonis II. Imp., quod eſt confirmatio donationis Conradi Comitis, *Rodulfi* F., *Gortzienſi* Monaſterio factæ, addidit ipſe curtem ſuam *Ernuſtelvveiler* vocita-

(q) L. IV. cap. ult. & alibi,

vocitatam in pago *Bliesichovve*, & in comitatu *Wolemari* Comitis sitam &c. Dat. VI. Kal. Octobr. anno DCCCCLXXXII. Indict. II. annô verò Regni secundi Ottonis XXV. Imperii XV. Actum Capuæ. Vide *Mabill.* (r) Videtur hic pagus ab Hugone Flaviniacensi Blisacensis vocari. v. Acta SS. Bened. sec. VI. p. 29. part. I.

BOCENSIS. In vita Caroli M., edita à Pithœo, & annalibus Francicis ad annum DCCLXXXV. nec non apud *Regin.* (*f*) dicitur *Bucki* & *Buchi.* In agro Padebornensi supereſt hujus nominis Monasterium, Böke / fundatum Caroli M. tempore à *Meinulfo*, potente quodam in Westfalia Dynasta, qvem idem Imperator ex sacro fonte levârat. (*t*)

Boca *vetus* Carolo *memorabilis hoſpite* pagus,
Luppia *quam rapidis præterit amnis aqvis.* (*u*)

Fuit *Boca* celebris olim pagus, ubi Carolus M., Francorum Rex, Angarios, datis obsidibus, & jurejurando fidem obseqvii firmantes anno DCCLXXV. in ditionem accepit, & à S. memoriæ *Badurodo*, Padebornensi Episcopo, reliqviæ B. *Landolini* Confessoris, quas è Camaracensi Diœcesi illuc transtulerat, collocatæ fuerunt.

BOCHOVIA, *Bochonia*, *Buchonia*, in qua Fulda. *Aimoin.* Marian. Scot. (*vv*) *Solitudinem Bothonicam* barbarè vocat.

BOLCKEISHEIM. De hoc pago (ait *Wilhelm. Budæus*, Medicus & Historicus insignis,) ut vitulo Magni illius Viri, ingenio & prudentia acutissimi, *Henrici Meibomii*, Amici mei, libenter arare velim, nescio tamen, qva de causa hujus pagi in *Commentariolo ſuo de veteris Saxoniæ pagis* ne verbo qvidem meminerit. Parochia *Halberstadenſis*, qvæ constructa est in honorem Christi, suiqve Proto-Martyris *Stephani*, super fluvium *Holtemna* in pago *Hartingovve*, à Carolo M. determinata erat his pagis: *Darlingovve*, *Northuringovve*, *Belckesheim*, *Hartingovve*, *Svavia* & *Hasigovve*, uti ex Ludoviciano diplomate repetit D. *Sagittarius.* (*x*). Sed nescit ipse, qvid dicendum sit de hoc pago, perinde ac de

(r) L. VI. chart. 141. (*f*) in chron. ad ann. 775. (*t*) vid. Cosmodr. Gobelin. ætat. VI. c. 40. P. I. Anal. Padeborn. p. 112. seq. & Mon. Padeb. cit. p. 128. seqq. (*u*) cad. Monum. add. not. p. 81. seq. (*vv*) L. III. ad ann. 744. (*x*) in hist. Halberstad. §. 15.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [41] - 29

Svavia. Nam etsi *Schladamensis* Comitatus ambitum id habuisse nominis conjiciat, non omnibus tamen æqvè probabile fortsan videbitur. (*y*)

BOLONENSIS. Pagi hujus, inqve eo villæ *Attinii*, meminit Carolus Simplex anno DCCCCXVII. apud *Mabill.* (*z*)

BONONIENSIS. Ludovici Balbi præceptum, in gratiam *Widradi* monachi, pro cella, seu Monasterio, S. *Flaviani* de anno DCCCLXXVIII. Idem dabit. (*a*) Res ad istud collocatæ sitæ erant in pago *Bononiensi*, i. e. inter villam, qvæ dicitur *Moram* & *Ulmetiam*. Notatio Mabilloniana hæc est: Obscura sunt, qvæ hoc in diplomate dicuntur de situ Ecclesiæ S. *Flaviani*, cui res qvasdam attribuit *Widradus* monachus, sitas in pago *Bononiensi*, i. e. inter *Moram* & *Ulmetiam*. Eadem enim esse videtur Ecclesia, qvam *Haymo* Comes concedit Divionensi S. *Benigni* cœnobio. *Haimonis* donationem testatam facit apud *Perardum* (*b*) charta *Hugonis*, Episcopi Lingonensis, qui rogatu *Haimonis* reddit Ecclesiam S. Petri, sitam in villa *Mora*, Monasterio cognomento *Pulchrada*, vel *Saxonis fontanæ*, qvæ olim ejusdem loci Genitricis Dei Mariæ fuerat: sed beneficii gratia cum ceteris rebus ablata. Post hæc contigit, ut perpetuali dono ad S. *Benignum* Domino Abbati *Halenardo* idem locus monachili dignatione redinformandus meliorandusque traderetur, qvod confirmat *Hugo*, Episcopus Lingonensis. Nam si villa *Mora* sita erat in pago *Bononiensi* ad mare, hæc confirmatio potius ad Episcopum *Bononiensem* pertinebat, qvàm ad Lingonensem. Accedit, qvòd istud Monasterium, cui Ecclesia villæ *Moræ* restituitur, erat sacratum in honore S. Dei Genitricis, Sanctiqve *Flaviani* Confessoris, ut patet ex literis *Haimonis* factis in gratiam *Willelmi*, Abbatis Divionensis, apud *Perardum*. (*c*) Erat igitur illud ipsum Monasterium *Pulchrada*, seu *Saxi-fontis*, de qvo vide alias chartas apud Eundem *Perardum*, (*d*) & chronographum S. *Benigni*. (*e*) Ex his omnibus constat, hoc Monasterium situm esse

(*y*) l. c. §. 32. (*z*) L. VI. chart. 127. (*a*) chart. 108. (*b*) p. 183. (*c*) p. 180. (*d*) p. 187. & 572. (*e*) T. I. Spicileg. p. 456.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [42] - 30

esse in Diœcesi *Lingonensi*, (*f*) & quidem propè castrum, quod *Saxonis fons* dicitur. Prioratus est modò dictus B. Mariæ de *Saxo fonte*, *nostre Dame de Saxe-fontaine*. Conf. pagum *Morinorum*.

BOROCTRA. Tradidit Ludovicus Rex annô DCCCLXV. in villa Franconovurt ad Monasterium *Herivurt*, ubi tunc *Hadewvic* Abbatissa & Rectrix erat, quasdam res proprietatis suæ in pagis *Dreini* & *Boroctra*, & in Comitatibus *Burcardi* & *Warini* conjacentes, i. e. casas dominicatas duas cum territorio dominicali, unam scilicet in *Seliheim*, & alteram in *Stockheim*, nec non mansos XXX. pertinentes ad loca prænominata. *Dreini* propè Lippiam Westfalorum est, hodie Dreyenich. Vid. infrà *Dragim*. Tabulas verò Ludovicianas dabit *Schatenius*. (*g*)

BRACHBANTENSIS, *Bragbantensis*, *Bragobantus*. Extendebatur olim ab *Alosto* & *Gandavo* suprà *Tornacum* & *Condatum*, ùt ex chronico *Sigeberti* videmus. *Condatum* Hanoniæ oppidum, ad Scaldis & Hainæ confluentes, olim regalis & dives Abbatia puellarum, nunc Monasterium paucorum Canonicorum, ubi S. *Wasnulfus*, genere Scotus, cursu peregrinationis consummato sepultus in pace obdormivit, ùt *Baldericus* loquitur. (*h*) Comitatus *Alostanus* magnam veteris *Brachbanti* portionem comprehendit. Præter oppida duo, *Alostum* & *Gerardimontem*, vici CLXXII. aut circiter in eo numerantur. Ex quibus nonnulli usque ad *montem S. Trinitatis*, Tornaco vicinum, porriguntur. Pagi hujus primùm fit mentio in vita S. *Gudilæ* Virginis, quæ in eo pago *Brabatensi* corruptè dicto, nata esse dicitur, regnantibus Dagoberti Filiis *Sigiberto* & *Chlodoveo*. *Gudila* autem hodieque Brucsellæ in Brabantia colitur. *Brachbanti*, vel *Bracbanti* in vita S. *Hucberti*, Tungrensis Episcopi, fieri mentionem, video: qui Antistes administranti Regna Francorum Carolo Martello per totam Arduennam, Toxandriam atque *Brachbantum*, vel *Brachbante* templa diruisse, fregisse statuas, Ecclesiasque struxisse dicitur. In literis Domini Ludovici Imp. de divisione Regni sui inter Filios *Bragbenum* vocatur, ponitur que inter Aspaniam & Franderes seu Flandriam.

(*f*) vid. bullam Alexandri III. ap. Perard. p. 249. (*g*) P. I. Annal. Padeborn. ad ann. 865. (*h*) c. 42.

am. In divisione Regni Lotharii à Ludovico & Carolo Regibus anno DCCCLXX. facta, quæ Capitulis Caroli Calvi, Franc. Regis, & Annalibus Bertinianis inserta est, *Bracbantum* nuncupatur, & ponitur inter Toxandros & Camaracenses, quatuorque Comitatus habere dicitur his verbis: Comitatum Texandrum, in *Bracbanto* Comitatus IV. Camaracensim. Ex quo intelligitur, *Bracbantum*, vel *Bragbentum* satis amplum & spatiosum extitisse, cùm in eo quatuor fuerint Comitatus, seu minores pagi. Sigebert. in chron. *Brachbantum* appellat in rebus anni DCXXIII. in anno MV. semel ac iterum *Provinciam Bracbatensem* mendosè pro *Bracbantensem*, ùt sæpè aliàs, (quemadmodum & *Brachbantum* non rarò scriptum aut excusum reperitur pro *Bracbantum*,) in anno MLIX. pagum item *Bracbatensem* aut *Brachatensem*. In pago, inquit, *Bracbatensi* juxta Tornacum colubri prœlio inter se concurrant. Turnacum igitur civitas *Bracbanti* tùm erat, quæ nunc Flandriæ attribuitur, non Brabantiæ, quod & docet *Anselmus* in Chronico hisce in anno MCXIII. verbis: In pago *Bracbatensi* circa *Tornacum* nix tanta cecidit, ut & silvas fregerit. Ganda quoque *Bracbanti* olim fuit, quæ nunc est Flandriæ. Certè in literis Ludovici Aug. anno DCCCXIX. vocatur *Einhardus* Abbas ex monasterio, quod dicitur *Ganda*, quod situm est in pago *Bracbatensi*, constructum in honore S. Petri, ubi etiam S. *Bavo* corpore requievit. (*i*) Charta *Gerardi* I. Cameracensis & Atrebatensis Episcopi fundationem & dotationem Abbatiæ S. *Andreæ*, Ord. Bened., anno MXLVI. in castro Cameracensii, ditionis Episcopalis oppido, producit etiam hunc pagum. (*k*) Sigebertus incolas *Bracbanti*, sive *Bracbantenses*, Bratuspantes nonnunquam vocat, nomine *Bratuspantii* oppidi Bellovacorum, quod apud Cæsarem reperitur, inepte Genti à Bellovacis valdè remotæ attributo. Certè *Ansfridum* quendam memorat annô DCCCCXCVII. Comitem Bratuspantium, qui postea fuerit Trajectensis Episcopus. Et in anno MXII. Henricus (inquit) Imperator *Godefridum* Ducem in fines *Bratuspantium* mittit ad obsidendum castrum *Lovanicum*. Est autem *Lovanium* hodieque in Brabantia. Sic & *Anselmus* in anno

(*i*) vid. eod. diar. donat. Miræi c. 14. p. 53. (*k*) id. l. c. c. 46.

anno MCXXXIV. congregationem *Maliſnenſis* Eccleſiæ, quæ eſt in *Bracbanto*, commemorans, ſatis indicat, tùm *Maliſnas*, vel *Maalinas* Bracbanti ita fuiſſe, ùt ſunt hodieque Brabantiæ. De *Bragbanto* vide etiam *Mabill.* (*l*) Caroli Calvi præceptum pro commutatione quorundam prædiorum in pago *Bragbantenſi* & *Beluacenſi* ſitorum, inter Ludovicum, Abbatem S. Dionyſii & *Witram* vide apud Eundem. (*m*) Ejuſdem Caroli præceptum confirmationis pro Eccleſia Tornacenſi annô DCCCLIV. Otto II. in confirmatione poſſeſſionum Monaſterii S. *Bavonis* Gandenſis in hoc pago anno DCCCCLXXVI. etiam ejus meminit (*n*) *Henricus* III. Comes Lovanienſis & *Bracbatenſis* anno MLXXXVI. fundat dotatque Abbatiam *Afligemienſem*, in qua charta notanter vocatur: *Henricus* divinâ propitiante Clementiâ *Bracbatenſis* patriæ Comes & Advocatus. Sic Henricus III. Lotharingiæ eo nomine Dux circa annum MCCL. titulum Brabantiæ Ducis primus aſſeruit.

BRAJENSIS. Eſt minor pagus in Caletis, à ſilva *Brajo* cognominatus, gallicè *le pays de Bray*. *Brajum* ſubjacet pago majori Bellovaco.

BRECHTACHGOWE, *Bretachgovve*, hodie das Brettigau. Agnoſcit Auſtriacos, ſed eſt in fœdere Rhætico. In eo *Tabos*, domicilium Advocati provincialis, *Caſtels arx*. Vid. *Münſter*. (*o*)

BREDENARDE. Vide *Balduinum*, Comitem Giſnenſem, anno MLXXXIV. apud *Miraum*. (*p*)

BRESENIZI. In lit. de anno MLXXII. mentio fit pagelli *Breſenizi* & villæ *Lozivvizi*, in qua varii reditus dati ſunt S. Petro in Erpesphurt. Fuiſſe *Bregnize* burgvvardium ad Albim, ad quod pertinebant duæ villæ *Lunivvice* & *Wirnotine*, conſtat ex *Albini* chronico Miſnenſi. (*q*) Burgvvardium autem idem erat quod hodie Præfectura, ein Amt / oder Vogtey.

BRIGANTIONENSIS. *Brigantio* nomen ſuum dedit

(*l*) L. VI. chart. 50. (*m*) chart. 94. (*n*) Mir. cod. piar. donat. c. 39. p. 162. Add. L. I. donat. Belg. c. 14. p. 28. & c. 17. p. 34. item c. 19. p. 39. (*o*) L. III. c. 233. (*p*) L. I. Don. Belg. c. 23. p. 50. (*q*) p. 432.

dedit pago *Brigantionenſi*, le *Brianconnois*, à qvo Dalfini quidam ſe Principes agri *Brigantionenſis* dixêre, *Princes de Brianconnois*. Hic autem ager pars erat Regni *Cottii*, qui nomen ſuum dedit Alpibus *Cottiis*, inter meridiem & Septentrionem à monte Veſulo ad montem Ciniſium, inter ortum & occaſum à Seguſione Ebrodunum uſque promiſſis.

BRIGENSIS, *Briegius* vel *Brigejus*, à ſaltu ejusdem nominis appellationem traxit, *la Brie*. *Jonas* in vitis *Columbani* & *Euſtaſii* Abbatum *Briegenſem* ſaltum ad fluviolum *Resbacem*, & ſaltum pagumque *Briegium* nuncupat. *Beda* (r) ſemel atq; iterum appellat, commemorans Monaſterium, qvod in regione Francorum ab Abbatiſſa nobiliſſima, nomine Fara, conſtructum eſt, in loco, qvi dicitur in *Briege*. Locus enim, in qvo Monaſterium *Faræ* condiderat, *Evoriacæ*, ſeu *Eboriacum* vocabatur; pagus, in qvo *Eboriacum* erat, *Brige*, *Brigenſis*, vel *Brigejus*, qui in vita B. *Audoëni Brigienſis ſilva* nuncupatur. Multò minor autem & anguſtior olim fuit pagus *Brigenſis*, qvàm nunc eſt, cùm diſtingverentur ab eo pagus *Meldicus* paguſq; *Bruvinenſis*, qvos ambos pagos cum urbe Meldis & caſtro Pruvino pago *Brigenſi*, nunc attribuimus. Certè *Latiniacum* villam, ſitam in territorio *Meldico*, à Dagoberto collatam baſilicæ S. Dionyſii, & *Latiniacum* villam, qvæ ſita eſt in *Bricio*, annô poſt ejus mortem quarto à *Nanthilde* Rege baſilicæ ejusdem Martyris donatam eſſe, commemorant geſta *Dagoberti*, Francorum Regis. Ex qvo intelligimus, licèt ambo iſta *Latiniaca* nobis ignota ſint, pagum *Meldicum* tùm à *Brigenſi* diſtingvi conſveviſſe. Pagus *Brigenſis*, qualis nunc eſt, quatuor eſt ex parte populorum, *Pariſiorum*, *Senonum*, *Tricaſſium* atque *Meldorum*. Pariſiorum ſunt *Nucetum*, *Gornacum*, *Latiniacum*, *Torciacum*, *Cauda*, *Turnomium*, *Liciniacum*, *Villa nova S. Georgii*, ac *Braja Comitis Roberti*. Senonum ſunt *Pruvinum*, *Calma*, vulgò Chaume, veteri Monaſterio inſignis. Ad *Meldicam* Diœceſin pertinent *Creciacum*, *Columbaria*, *Firmitas Galtheri*, *Jotrum*, *Firmitas ſub Jotro*; Diœceſeos *Tricaſſinæ* eſt *Chaſtellio* ad *Mucram*, *Chaſtillon Sur Morin*, vicus in Caſtellania. Senaniæ pagoque Brigenſi poſitus eſt, & Sena-

nia

(r) L. III. Hiſt. c. 8.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [46] - 34

nia ipſa. His adjungendi ſunt & *Sveſſiones* : quandoqvidem omnes ſciunt, caſtellum *Theoderici*, qvod in *Briegio* pediculoſo aliqua ex parte eſſe conſtat, Sveſſionicæ Diœceſeos finibus contineri. Conſtat quidem & *montem mirabilem*, caſtrum in *Briegii* finibus poſitum, *Montmirail*, ad Diœceſin Sveſſionicam pertinere, nec non *Buſcionem*, *Bouiſſon*, cellâ Cluniacâ ſubjectâ illuſtrem, & Caſtellioni ad Matronam propinqvam.

BRIONENSIS. A *Breona* vel *Briona* pagus hic *Nithardo* memoratus, inter *Tricaſſinum* & utrosque *Barrenſes* nomen accepit. In Capitulis Caroli Calvi duo *Brioniſii*, vel *Brionenſes* pagi commemorantur, à duabus *Brionis* dicti, qvarum altera nunc vocatur *Brienna*, altera *Brenna*, *Brenne* : ſunt qve ambæ in Campania gallica, non procul ab Arriaca & Alba flumine.

BRISGOWIA. *Briſachgovia*, *Briſickgovve*. Anno IↃCCCCLII. V. Id. Aug. indict. X. anno V. Ottonis I. XVII. ipſe Rex per intetventum dilecti filii ſui *Lutolphi* conceſſit & obtulit Eccleſiæ S. Mariæ, quæ conſtructa eſt in loco, qvi dicitur *Meginrades cella*, & ibi Deo ſervientibus Heremitis, qvendam locum, *Lielahe* nominatum, in pago *Briſachgoviæ*, in Comitatu Filii ſui *Lutolphi*, Actum in Auguſtburg. (*ſ*) Et *Otto* Junior, CoImperator Auguſtus, eidem cellæ diverſas donationes confirmat, ſpecialiter curtem *Riego* cum locis *Endinga*, *Winlinga*, *Chenſinga*, *Deninga*, *Burcheim*, *Baldinga*, *Rotvvilla Betzenhauſa*, *Berga*, *Bochesberga*, *Zaarda*, *Hiela*, *Tutesvelda*, *Rihulinga*, *Birinheim* in Ducatu Alemannico, in pago *Briſickgovve* ſitis. Dat. XIX. Kal. Sept. anno IↃCCCCLXXIII. Indict. XV. Actum in S. Galli monaſterio Ciſalpino. (*t*) *Otto* Rex ad Eccleſiam Wormatienſem, cui tunc Hildebaldus Epiſcopus præerat, quoddam proprietatis ſuæ prædium dedit, *Saleja* dictum, in pago *Brisgovviæ*, in Comitatu *Birchinonis* ſitum. Data XIV. Kal. Jul. anno CMXC. Indict. III. anno autem Ottonis regnantis VII. Actum Franckofurt. (*u*) Limites Diœceſis Conſtantienſis ad occidentem per ſilvam *Schvvarzvvald* in pago

(*ſ*) Vid. Franciſc. Gvilliman. L. II. Habspurg. c. 7. (*t*) Id. l. c. (*u*) Id. L. IV. c. 2. Bertius Comm. Rer. Germ. L. III. p. 510.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [47] - 35

Briſgovve. (*vv*) *Briſigavenſis* dicitur apud *Vadianum*, (*x*) ab aliis *Briſiacenſis*. In charta *Chrodoardi* Comitis de venditione *Follrado*, Abbati Dionyſiano, anno DCCLXIV. facta, fit mentio Ducatûs Alamanorum in pago *Briſagavienſi*. (*y*) Pagi *Briſigaviæ* meminit idem *Mabill.* (*z*)

BRIVATENSIS, à *Brivate*, vico Arvernorum, pagus hic dicitur le *Brivadois*. Res, qvas *Wilhelmus*, Princeps & Marchio, cœnobio *Celſinianenſi* apud Arvernos anno DCCCCIX. contulit, ſitæ erant in Comitatu *Brivatenſi*, in Vicaria *Vcionenſe*, in villa *Cariſiaco*. Chartam dabit Mabill. (*a*)

BRIZANORUM. Duodeviginti inter pagos, in qvos ab *Adamo Brem.* & *Helmoldo* diſpertita dicitur Slavia, *Brizanorum* quoq; eſt. Sunt autem *Brizani Prignitzenſes, Perlebergenſes.* (*b*) In tempore illo orientalem Slaviam tenebat *Adelbertus* Marchio, cui cognomen *Urſus*, qvi etiam propitio ſibi Deo ampliſſimè fortunatus eſt in funiculo ſortis ſuæ. Omnem enim Terram *Brizanorum*, *Stoderanorum*, multarumque gentium habitantium Habelam & Albiam miſit ſub jugum, & infrenavit rebelles eorum. (*c*)

BUCHONIA. Vid. *Bochovia.*

BUDESIN. Vid. chronic. *Pegavienſe*, (*d*) quod ſic: *Wicpertus* hæc audiens & dolens, aliter filium liberare non potuit, donec urbem *Lizingk*, & pagos *Inſen* & *Budiſſen*, unà cùm urbe *Morunge* Regi tradidit. Vetera diplomata *terram Budeſinenſem* appellant. Eſt tractus circa *Budiſſinam*, quam *Ditmarus* (*e*) *urbem* ac *civitatem* nominat. Hodie Bautzen in Luſatia. (*f*)

BURBONENSIS. *Burbo Erchembaldi* nomen dedit pago Ducatuique *Burbonenſi*, qui pagus eſt non antiquus, & primò *Burbonem* ſolummodò, *Muratum* (Murat) *Cantiliamq;* continebat, ſed poſt *Biturigibus Cubis*, *Arvernis*, *Nivernenſibus* & *Forenſibus Seguſianis*, finitimis ſuis multa detraxit, auctusque eſt detrimento vicinorum, & nunc in qvatuor parœciis eſt poſitus, in

(*vv*) chron. Conſtant. à Piſtor. edit. p. 623. (*x*) T. III. Goldaſt. p. 53. ſeq. & p. 83. (*y*) Mabill. L. VI. charr. 45. (*z*) charr. 56. (*a*) chart. 124. (*b*) vid. chron. Slav. L. I. c. 37. num. 1. (*c*) Id. l. c. c. 88. num. 1. (*d*) edit. Mader. p. 251. (*e*) L. VI. p. 132. & 142. & L. VII. p. 232. (*f*) conf. chron. Miſnens. Albin. p. 432.

in *Augustodunensi* & *Nivernensi Æduorum*, in *Biturica Biturigum Cuborum*, & in *Claromontensi Arvernorum.* Pars pagi *Burbonensis* recentior inter Ligerim & Elaver flumina jacens, quæ *Molinas* ipsas, nunc caput pagi, continet, ad Episcopatum *Augustodunensem* pertinet, Æduisvé adscribitur. Quare rectè *Coquillius* observavit, Bojos, quibus Ædui agros dederunt, hos unos & solos esse *Burbonenses*, qui Ligerim inter & Elaver sedes habent. Pars autem veterrima pagi *Burbonensis*, cujus caput fuit castrum *Burbo Erchembaldi*, eique nomen dedit, erat (ùt est hodieque) unà cum *Burbone* ipso, in pago *Biturico*, sicuti suprà docuimus, & Ecclesiæ Biturice finibus continebatur. Ab eo Burbone Nobilissima familia *Burbonensis* appellationem traxit. Ex qua tertium jam Principem habemus *Ludovicum*, Francis feliciter imperantem.

BURDEGALENSIS, *Burdigalensis.* Hic pagus ùt majore ex parte, unà cum ipsa *Burdigala*, trans *Garumnam* est positus, Bojos & Medulos simpliciter Transgarumnicos continet: qui licèt ultra flumen *Garumnam* siti sint, tamen Aquitaniæ secundæ cum *Burdigala* attribuuntur. Eodem modò *Veliocasses* & *Caleti* citra Sequanam, quo Celtæ à Belgis dividuntur, latè sedes habent, ac nihilominus simul cum *Rotomago* urbe, quæ & ipsa cis Sequanam est, non Belgis, seu Provinciæ Belgicæ secundæ, sed Celtis, vel Provinciæ Lugdunensi secundæ adscribuntur. Portio igitur *Biturigum Vivisscorum* fuêre haud dubiè *Meduli* & *Boji*, cùm *Burdigalam*, caput *Biturigum Vivisscorum*, pro capite & Metropoli habeant etiamnum, & *Burdigalensis* Diœceseos finibus contineantur.

BURICHINCAS apud *Goldast.*, (*g*) cujus etiam præfatio (*h*) consulenda est, idem ac *Burichinga* apud *Freherum.* (*i*)

BURSIBANT. Cùm Otto III. anno DCCCCXCV. in Saxonia moraretur, consilio *Hildibaldi*, Wormatiensis Ecclesiæ honorandi Præsulis, & *Bernardi* Ducis, aliorumque fidelium suorum, *Immæ*, Herivurtensi Abbatissæ, tres Ecclesias in pagis *Bursibant* & *Scopingon*, inque villis *Reini*, *Wadiringas* & *Stocheim* constructas, cum omnibus rebus & decimationibus suis, à Ludovico Imp. ad præfatum Monasterium traditis, confirmavit. Hildibaldus

(*g*) chart. 48. & 87. (*h*) p. 8. (*i*) l. c.

Episcopus & Cancellarius vice Willigisi Archi-Episcopi recognovit. Dat. VI. Id. Jul. anno DCCCCXCV. Indict. VIII. annô autem tertii Abbatis regnantis XII. Actum Bodfeldon. Confirmavit hæc *Henricus* II. II. Idus Augusti annô MII. Indict. XV. anno Henrici I. Egilbertus Cancellarius vice Willigisi Archi-Capellani recognovit. Actum Arundi. (*k*)

C.

PAGUS CABILLONENSIS. A *Cabillonno*, seu *Cabillione*, ùt in tabula *Theodosiana*, quam ab Edi ore *Peutingerianam* appellant, dicitur, pagus hic nomen desumsit, *le Chalonnois*. (*l*)

CADURCINUS, *Cadrocinus* dicitur *Mabill.*, (*m*) aliis *Caturciensis*, *Catorcinus* & *Cathurcinus*. *Caturcinum* Fredegarius (*n*) habet. Ex hoc pago *Cadurcino*, vel *Cadorcino*, Galli fecerunt olim *Caorcinum*, & agrum *Cadurcinum* vocârunt *le Caorsim*, vel *Cahorsim*, aut *la terre & pays de Cahorsin*, ùt in pactione inter *Ludovicum* & *Henricum* Reges anno MCCLIX. facta, in pactione Britiniacensi & alibi non rarò appellari observavit *Petrus Pithœus*. *Cadurcos* ipsos incolas pagi *Cadurcini Caorcinos* nuncupaverunt, *Cahorsins*, quasi *Cadurcinos*. Nunc pagum quidem *Cadurcinum* vocitant *le Querci*, c in qv., a in e commutatis, *Cadurcos* verò *les Quercinois* i. e. *Cadurcinos*, vel *Cadurcinenses*. Pagus *Cadurcinus* dividitur in inferiorem & superiorem. Hunc *le haut Querci* vocant Cebennæ, istum *le bas Querci*; jacet sub Gebennis. Est in in hoc pago *rupes amatorii Roque madour*, ad rivum, qui in Duranium defluit, peregrinationibus votivis locus olim celeberrimus. (*o*)

CALETENSIS, seu *Caleticus*. Pars agri *Caletorum* vocatur pagus *Caletensis*, *le pays de Caun*, literâ L. in U. mutatâ, dividiturque in majorem & minorem. Nam inter Ecclesiæ *Rotomagensis* sex Archi-Diaconatus tertius vocatur *Majorum Caletorum*, *du grand Caux*, sextus & ultimus *Minorum Caletorum*, *du petit Caux*. *Caltivum*

(*k*) Vid. me fusius ad Synod. Mogunt. §. 7. (*l*) conf. chart. divisionis Regni Fr. anno 806. (*m*) L. VI. chart. 14. (*n*) L. V. chron. c. 57. (*o*) Vid. de eo Aimoin. L. III. c. 57. Aut. vit. S. Desiderii, Episc. Cadurcensii, c. 16. & app. Gregor. Turon. c. 57.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [50] - 38

vum territorium corrupto nomine appellat Vita S. *Filiberti*, Abbatis Gemeticensis: pagum *Caletinsem*, h. e. *Caletensem* chron. *Fontanellense*; (*p*) Ordericus Vitalis (*q*) *Caletensem pagum*, & *Caletensem regionem*. (*r*) Literæ Caroli M. & Caroli Calvi de rebus, datis Ecclesiæ Rotomagensi, *calciatum* pagum nuncupant mendosè, pagum *Caleticum* alii, & *Caletum* absolutè: *Calcegiam* & *Calcejam* recentissimi Scriptores. Sunt & alii in *Caletis* minores pagi, videlicet pagus *Augensis*, *le pays d'Eu*, pagus *Brajensis* à Silva *Brajo* cognominatus, *le pays de Bray*, & pagus *Tellau*, vel *Tallogius*, olim quàm nunc illustrior. Pagum *Caleticum* insulam de *Cavvs*, i. e. insulam *Caletorum Walsinghamius* vocat, quia à Caldebecco usque ad Deppam *Caletensis* ager Oceano ferè cingitur instar peninsulæ, *Caldebecco* & *Deppa* Isthmum claudentibus.

CALIVASSINUS. Hodie ex parte quidem *Meldorum* est, Meldicæque Diœcesi. ac etiam Svessionum: ex majori parte Catalaunorum, seu Vadicassium, Catalauniæque paroeciæ.

CALMONTENSIS, seu *Calvomontensis*. Ejus pagi primus meminit Autor vetus, qui de vita & gestis *Arnulfi*, Metensis Episcopi, ad *Chlodulfum*, ejus filium & successorem, librum ante annos mille composuit hisce verbis: Quidam homo in pago *Calmontisse*, aliàs *Calmontiso* i. e. *Calmontensi*. Alius codex habet *Calmontise*, alius *Calvomontense*. Comitatum *Calmontensium* vocant Annales Bertiniani in rebus anni DCCCXXXIX. & inter Comitatum Sventisiorum, sive Sugintensium, & Ducatum Mosellicorum ponunt. *Calmontis* pagum & locum appellat divisio Regni Lotharii annô DCCCLXX. facta, & inter Suentisum similiter & Sarachouvam superiorem collocat. In vita *Adalberonis*, posterioris Episcopi Metensis, ab *Æquali* Abbate circa annum M. scripta, pagus *Calvomontensis* nuncupatur, & in eo pago castrum *Spinal* ad flumen Mosellam fuisse dicitur. Sic autem Abbas ille scribit: Domnus *Deodericus*, Mettensis Episcopus, cui *Adalbero* noster successerat, in pago *Calvomontense* locum quendam inter Mosellam & montem, qui in devexo sui castrum habet, ex accidenti linguâ rusticorum *Spinal* vocatum, divino famulatui aptum reperiens, monasterium

(*p*) c. 7. (*q*) L. XII. (*r*) L. IX.

sterium constructit, consecrans illud Deo & S. *Goërico*, cujus ossa eò transtulit. Ibi *Adalbero* ancillas Christi sub regulari vita & institutione Patris *Benedicti* bene edoctas collocavit & dotavit. Tum addit: castrum imminens Monasterio sedes est Episcopalis: nimirum castrum *Spinal*, cognominatum à *spina* montis Mosellæ proximi, in quo positum est: *Spinal* quoque & castrum *Spinalense* dictum in chronico de Episcopis Mettensibus, quod in anno MCCLX. desinit. Certè ut capita & vertices, frontem & fauces, sic & dorsum & spinas, pectus & latera, vel costas pedesque montibus tribuere consuevimus. Castrum *Spinalense*, vel *Spinal*, vulgò nunc *Espinal* nuncupatur, estque positum in Lothariensibus ad ripam fluminis Mosellæ, abestque quatuor leugis ab *Alteriaco* castro Abbatiâ inclyto, *Antrey*. In eodem pago *Calvomontensi* castrum fuit *Vendobora*, nunc ignotum, ut docet vita *Adalberonis*, Episcopi Metensis, qui *Alteriacum*, *Theoderici* infelicissimi castrum, *Landfridicurtis* etiam dictam turrim, cui *Everelinus* pravissimus insidebat, & *Vendoperam* castrum *Beraldi* Comitis, in *Calvomontense* pago situm, ob deprædationes ecclesiasticæ familiæ evertisse dicitur. *Calmons*, seu *calvus mons*, aliis *Calmontis* nomen suum dedit pago *Calmontensi*, seu *Calvomontensi*, quem locum *Chaumont* nunc dici ajunt, & positum esse ad Mosellam in Lotharingia. Ego in tabulis nullum ejus nominis locum ad hoc flumen reperio in Lothariensium finibus. Est & *Calmons*, vel *Calmontis* inter *Lutosam* & *Deonantum*, in divisione Regni *Lotharii* memoratus, quem vulgò *Calmont* dici ajunt, & in parœcia Leodiensi positum esse.

CAMARACENSIS, *Cameracensis*. Ager urbi *Camaraco* Nerviorum adjacens vocatur pagus *Camaracensis*, Gallis *le Cambresis*. In Ludovici Pii divisione Regni inter Filios *Camdlecensis* corruptè pro *Camarecensis*, aut *Cameracensis*, inter Oventovicum & Viromandensem. In divisione Regni Lotharii, quæ Capitulis Caroli Calvi & Annalibus Bertinianis inserta est, hîc quidem *Camarensem* pro *Cameracensem* appellatum reperio, illîc verò *Cameracensium*. Nam ea divisio Regni Lotharii eâdem ratione *Cameracensium* pagum *Camaracensem* nuncupat, quâ *Megenensium* & *Sventisium* pagos *Meginensem* & *Sventensem*, vel *Sugintensem*.

Memi-

Meminit pagi hujus *Mabillon.* (*f*) AC. DCLXXVII. Indict. VI. Vir illuſter *Amalfridus* tradidit *Berlino* monaſterium, quod ipſe conſtruxerat in proprietate ſua, dictum *Hunulfocurtis*, in pago *Kambrincenſe* ſuper fluvio Scald. (*t*) *Hunulficurtis* i. e. *Hunulfi villa*, vel vicus, ab *Hunulfo* Domino ſuo & conditore dicta; *Hunulfcurt* dicitur in Annalibus Bertinianis anno DCCCLXX. *Hunul-curt* truncâ appellatione in diviſione Regni *Lotharii* eôdem anno facta, & Capitulis Caroli Calvi inſertâ, Villa *Hunol-curt* aliis, ſed ineptè, cum *villa* & *curt* unum idemque ſit. Vulgò *Houncurt*, vel *Huncourt* vocitatur, eſtque locus in Diœceſi & pago *Camaracenſi* ad Scaldim, Monaſterio S. Petri à *Vindiciano* Epiſcopo exſtructo, veteri Benedictinorum Abbatia, ac pugna, annô MDCXLII. inter Gallos Hiſpanosque commiſſâ, nobilitatus, ab urbe *Camaraco* IV. leugis Francicis diſtans. S. *Valeria*, Virgo ſacra, ei Monaſterio præfuiſſe, ac ibi ſepulta dicitur: quod poſtea, ejectis puellis, Monaſterium Canonicorum, ac demum Monachorum *Benedicti* ſectam ſequentium evaſit. *Mabilloni* pagus noſter eſt *Camaricinſis*. (*u*) Flodoard anno DCCCCXXII. terræ motus in pago *Camaracenſi* factus. Vid. etiam *Fredegar.* (*vv*) De villa, Colonia, in pago *Cameracenſe*, lege ſis Caroli Calvi chartam confirmationis prædiorum Monaſterii S. *Bavonis* de anno DCCCLXIV. (*x*) *Baldricus*, Noviomenſis & Tornacenſis Epiſcopus, qui parochiam *Tiletanam* Canonicis Harlebecanis anno MCV. donabat, ſcripſit chronicon *Cameracenſe* & *Atrebatenſe*, Duaci anno MDCXV. editum, nec non chronicon *Morinenſe*, ſeu *Tervanenſe*, quod an in lucem prolatum ſit, neſcio. Rogatus item fuit à *Godofredo*, Epiſcopo Ambianenſi, ut hiſtoriam Diœceſ. *Ambianenſis* ſcriberet, an verò præſtiterit, ignoro. Vivere deſiit annô MCXII.

CAMELIACENSIS, *Camliacenſis*, *Camiliacenſis*. *Cameliacum*, vel *Camliacum*, vulgò *Chambli* dictum, nomen dedit pago *Cameliacenſi* aut *Camliacenſi* in Bellovacis, cujus eſt caput. *Monſtreletio.* (*y*) *Camliacum loricarinum* cognominatur, forſitan

(*f*) L. VI. chart. 57. (*t*) Id. lib. cit. p. 607. (*u*) l. a. (*vv*) c. 106. (*x*) Vid. Miræi cod. piar. donar. c. 18. p. 73. (*y*) Vol. I. c. 176.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [53] - 41

quòd ibi *loricæ* olim fierent, la ville de *Chambli* le *Haubergier*. In qvodam diplomatè invenio villam *Baudrinum* super fluvium *Iseram* situm in pago *Cameliacinse*: qvi pagus *Camliacensis* vocatur in vita B. *Baboleni*, Abbatis Fossatensis, in qva Campania villa (Champagne) sità esse dicitur in pago *Camliacensi*. Pipinus, Francorum Rex, in literis anno Regni sui I. datis pagi *Camliacensis* inter pagos *Bellacensem* & *Velcassinum* meminit, nec non pagi *Madriacensis*, pagi *Telai* & *Vimnai*. Sugerius de vita Ludovici Crassi *Matthæi*, Comitis Bellimontis, castrum nomine *Canliacum* commemorat. (z) *Chlodovei*, Regis Franc., placitum de *Nocido*, super fluvium Iseræ, in pago *Camiliacensi*, de anno DCXCII. ex autographo Dionysiano dedit nobis *Mabill.* (a) *Childebert.* III. Franc. Reg. præceptum de *Tusonis-Vallis* Monasterio in pago *Camliacense*, datum anno DCXCV. Idem. (b) In Charta Chlodovei III. Regis Fr. apud Mabillon. Ad. ss. Bened. Sæc. III. part. II. p. 617. villa nuncupante Nocito in pago Camiliacense memorat.

CAMIZISUS vel *Camicensis*. In Capitulis Caroli Calvi anno DCCCLIII. apud Silvacum editis memoratur, & inter *Barrisum* ac *Catalauniam* ponitur. *Camizisus* hic pagus fortè dictus est pro *Camigisus*, ùt *Vonzisus* pagus ibidem dicitur pro *Vongisus* à Vongo: aut certè Z. literæ S. locum tenet. *Camizensi* pago, ùt puto, nomen dedit *Camizus* locus, vulgò *Chemoù* dictus, inter Catalaunos & Barrum Ducis, seu inter pagos *Catalaunicum* & *Barrensem* positus, ad amnem in Matronam influentem. Qui si *Camigus* aut *Camisus* vocari debet, pagus quoque *Camigensis* vel *Camisensis* est appellandus. Nec de eo pago plura, quæ memorentur, occurrunt: qvi & obscurus maximè est & ignobilis, & nusqvàm alibi, quàm in Capitulis Silvacensibus, notatur.

Camiliacensis pagus occurrit apud Mabil. T. III. Annal. Ben. p. 212. n. 2.

CAMPANENSIS. Vide de hoc *Aimoinum*. (c)

CARBONARIAS. Hunc pagum *Nithardus* non semel memoravit. Nomen dedit *Carbonaria* silva. Nunc incolæ ex parte *Hagelandiam*, i. e. silvestrem regionem, nuncupant.

Carole

CARCASSONENSIS, *Carcassensis*. Quibusdam *Carcassesium* corruptè dicitur, incolis le *Carcassez*. In chronico *Simonis*, Comitis Montis fortis, *Cabaretum* esse castrum fortissimum

(z) conf. Mabil. chart. 4. (a) chart. 13. Add. chart. 24. (b) chart. 22. & 60. (c) L. III. c. 96.

mum in *Carcaſſeſio* dicitur. Hic pagus & urbs, unà cum urbe pagoq; *Biterrenſi*, Vice-Comitem olim ſuum habuit. Pagum autem *Carcaſſonenſem* nominant le *Carcaſſez*, uti *Agathenſem* pagum atque Comitatum l' *Agadez*, *Biterrenſem* Pagum aut Vice-Comitatum *le Bezerez* & *Bezarez*; à Cartilao *Carlat* Cartilatenſem pagum; *le Carladez*, Redenſem pagum *le Raſez*, & ſimilia. In præcepto pro Monaſterio S *Hilarii*, & præcepto Ludovici Pii pro eodem cœnobio: *Monellus* Abba ex monaſterio S. *Hilarii*, quod eſt ſitum in pago *Carcaſſonenſe* ſuper rivum, qui dicitur *Leuchus*. *Leonnius* Abbæ ex Monaſterio S. *Hilarii*, quod eſt ſitum in pago *Carcaſſonenſe*. Caroli Calvi præceptum anno DCCCXLIV. Cella nova ſub honore S. Mariæ conſtructa in pago *Carcaſſenſe*. Ejusdem aliud præceptum: Petiit etiam, ut illas cellulas, quas in pago *Carcaſſenſe* in loco *Laurano* & S. *Fructuoſi* &c. Ejusdem aliud præceptum: Abba ex monaſterio S. *Hilarii*, qvod eſt ſitum in pago *Carcaſſonenſe* ſuper rivum *Leuco*. *Odonis*, Reg. Franc., præc. DCCCLXXXVIII. ſuper fluvium *Duranum* locum, qvi dicitur *oratorium*, quæ ſunt in pago *Carcaſſenſi*. *Gelaſii* II. bulla de privilegiis Monaſterii *Cauenſis* in Diœceſi Narbonenſi anno MCXIX. in *Carcaſeni* villam, ſive Eccleſiam S. *Fructuoſi*, Eccleſ. S. Laurent. villam *Baniolus* cum Eccleſia ſua, villam *Palarot* cum Eccleſia ſua, *Orvi* cum Eccleſia ſua, partem villæ *Glajani*.

CARNUTINUS. *Carnotenus*, *Carnutenus*, *Carnotinus*, *Carnotinſis*, *Carrentinus*. A *Carnutibus* nomen accepit. Gregorio Turonico (*d*) *pagus Carnotenus* dictus, & (*e*) *terminus Carnotenus*: pagus *Carnotenſis* in Capitulis Caroli M., & *Carentinus* in Capitulis Caroli Calvi, inter *Vinduſniſum* & *Durcaſinum*, i. e. Vindocinenſem & Durocaſſinum. Pagus autem *Carnutinus*, qvem *le pays Chartrain* Galli appellant, agrum tantùm ſuburbanum Autrici *Carnutum* ſignificat, non totam regionem *Carnutum*. Quippe in *Carnutibus*, à Seqvana ad Ligerim, & ultrà etiam pertinentibus, plures erant, ac ſunt hodiqùe pagi, nimirum *Bleſenſis*, *Vindocinenſis*, *Durocaſſinus*, (le Dreugeſin) *Dunenſis*, *Carnutinus*, *Pinciacenſis*, (le Pincerais) *Madricenſis*, *Aurelianenſis*,

(*d*) L. IX. Hiſt. Francic. c. 20. (*e*) L. V. c. 34.

sis, *Belsa*, pars Pertici, ac trans Ligerim qvoq; usq; ad Carum fluvium Secalaunia. *Carnutes* igitur sicuti Turones & Andicavi, præ ceteris ultra Ligerim amnem intra fines Aqvitaniæ partem aliqvam agri sui habuêre, ac etiamnum habent, sed multò utrisque minorem. *Carnutina* Diœcesis una est è maximis Franciæ. Qvippe partem Pertici, pagos Vindocinensem, Blesensem, Dunensem, *Carnutinum* propriè dictum, Durocassinum, Madricensem, Pinciacensem, portionemqve Belsæ continet, ita, ut in qvatuor novas Diœceses novosque Episcopatus, nimirum *Blesensem*, *Vindocinensem*, *Durocassinum* & *Dunensem* qvibusdam dividi posse videatur, qvæ qvatuor oppida clara magnaque sunt, & cathedrâ Episcopali digna. In Ecclesia Carnutena sunt sex Archi-Diaconi, videlicet Archi-Diaconus Major, sive *Carnutensis*, *Dunensis*, *Durocassinus*, vel *Drocensis*, *Pinciacensis*, *Vindocinensis*, & *Blesensis*. Galardo notum est in Belgæ pagique *Carnutini* confinio castrum, vulgò *Gallardon* dictum. *Hildeburgis*, cujus de vita libellum edidit *Lucas Acherius*, in pago *Carnotensi* castro *Galardone* exorta, & ejus pater extitisse *Herveus* castri *Galardonis* Dominus dicitur, Philippo apud Francos regnante, ante annos fere DC. *Gualardo* aliis vocatur. In chronico *Mauricianensi* anno MCXX. dedicationi Ecclesiæ *Mauricianensis* cœnobii dicitur adfuisse præter ceteros Francorum Proceres *Gvido de Gvalardone*. Positus est *Galardo* ad ripas amniculi, qvi in Auturam defluit inter *Carnutas* urbem ac Novigentum Regis. *Odonis* Regis diploma, qvô *Richodoni* mansos aliqvot in villa *Gaugiaco* positos in pago *Carrotensi*, super fluvium *Oduram*, in beneficium dedit, vide apud Mabill. (*f*) Habet eundem pagum pactio inter *Guntramnum* & *Childebertum* Reges. *Formul. Lindenbrog. c.* 79. qvi præscriptus mansus cum omnibus appenditiis est in pago *Carnotense*, in Vicaria *Gangiacense*, in loco, qvi dicitur *Sicheri* villa.

Carolensis pagus est minor pagus pagi Augusto dunensis, in qvo Patriciacensis cella conventualis sita. In Testament. Eccard. Comit. Mabil. T. III. Annal. Ben. p. 197.

Carthagewo memoratur in diplom. Mstō Conradi Regis Fuld. Monast. ad an. 913. dato.

CARTILATENSIS, le *Carladez*. Huic pago adscribitur vicus *Ceræ*, *Seræve*, flumini appositus, vicus in *Cartilatensi* cognominatus, *vic en Carladez*, ut distingvatur à *vico Comitis*, *vic le Comte*, qvi est in Lemane, vel inferiore Arvernia, non

(*f*) L. VI. chart. 119.

longè

longè ab *Iciodoro* & *Elavere* flumine. Anno MCLXVII. *Hugo*, Comes Rutenensis, castrum *Carlat*, & totum *Carlades* ab *Ildefonso*, Rege Arragonensi, Comite Barcinonensi, Duce Provinciæ, in feudum recepit, ùt docet pactio inter eos inita, ab *Archerio* prolata.

CASTELLAIRALDENSIS. Vid. *Pictavus*.

CASTRENSIS. Hunc pagum *Castricum* etiam propè *Mosminse*, seu *Mosomagense* territorium, atque *Castricensem* pagum vocari, *Marlotus* & quidam alii existimant. Idem *Castricensi* pago calvum montem Diœcesi Remensis castellum attribuit, *Chaumont*, à Doncherio septem leugis dissitum, duabus à castro Portiano. *Frodoard.* (*g*) *Castricensis* vici, à quo pagus nomen habet, mentionem facit, & *Castricensem* pagum cap. VIII. Vongensi & Stadonensi medium interponit: Idem in chronico anno DCCCCXX. ab *Erlebaldo*, Comite pagi *Castrensis*, Castricensis, castellum *macerias* occupatum, atque ab *Herivéo*, Remensi Archi-Episcopo, receptum esse tradit. Conventio inter Canonicos Remensis Ecclesiæ, & *Manassem* Comitem facta, de villa *Vindenissa*, docet, *Castricensem* Comitatum pagumve positum fuisse ad flumen *Bair*, & usque ad Mosam amnem, cui *Doncherium* adjacet, pertinuisse. Fluvius autem *Barus*, *Bar* vulgò dictus, aut *Bair*, aliàs *Bare*, alluit vicos *Barum*, Bar, *Broilum*, Bricul sur Bar, *Solium*, Soüil, *novam villam*, Neufville, atque paulò infrà *Doncherium* in Mosam devolvitur. Nunc pagi *Castrensis*, *Castricensisve* nomen penitus exolevit, cùm *Reitestensi* Comitatu confusi, uti *Marlotus* ait. Pagum *Castricensem* Comitatum *de Casterei* in pago *Vaprensi*, seu *Vabrensi*, vocare mihi videtur *Henricus* I. Imp. in literis anno MXV. datis, quem pagum *Vabrensem* suprà *Watensem* dictum esse observo in divisione Regnorum Ludovici Pii, mendosè pro *Waurensem*. *Castricensis* unus ex minoribus pagis, cujus caput, cui subest, Remensis pagus, monent *Valesio* in præfatione.

CASTROAIRALDENSIS. Meminit hujus *Valesius*. Vid. *C. stellairaldensis*.

CATALAUNICUS. A *Catalaunis*, urbe campi *Catalaunici*, nomen accepit pagus hic. *Fredegarius* (*h*) *territorium Catalaun-*

(*g*) L. II. Hist. c. 11. (*h*) L. ult. chronic.

Catalauninſe vocat, vulgò *le Chaalennois*. Pagum *Catalaunium* appellant Capitula Silvacenſia Caroli Calvi, & inter pagos *Camizi-ſum* & *Virtudiſum*, i. e. Camiſenſem & Virtunenſem, ponunt. *Glaber Rodulfus* (*i*) *pagum Catalonicum* nuncupat, in eoque *vicum virtutis* collocat. *Flodoardo* (*k*) eſt *Catalaunenſis*.

CENOMANICUS, vel *Cinomannecus*. Agrum fineſve *Cenomanorum* & *Cenomannicum* abſolutè Geſta Francorum (*l*) vocant. *Cenomanicum* Capitula Caroli M., *cinomannicum* quoque Capitula Silvacenſia Caroli Calvi, pagum *Cenomannicum* vita *Conſtantiani* Abbatis, nec non *Ludovici* Pii Imp. pagum *Cenomanicum*. Vita B. *Medardi*, Viromanduorum Epiſcopi. Ex quibus intelligitur, *Cenomanos* ac *Cenomannos* promiſcuè dici ſolitos eſſe, ſicut *Marcomannos* & *Marcomanos*, quos Statius *Marcomanos* penultima brevi nuncupavit, *Alamannos* & *Alamanos*. *Cenomanicum* veteres apud Autores cùm legimus, *agrum* aut *pagum*, vel *territorium* ſubaudire debemus, ut ſit pagus, aut ager *Cenomanicus*, vel territorium *Cenomanicum*, *Cenomania* aliis dictum, vulgò *le Meine*, qſ. *Mania*, mutilo ac dimidiato *Cenomaniæ* vocabulo. *Cenomania* autem Ducatus olim fuit. Nam *Cenomannicum* Ducatum vita S. *Conſtantiani* Abbatis, Geſta *Dagoberti*, Francorum Regis, Ducatum *Cinomannicum* memorant. Prædium regale in pago *Cenomanico* nomine *Madvallis* fuit, quod *Sigibertus*, Francorum Rex, Sancti Medardenſibus, præter multa beneficia, delegaviſſe, & quod *Warinbertus*, Epiſcopus Sveſſionicus, idemque Abbas Monaſterii S. *Medardi*, ſibi, neglectis loci monachis, vindicaviſſe dicitur in vita S. *Medardi* apud Surium. Eſt autem *Madvallis* nomen compoſitum ex duobus vocabulis, altero Britannico ſeu Gallico *Mad*, bonum ſignificante, & altero latino *Vallis*, ut Madvallis ſit *bona vallis*. Pagi *Cinomanneci* meminit etiam *Mabill.* (*m*) De *Abaciaco*, villa pagi *Cenomannici*, Monachis Dionyſianis dato, vide chartam *Pipini* Regis apud Eundem. (*n*).

CHAMAVORUM. *Sulpitius Severus*, vetuſtus Hiſtoricus, apud *Gregor. Turonenſem* ait: (*o*) collecto exercitu transgreſſus

(*i*) L. II. c. 11. (*k*) L. II. c. 18. (*l*) c. 33. (*m*) L. VI. chart. 33. (*n*) num. 40. (*o*) L. II. Hiſt. Franc. c. 9.

greſſus Rhenum, *Brictteros* ripæ proximos, pagum etiam, quem *Chamavi* incolunt, depopulatus eſt. Vide ſuprà pagum *Ætiam.*

CHURWALACHA, i. e. Rhætia Curienſis. Ejus mentio in literis Henrici Regis III. dat. III. Kal. Febr. Indict. XIII. AD. MXLV. annô autem ordinationis Henr. Reg. III. XVI. Regni verò VI. Actum Turegi. (p) Rogaverat *Udalricus* Comes Regem, ut Monaſterium, quod *Skennines* dicitur, à Parentibus ſuis & à ſe fundotenus conſtructum, in honore quoque S. *Sebaſtiani* Martyris dedicatum, ſitum in pago *Churvvalacha*, in Comitatu *Eberhardi* Comitis, & ſanctas moniales, inibi Deo ſub canonica regula ſervientes, in ſuum mundiburdium & defenſionem ſuſciperet. *Fabarium* etiam, vulgò Pfävers / celebre iſtud monaſterium O. S. B. ſuprà *Ragatium* in monte, atque intra Rhætiam, & in Rhucantiorum terra ſitum, ſed modò Helvetiis annumeratur, in pago *Churvvalacha* (Churvvahala) eſt. (q)

CHUTICI ad fluvium *Chaminizi.* Meminit hujus *Ditmar.* Merſeburg. (r) indicans: *Arnum*, Epiſcopum S. Wirtzburgenſis Eccleſiæ nonum, cùm ab expeditione Bojemorum reverſus, juxta plateam in parte ſeptentrionali, fixo ſuper collem tentorio, miſſam caneret, hoſtili circumvallatum agmine, præmiſſis omnibus, per martyrium cum ſociis ſemetipſum Deo obtuliſſe, anno Dominicæ Incarnationis DCCCXCII. Idem *Ditmar.* porrò ſcribit: (ſ) Ottonem M. *Boſoni*, primo Epiſcopo Merſpurgenſi, dediſſe caſtellum *Medebure*, quod hodie *Medeborn*, propè oppidum *Rötavv.* In diplomate ab Henrico II. Imp. Epiſcopæ Miſnenſi anno MXIII. dato fit mentio pagi *Gudici*, in quo nominatur vicus *Golenzarella*, *Golencizacethla.* Pagus *Chutici* hodie Schkeidiz. Idem Antiſtes (t) de Epiſcopatu Merſeburgenſi diſcerpto verba facturus infit: pars Epiſcopatûs noſtri, quæ jacebat inter *Salam* & *Eliſtram*, ac *Mildam* fluvios, & *Pliſni*, *Vedu* & *Tuchurino* pagos, cum villis paſſim & piſcinis *Friderico* Cizenſi datur Epiſcopo. *Volcoldo* autem, Miſnenſis Eccleſiæ Antiſtiti, pars illa conceditur cum appertinentibus villis: *Wiſſeburg* & *Loſtata* una, quæ ad *Gutici* orientalem

(p) vid. Ægid. Tſchud. deſcript. Rhætiæ Alpinæ c. 7. T. I. Rer. Germ. Schard. p. 275. (q) l. c. c. 20. & Bucel. G. S. P. II. p. 31. ſeq. (r) L. I. p. 1. c. f. (ſ) L. II. p. 39. c. f. (t) L. III. p. 55.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [59] - 47

lem pertinet, ac fluviis *Camiz Albiq,* distinguitur: sibi autem retinuit *Gisilerus* undecim urbes, quarum sunt nomina hæc: *Scudici, Gotug, VVorzin, Bigni, Ilburg, Dihni, Pug, Luibanici & Gezoriſca.* Per *Loſtatam* Albinus (*u*) intelligit *Lauchſtet.* Cùm verò dicatur *una Loſtata*, sequitur, duo fuisse hujus nominis loca, uti duo ſtra dicta *Skeudiz.* Notanter enim dicitur: *ad Gutici orientalem.* Ergo adhuc unus locus fuit. Per *Gutici* verò *Skeudizium* intelligi, etiam *Brotuff.* (*vv*) asserit. Malè autem *Spangenberg* (*x*) vocat Chutici ein Dorff / villam, seu vicum. Conf. *Daleminc. Graunii.* (*y*)

CILIMANICUS. Citatur in charta *Vandemiri* apud *Mabillon.* (*z*)

CIRCIPANI. Vid. *Zircupanorum.*

CLETGOW, *Chletgouve.* In Testamento Caroli M. apud Pithœum ita legitur: Italiam, quæ & Lombardia dicitur, & Bojariam, sicuti *Taſſilo* tenuit, exceptis duabus villis, quarum nomina sunt *Ingolſtat* & *Lutrahahof*, quas Nos quondam *Taſſiloni* beneficiamus, & pertinent ad pagum, qui dicitur *Nortgouve*, & de Alemannia partem, quæ in australi ripa Danubii limite usque ad Rhenum fluvium in confinio pagorum *Cletgouve* & *Hegouve*, in locum, qui dicitur *Enge*, & inde per Rhenum fluvium sursum versùs usque ad Alpes, quicquid intra hos terminos fuerit, & ad meridiem, vel Orientem respicit, unà cum Ducatu Curiensi & pago *Durgouve*, Pipino, dilecto filio nostro, consignavimus.

COCHENGOWE. Tractus *Cocheri* fluvii in Svevia, qui non procul ab *Alen* ortus, & per *Hallam*, *Ingelſingen*, *Forchenberg*, *Sinderingen* & *Neuſtad* delatus, apud villam *Cochendorf* Nicrum subintrat. Aliis dicitur *Cochergouv.* In Trad. Fuld. Mistj vocatur pagus Chochengeu.

CONDOMIENSIS, à *Condomio* dictus, *le Condomois.*

CONDRUSORUM. *Condruſos*, ait *Marlianus*, Mosæ & silvæ Arduennæ esse finitimos in Diœcesi Leodiensi, nomenque retinere. Certè *Aubertus Miræus Condruſos* istos & *Condruſt* in ditione Leodicensi ponit, ubi hodieque propè *Hojam* oppidum ad Mosam locus nomen Gentis servat, *Condreux* vulgò dictus, i. e. *Condru-*

(*u*) l. c. p. 433. (*vv*) chron. Merſeburg. L. II. c. 3. (*x*) chron. Henneberg. L. I. c. 17.
(*y*) §. XI. & not. ad eam sub lit. O. (*z*) L. VI. chart. 14.

Condruſtum, vel *Condruſum*, & pagum circa *Urtam Controu* ab eisdem vocari ait. Quin & memini, qvendam Archi-Diaconum *Condroſii* in Eccleſia Leodienſi alicubi reperiri: ut appareat, *Condruſos* Eburonibus Tungrisve, qvi nunc Leodienſes vocantur, attribui conſveviſſe, eisque paruiſſe. At *Samſon* nullâ ratione ductus, *Condruſos* Archi-Epiſcopatûs Colonienſis dominium interpretatur, niſi tunc fortè Leodienſis paruit Colonienſi. Teſtamentum S. *Everardi*, Comitis, (qvi fundavit Abbatiam *Ciſonienſem*, Canonicorum Regularium in Diœceſi Tornacenſi) annô DCCCCXXXVII. conditum, affert *Condieſtrim*, qvi pagus *Condruſorum* eſt. (*a*)

CONSORANNENSIS. Vulgò dicitur le *Conſerans*, poſitusque eſt ad radices montium Pyrenæorum, quæ Hiſpaniam ab Aqvitania & Narbonenſi Provincia dividunt, inter Oceanum Aqvitanicum & mare Gallicum, ſed huic, quàm Oceano multò propior. Hoc pago Diœceſive continentur octoginta parœciæ vel vici, oppida Caſtellio, S. *Gerontii* & *Buſtida* ſeu *Baſtita*. (*b*)

CONSTANTINUS. A *Conſtantia* nomen habet, le *Ciotantin*, vel *le Coutantin*, ad Oceanum longè latèque diffuſus. *Conſtantinus* dictus & in Capitulis Caroli Calvi in vita S. *Audoëni*, in chron. *Roberti de Monte* S. Michaëlis, *Inſulam de Conſtantia* vocat *Walſinghamius*, ſeu *Inſulam Conſtantini*, propterea qvòd pagus *Conſtantinus* maxima ex parte Oceano cingitur more peninſulæ, cujus anguſtiarum termini ſunt hinc Carentonum, illinc portus baſſus, vel portus humilis. Qvidam *ſaptum Conſtantienſe* appellare malunt, le *Clos & du Cotentin*, aliàs *la Hague du Coutantin*: quòd hic pagus Oceano velut *hagana*, aut *hagæ* ferè undique circundetur & claudatur. *Hegin* certè, vel *Haganas* i. e. *hagues* aut *hayes* vocat Monachus S. Galli in vita Caroli M. circulos, vel ſepes, qvæ ſegetibus prætenduntur. *Hagana* tamen, vel *Hagen* germanicâ lingvâ ſilvam ſignificat: & tota peninſula *Conſtantini* ſilvis abundat, à qvibus *Haga* pagi Conſtantini nomen inveniſſe poſſit videri. Dedit *Mabillon* de Re Diplomatica (*c*) ex excerptis *Folqvini*, Monachi Sithienſis, exemplar com-

(*a*) vid. Miræi cod. piar. donat. c. 21. p. 94. (*b*) Valeſ. l. c. p. 155, ſeq. (*c*) p. 605.

commutationis villarum B. *Bertini* & *Mummoleni* Episcopi, in qvo mentio fit pagi *Constantini* & villæ *Vausune* in eo. (*d*)

CONVENICUS, le *Comminge*. (*e*)

CORBONENSIS, le *Corbonois*, memoratur in Capitulis Caroli Calvi, ubi vocatur *Corbonisus*, ponitur qve medius inter pagos Turonicum & Sagisum, h. e. Sajensem. Memoratur & ab *Orderico Vitale*, (*f*) cui *Corbonia* dicitur his verbis: *Goifridus*, filius *Rotronis* Comitis, (Rotroci aliis dicti,) Comes Moritaniæ, vocatis ad se Proceribus Partici & *Corboniæ*, qvi suo Comitatui subjacebant &c. Ergo pagus *Corbonensis*, vel *Corbonia* pertici pars erat, eique attribuebatur: cujus *Corboniæ* Insulæ *Corborienses* Normanni affines ab *Orderico* (*g*) non semel appellantur. Certè (uti animadverro) nomen pago *Corbonensi*, vel *Corboniæ* dedit *Corbo*, vulgò *Courbon*, qvi est hodieq; vicus in majore Pertico inter Moritoniam & Bellismum. In literis datis anno I. Regni Regis Chlotharii penultimi Carolorum memoratur villa *Condatum* nomine super *Odanam* fluvium, in territorio *Corbonensi*, terræ S. *Launumari* propinqva. Et in aliis literis miles *Giruardus* in *Corbonensi* territorio qvendam alodum emisse abs *Ansberto* dicitur: unde charta facta, & à Duce *Hugone* (Magno) atqve à Comite præfati territorii (Corbonensis) corroborata. Nimirum minoribus pagis, qvalis erat *Corbonensis*, suus singulis erat Comes, majoribus sæpe plures. Pagum autem *Corbonensem*, partem extitisse *Pertici*, vel *Pertico* attributum fuisse, indicat, aut potius docet *Hugo de Cleeriis* in libello de *Majoratu* & *Senescalcia Franciæ*, ubi *Goffridum* Comitem *Corbonensem* vocat, i. e. Comitem *Perticensem*, eumque à *Goffrido*, Comite Andecavorum, in castro Moritania obsessum & captum esse scribit, qvod castrum *Pertico* omnes adscribunt.

CORILISUS, vel *Corilensis*. Vid. *Sagonensis* (*h*)

CORTORIACENSIS. Carolus Calvus pagum *Curtriciſum* à Flandrâ Flandriave distingvit. Sic Lotharius Rex ejus abnepos in literis datis anno DCCCCLXVII. pagum *Curtracensem* à pago Flandrensi. Qvibus in literis res ac possessiones

(*d*) Vales. l. c. p. 369. (*e*) Id. p. 517. seq. (*f*) Lib. hist. XIII. (*g*) L. VIII. (*h*) Vales. l. a. p. 494. B.

nes Monaſterii Gandenſis apud *Meierum* enumerans, commemorat inprimis manſiones ultrà Legiam de portu Gandavo, in pago *Curtracenſi* Singhehem, in pago Metelenſi (le Melantois) in Wilda manſum, in pago Flandrenſi, in *Rodenborch* Matrem Eccleſiam. (*i*) Ex quibus intelligitur, Flandriam olim multò quàm nunc minorem extitiſſe. Pagus autem *Cortoriacenſis*, quem *Curtricenſem* & *Cortracenſem* vocant, rectè dicitur *le Courtreſis*, ùt pagus Turnacenſis *le Tourneſis*, pagus Camaracenſis *le Cambreſis*. (*k*)

CREICHGOWE, *Creickgovve* vel *Crehegaue*. Habuit olim Comites inde nominatos, de quibus *Cruſius* in Svevicis, & *Chytræus* in oratione de *Creichgæa*. A temporibus Carolinis & proximis ſequentibus villæ in hoc pago fuerunt, & partim adhuc ſunt:

Alaholfingen, ſeu *Aahalolfincheim*,
Albingheim,
Aſchinbrunnen,
Autinesheim, vel *Avvinesheim*, ſeu *Avvinsheim* in Comitatu *Sigardi*,
Barchuſen,
Bretteheim, *Brethaheim*, Bretheim / patria *Phil. Melanthonis*. Fuit aliquando Comitatus.
Burbach,
Cimbern,
Cuidrincheim,
Dagolvingen,
Ecgerates,
Flancheim, vel *Flanicheim*, ſeu *Flaningheim*,
Gertolfeshuſen,
Gemmingheim, ſeu *Gemmincheim*, hodie Gemmingen /
Gosbotesheim,
Grunbach,
Hadendesheim, vel *Hadandesheim*,
Hadolfesheim, ſeu *Heidolfesheim*, hodie Heidelsheim /

(*i*) Miræi cod. piar. donat. p. 152. (*k*) Valeſ. l. c. p. 51. conf. Miræi L. I. Donat. Belg. c. 19. p. 39.

Helmolfesheim,
Hicbadesheim,
Hubeſtat,
Lobefeld cœnobium O. S. B. Virginum, conditum à *Buggone*, Epiſcopo Wormatienſi, ex familia Equitum ab *Achorn*. (*l*)
Mencinga, ſeu Menzingum, Menzingen/
Munigoldesheim,
Mulinhuſen,
Muncinesheim,
Mulnen,
Nuzloh, Nußloch/
Odenheim, *Otenheim*, *Hodeheim*. Tranſiit poſtea in Monaſterium. *Fridericus* Imp. in fundatione ejus anno MCLXI. cœnobium in Epiſcopatu Spirenſi ſitum, in pago *Crehegaue*, in Comitatu *Bretheim*, juxta villam *Odenheim*, quod dicitur *Wigottesberge* &c. Tandem translatum in oppidum *Bruchſal* vicinum, ubi hodie reſidet. (*m*) Præclarum Benedictini Ordinis cœnobium in Diœceſi Spirenſi, in pago, qui dicitur *Creichgovv*, in Comitatu *Breitheimenſi*, juxta villam, quæ dicitur *Odenheim*, ſeu *Udenheim*. Fundavit id ſub AC. MCXXIII. *Bruno*, Archi-Epiſcopus Trevirenſis, *Arnoldi* & *Adelheidis* Comitum in Franconia præpotentum filius, qui & per partes Rheni dominati ſunt, conſtruxitque præfatum cœnobium in hereditate paterna, Fratre ſuo *Poppone* conſentiente & adjuvante. Quam fundationem deinceps *Henricus* IV. Imp. & *Paſchalis* II. Pontif. Max. confirmârunt. Junctum id fuit annô MCCCCXCI. *Burſfeldenſi* Congregationi, ſed poſtea anno MDXCV. ab Ordine avulſum, factum eſt Collegium Canonicorum ſeculare.
Oſtringen, ſeu *Aſtrincheim*, vel *Oſtrincheim*,
Radincheim,
Rinkilinga, ſeu *Rinchelingen*, vel *Rinchinling*,
Reockheim,
Sickinheim, Sickingen/

Tur-

(*l*) vid. chron. Hirſaug. Trithem. ad ann. 1135. conf. Bucelin. G. S. P. II. p. 54. (*m*) Idem l. c. p. 66.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [64] - 52

Turmenzer-marca,
Uckelingen, Ucklingen/
Wezzenloch, villa in Comitatu *Megingaudii* Cunonis F. Comitis, *Wigoldesberg*, seu *Weigelsperg*, cœnobium postea in *Odenheim* translatum, hodie in *Bruchsal*, Collegium Canonicorum Nobilium. (*n*)
Ziuternheim, *Ziuterna* villa, Sottern.

Dicitur hic pagus à fluviolo *Craich* perlabente, inter alia oppido *Bretheim* nobilis, patriâ scilicet *Philippi Melanthonis*. *Creichgoviæ* porrò accensetur etiam regiuncula illa ad Rhenum tendens, quæ vulgò (nescio quâ nominis origine) *Prurheim* dicitur, Episcopo Spirensi maximam partem subdita, nonnullis Palatinici juris interspersis, quæ ad Præfecturam *Bretheimensem* pertinent, cum qua & *Prurhenicus* ille tractus passim permixtus. Oppidum in ea præcipuè *Bruchsella* (Brüssel) satis vetustum. Quod olim autoritate Henrici II Imp. commutatione inter *Ottonem*, Sveviæ Wormatiæque Ducem, & *Burchardum*, Episcopum Wormatiensem, inita, pro domo, seu castello ipsius *Ottonis*, intra Wormatiæ muros sito, ipsi traditum fuit, ùt in vita B. *Burchardi* legitur. Istis similibusque sententiis res ista est finita, & quædam villa, quæ dicitur *Bruchsella*, cum omnibus utilitatibus & appenditiis, pro hac domo in commutationem Duci tradita est. Postea circa AD. MV. à *Conrado* II. Imp. ejusque conjuge *Gisela*, sub *Gualtero* Præsule, Spirensi Episcopatui, cum adjacente ditiuncula, donatum *Isengrinius* annotavit.

CRODONENSIS, vel potius *Rodenensis*, i. e. *Rutenicus*, *la Roüergue*.

Culm pagus. Otto Imp. in dipl. anno 966. Fuldensi Gy Data: in villis et marchis subnominatis scil. in pago Culm et in villa Culmnaha et in Urbah et in villa Berhtelesrode in comitatu Bug Wiggeri Dedi ecclesiæ Willehelmi Comitum.

PAGUS DALEMINCI, *Delemince*, *Delemenci*. *Daleminci* vocat *Ditmarus* (*o*) quem prius (*p*) *Provinciam & regionem* nominaverat. Diploma *Bertholdi*, Episcopi Misnensis, nuncupat *Dalaminzam*. Diploma *Bertholdi*, Episcopi Numburgensis, de anno MCLIX. *Dalminzam* pagum tempore Ottonis Mysenensis & Marchionis. Sed in literis Henrici IV. de anno MLXIV. dicitur *pagus Delemince*.

(*n*) vid. Freher. P. II. Orig. Palat. c. 4. (*o*) L. IV. p. 65. (*p*) L. I. p. 1, & 16.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [65] - 53

Anno MLXXIV. *Provincia Thalem enche*, & anno MXC. *regio Thalaminci*, in qva *Henricus* Marchio Comitatum suum habuit. Tractus est inter Albim & fluvium *Chemniz*, Slavis dictus *Glomazi*, seu *Glomuzi*, ùt idem vult *Ditmarus*. (*q*) Alibi vocat *Zlomizi*. (*r*) *Sigebertus Gemblacensis*, *Conradus*, Urspergensis Abbas, *Cuspinianus* & *Kranzius* ineptè *Dalemincos* cum *Dalmatis* confundunt. Nec *Wittekindus* Corbeiensis (*s*) eos rectè vocat *Dalmanticos*, & Provinciam *Dalamanciam*. Fuit in hoc pago burgvvardium *Zadili*, in Comitatu *Ekiberti* Marchionis, tempore *Henrici* IV. Imp., ut ex ejus citato diplomate anno MLXXIV. dato apparet. *Eppo*, seu *Eberhardus*, Episcopus Numburgensis, accepit ab *Henrico* III. & IV. Impp. duo oppida *Grimmi* & *Oszechs* in pago *Talmenca*. (*t*) *Reinerus Reineccius* ita: (*u*) Commonebat etiam me *Petrus Albinus*, nominari in veteribus à se inspectis Imperatorum diplomatis non solùm *Daleminciam*, (ea terra Mysnia est) voce tamen ita variatâ, ut in aliis *Dalemince* & *Delemince*, in aliis *Thalemenche*, *Thalaminci* legeretur, sed etiam *Milscam* pagum. Atque haud scio, annon *Daleminciorum* nomen *Dalem* oppidulum conservârit, ùt *Lomaciæ* oppidum oppidum *Lamnitzsch*. (*vv*) Verùm cùm M. *Caspar Graun*, ordinis Philosophici tunc Adjunctus in Electorali Universitate Wittebergensi, ante decennium *Daleminciam Slavorum* ex Antiqvitate Misnica eruditè prorsus explicuerit, illa verò paucorum manibus jam teratur, ob raritatem & præstantiam argumenti, in calce pagorum nostrorum integram eam curioso Lectori exhibebimus.

DAPURGOVE, seu *Daburgovve*. *Welfgavius* Episcopus, me petente, beneficiavit homini nostro *Gerberto* in pago *Daburgovve*, in loco, qvi dicitur *Asgbach*, de ratione S. Kiliani mansos tres. *Aghinard. Abbas epist.* VI.

DARGUNENSIS. Nominatur ab *Helmoldo*. (*x*) *Dargunensem* pagum Westfali, *Vtinensem* Hollandi, *Susle* Fresi incoluerunt. Hodie nomen vico isti manet, diciturque *Süsel*. In antiqvis tabulis Comitum Holsatiæ *Susela* latinâ terminatione voca-

(*q*) L. I. p. 1. (*r*) L. V. (*s*) L. I. Annal. p. m. 639. (*t*) D. Sagittar. in hist. Episcop. Numburg. §. 8. p. 9. (*u*) in fine chron. Ditmar. (*vv*) vid. Albin. chron. Miscell. tit. VII. p. 78. & 391. (*x*) L. I. c. 58. p. 136.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [66] - 54

vocatur, & in antiqvo carmine de Vecelino *Susla*. Jacet haud procul à litore maris Balthici. Et eodem libro: (y) Pagum qvoque, qvi *Dargune* dicitur, & qvicqvid infrà *Travenam* à viris Westfalis, Hollandis, ceterisqve extraneis populis incultum fuerat, flamma vorax absumsit. Ita: qvamvis *Adolfus*, Comes Holsatiæ & Schaumburgi, Slavorum desolatos fines colonis impleret, & *Dargunensem* pagum Westfalis patriâ excitis inhabitandum daret, ipsos tamen paulò post magna calamitas oppressit.

DARLINGOWE. A Carolo M. tributus est Episcopæ Halberstadensi abs se institutæ, ùt meminit Filius & Successor Ludovicus Pius diplomate Aqvisgrani dato anno DCCCXIV. & à CL. *Budæo* in lucem edito. (z) Qvod confirmavit deinde *Henricus* III. Imp., ùt testatur chron. Halberstad. MS. In hoc pago fuit curtis *Hebesheim*, quam ad petitionem Gisalharii, Archi-Episcopi Magdeburgici, in præsentia *Willigisi*, Archi-Episcopi Moguntini, Hildebaldi, Wormatiensis Episcopi, & Aviæ suæ *Adelheidis* confirmavit Otto III. Imp. III. Non. Octobr. anno DCCCCXCII. Regni IX. Meminit incolarum hujus pagi *Rudolfus*, Episcopus Halberstad., diplomate quodam ad AC. MCXLV. his verbis: *Judex vivorum & mortuorum Christus, testis & Judex sit pacti hujus: testis sit Sancta Ecclesia: testis sit Principum cura: testis sit omnium conditionum differentia: testis sit Northuringorum*, Derlingorum, *Hardagorum, Svavorum, Hassingorum provincia, ad quos visû vel auditu hujus pacti pervenit notitia* &c. Et in chron. MS. Halberstad. leguntur hæc verba: *Arnulfus* Episcopus (Halberstad.) à Papa *Benedicto* confirmationem & privilegium impetravit super terminis Episcop., & hos pagos *Hardengovve*, Derlingovve, *Northuringen*, *Belcksheim*, *Sveviam* & *Wassigovv* &c. *Wittekindus* Corbeiensis (a) meminit *Svevorum Transalbinorum*. Scimus enim, tempore devicti *Herminfridi*, Regis Thuringorum ultimi, Svevos, tàm pedites, quàm equites, profligatis Thuringis, agrum *Unstro*, seu *Unstrote*, flumini contiguum occupâsse & incoluisse. Fuisse autem olim vel in Diœcesi Halber-

(y) c. 64. p. 149. (z) conf. hist. Halberstad. D. Sagitt, §. 15. (a) L. I. Annal. p. 6.

berstadensi: vel ejus vicinia, Svevos, argumento est locus ex Antiquitatibus Monasterii *Hamerslebiensis* depromtus, & jam à nobis citatus. (*b*) Ceterùm, quî Saxones aliíque Principes Suevis annumerentur, Autor *præfat. in Specul. Saxon.* & D. D. *Pregizer.*, Consiliarius Würtenbergicus, (*c*) Amicus Venerandus, latiùs dixêre. *Darlingovve* (sunt verba Sagittariana, (*d*)) procul dubio nomen accepit à *Darlingis* seu *Derlingis*, populis, qvorum meminit *Rudolfi*, Episcopi Halberstad, diploma anno CIↃCXLV. datum. Sed quinam illi sint *Derlingi*, quis docuerit? an qui in *Drolingos* abiêre? celebres namque sunt vel hodie agrestes *Drömlingenses*, silvam & palustria *Drômlingana* incolentes. Si *Hebesheimii* situs paulo accuratiùs esset perspectus, certiora hîc possent afferri. Namque curtim *Hebesheim* in Ottonis III. diplomate pago huic assignatam Meibomiana eruit industria. Sed fortè Magdeburgo propior hic pagus, quàm ut ad *Drömlingenses* abeundum. Nam diplomate quodam ab Ottone Imp. *Macamoni* Comiti donantur nonnulla in pagis *Derlingen* & *Nordturingen*, ac postea his pagis assignantur sequentia loca: *Veltheim*, *Hessenheim*, *Arnlaldesheim*, *Bernsherdestorp*, *Cugelinge*, *Echeim*, *Drongelevo*, *Haldesleve*, *Valdorp*. In quibus *Drongelevo* procul dubio est Dreyleben/ quod vel à pago *Darlingovv* accipere, vel ipsi pago nomen dare potuerit. Otto I. instinctu & monitu *Friderici* Moguntini, *Adaldagi* Archi-Episcopi, nec non *Bernhardi* Halberstadensis, curtem *Hebesheim* in pago *Derlingua*, in Comitatu *Brunonis* sitam, in præsentia hujus Comitis, filiique ejus *Ludolfi*, *Geronis* Marchionis, *Christiani* Comitis, nec non *Lotharii*, & *Friderici* Comitum, cum omni integritate, donat Ecclesiæ Magdeburg. anno DCCCCLXXI. Idem eôdem annô, ob amorem Dei, Regniqve æterni mansionem, insuper etiam pro stabilitate Regni, vel imperii sui, nec non pro salute remedioque animæ suæ, dilectæque conjugis *Adalheidis*, atque amantissimæ prolis, & æquivoci sui *Ottonis*, quandam suæ proprietatis villam, *Musischi* nominatam, in pago *Derlingen*, & in Comitatu *Ditmari.*

Diplomata in Chartular. Mss. Magdeb. p. 124

(*b*) conf. not. Meibom. ad Wittek. p. m. 43. (*c*) in dissert. suis de Regnis & Gentibus in Europa principibus ex Suevis edit. anno 1684. (*d*) hist. cit. §. 30.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [68] - 56

mari Comitis sitam, cum omnibus utilitatibus hanc ritè adspicientibus, à suo jure in jus Sanctissimi Martyris *Mauritii*, sui videlicet Patroni in Magdeburg, perpetualiter ibi manendum, absque ulla heredum, vel successorum suorum contradictione, transfudit atque donavit annô DCCCCLXXI. Trad. Fuld. Mitra: in Rumere et leba et Suitlinga, quod est in pago Darlinga.

DARMIENSIS. Nobilis & Deo dilectus Vir *Wibertus* construxit Monasterium in honore SS. Petri Apostoli & *Exuperii*, Martyris glorioſi, in pago *Darmienſi*, in proprietate hereditatis suæ, quæ *Gembbones* nuncupantur. Hic *Svvibertus*, seu *Gvibertus* (quem fasti Romani S. *Gilbertum* d. IV. Febr. nominant,) deposito militiæ secularis baltheo, castrum suum *Gemblacum* Deo & S. Petro obtulit, in eoque monasterium anno Domini DCCCCXXII. suo ære exstruxit, quod est inter Brabantina Benedictinorum cœnobia antiquissimum. Gaudetque etiamnum Abbas Gemblacensis titulo *Comitis*, & in Comitiis Ordinum Brabantiæ primum inter Nobiles locum obtinet. Decessit *Gvibertus* in *Gorzia*, Lotharingiæ cœnobio, Diœcesi. Metensis X. Kal. Junii annô DCCCCLXII. Indeque *Gemblacum* (Giblen) translatus, anno MCX. è terra elevatus est, procurante *Sigeberto*, Monacho Gemblacensi, qui vitam ejus scripsit à *Surio* editam. (e) vid. Mabil. ad an. 923. n. 58. p. 375.

DARNAW. *Ansfridus*, gratiâ Dei Comes Palatinus, donat ad S. Martyrem *Nazarium*, quicquid proprietatis habet in pago *Darnavv*, in marca, vel villa *Sadoja*, quæ sita est super fluvium *Geldium*, in Comitatu *Giselberti*, h. e. hubam indominicatam unam, serviles IX. & silvam, in qua saginari possunt centum porci, quam determinat ab oriente res *Luitberti*, ad Austrum fluit *Sambra*, ad occidentem res S. *Lamperti*, ad Aquilonem item res *Luitberti*, cum mancipiis XXXIX. Actum in Monasterio Lauresham AD. MCCCLXII. (f)

DARNIENSIS. Aliis pagus *Darnuenſis* & *Darnoenſis* dictus, *Gemblacum* Monasterio Vetere clarum, & *Villare*, vulgò *Wilek*, locum *Nivialæ* proximum, præ ceteris continet. (g)

DECEM PAGI. Placet hos addere. Duodecim citer

(e) vid. cod. piar. donat. Miræi c. 32. (f) Vid. Freher. L. I. Orig. Palatin. p. 176. (g) Vales. l. c. p. 492.

citer millia passuum à civitate *Mediomatriorum* abest oppidum vetus, quod *decem pagos* dixêre, quoniam tot vici in unum conjuncti erant. Vulgò *Dieuze* appellant. Germaniæ linguæ populi *Duose* in Lottringen, nomine ad duodecimum magis referente, vocant. Hujus loci meminit tabula Theodosiana: *Divoduri, Mediomatricorum, Caranusca, Ricciaco, Ad duodecimum*, ad decem pagos, *Ponte Saravi, Tabernis, Argentorato*: meminit & Itinerarium *Æthici*, ac inter *Tabernas* & *Divodurum* decem pagos ponit, à Tabernis XX. à Divoduro totidem millibus passuum distantes. *Paullus Langobardus* in libro de *Episcopis Mettensibus* tradit, Hunnos, ductu Regis Attilæ, cùm perveniissent ad oppidum nomine *Decem pagos*, ibi quodam miraculo mitiores esse factos, & *Autorem*, Mediomatricorum Episcopum, captivosque omnes Mettenses solvisse. (*b*)

DEENSIS, *le Dioïs*. (*i*)

DIEDESI. Ditmarus videatur. (*k*) In eo *Boleslaus*, Dux Poloniæ, excepit *Ottonem* III. Imp., cùm hic religionis ergò *Gnesam* proficisceretur, visurus λείψανα novi Martyris *Adelberti*. Vastatur non multò post ab *Arnolfo* & *Meinvverco* Episcopis, *Jarimaro*, Duce Boëmiæ, *Gerone* & *Hermanno* Marchionibus. Finitimus fuit Silesiis & Milzenis, quorum hos *Henricus Auceps* debellavit, sibique tributarios fecit. Alibi dicitur pagus *Diadesisi*. (*l*)

DINANNENSIS, le *Dinannois*. (*m*)

DIESMERI. Fuit unus ex pagis Frisicis, qui cessêre Episcopo Bremensi, quod annotavit Scholiastes *Adami Bremensis*. (*n*)

DIVIONENSIS. A *Divione*, Lingonum castro, pagus Comitatusque *Divionensis* nomen habet, memoratus à Carolo, Rege Francorum, in Capitulis apud Silvacum anno DCCCLIII. editis, & inter pagum *Matisconensem* & *Cabillonensem* positus, vulgò *le Dijonnois*.

DOLOMENSIS. Vid. *Flodoard. L.* II. *c.* 18.

DOMBENSIS. Vita S. *Triverii*, Monachi, docet, pagum *Dombensem* ad flumen Araxim jacuisse, uti hodieque jacet, & aut

(*b*) Id. l. c. p. 170. A. (*i*) Id. p. 169. B. (*k*) L. IV. & VI. (*l*) Id. L. VII. p. 194. (*m*) Vales. p. 171. a. (*n*) c. p. Conf. Winckelman. notit. Vet. Westfal. L. VII. c. 4. p. 269.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [70] - 58

& aut *Brexiam* ei, aut ipsum certè *Brexiæ* contribui consveisse. Duo pueruli de pago *Dombensi*, ubi Brissia dicitur, juxta fluvium Araris, seu Sagonnæ &c. *Dombas* alii hunc pagum appellant, *le pays de Dombes:* qui est pagus silvis & stagnis abundans, atque ex parte montosus. *Dombarum* Gallici nominis veteris, unde pago nomen, significatio incerta est.

DONZEIENSIS, vel *Donziacensis*. *Gvillelmus*, Comes Nivernensis, in epistola ad *Sugerium*, Abbatem Monasterii S. Dionysii, *Gaufredum* de *Danzeio* bis commemorat. *Danzeium* illud est *Donzi*, à quo pagus *Donziacensis* appellationem trahit, tùm pago *Nivernensi* jungi solitus, *le Donzioüs*. In chronico Viceliacensi *Eugenius* Papa locum hunc *Donzeium*, Anastasius *Donziacum*, corruptis ambo, seduisitatis jam tùm nominibus, nuncupavêre.

DOXANORUM. Sunt & alii Slavorum populi, qui inter Albiam & Odderam degunt, sicut *Heveldi*, qui juxta Halidam (Habolam) fluvium, & *Doxani* &c. cum multis aliis. (o)

DRAGIM, *Dreni*. Meminit ejus *Regino* ad annum DCCLXXXIV. inquiens: Westphali verò congregaverunt se juxta *Lippiam*, quibus occurrit filius Regis in pago, qui dicitur *Dragim*, & inierunt pugnam. Annalibus Francicis est *Draigni*. Fuit in Westfalia propè Lippiam, hodie Dreveldt. Poëta Anonymus in vita Caroli M. appellat *Dreini*, ubi ait:

In hoc pago situm erat Monasterium *Liesborn*, in comitatu *Hermanni* Comitis. (p) *Henricus* II. Imp. *Thiedrico*, Mimigardefordensi Episcopo, hanc Abbatiam in pago *Dreni* confirmavit.

DULCUMENSIS. In Diœcesi parœciave Remensi, ubi vicus celebris *Sindunum* est, *Frodoardo* memoratur, (q) cui verò *Dulcomensis* pagus atque etiam *Dulomensis* & *Dulmensis* dicitur. *Dulminse* quoque i. e. *Dulmensis* in divisione Regni *Lotharii*, haud dubiè *le pays de Dormois*, in quo oppidum S. *Manechildis* & Cernacum, *Cernay en Dormois*, Baroniæ titulo illustre, ubi unus ex XVII. Deca-

(o) Ad Bremens. L. II. c. 11. chron. Slav. L. I. c. 2. n. 5. (p) vid. P. I. Annal. Paderborn. p. 432. (q) L. I. hist. Eccles. Remens.

Decanatibus Remensis Ecclesiæ. Frodoardus *Altmontem* castrum, vel *altum montem* castrum, à situ ita dictum, à Mosa & Axona æqualibus ferè distans intervallis, quod *Fulco*, Archi-Episcopus Remensis, exstruxisse fertur, & Galli *Aumont* vocant, in *Dulcomensi* pago ponit. *Dulcumensis* autem, vel *Dulcomensis* pagus, vulgò *le Dormois*, u. in o. & l. in r. commutatis, ùt factum videmus in *ululare*, in *luscíniola*, in *ulmus* & in *Calmisciacum*. Dicimus enim *Urler*, *Rossignol*, *orme*, *Cormicii*: quæ fuit villa Episcopatûs Remensis, nunc est oppidulum, seu municipiolum. Hic pagus à *Cernaco* ad Mosam flumen promittebatur, castellumque Dunam ad Mosam, *Dun*, & villulam *Dulcon*, totius olim pagi caput, unde & pago nomen, vicumque *Sindunum* ad Axonam continebat, *Senuc* vulgò dictum, cel. â seu Prioratu S. *Oriculi* nobilem.

DUNENSIS, *Dunisus*, *le Dunois*. *Dunisus* dictus in Capitulis Caroli Calvi inter Durcassinum & Ebroicinum. Incolæ *Dunenses* Gregorio (*r*) nominantur. Est & *Edera* fluvius, *Terre*, in pago *Dunensi*, qui alluit *Fontanas*, Fontaines, & vicum *Sittilarii*, ac in *Lidericum* defluit, quo de fluvio vide *Vales.* (*s*) Libellus dotis circa ann. MXL. conscriptus: & in alia comitate in pago *Dunensi*, in villa, quæ dicitur *Vallavius*. Affert *Bignonius* etiam in *not. ad Marculf.* (*t*)

DURGOWE, *Turgovve*, *Turgauvensis*, *Durgaugensis*. Bebelius *Durgeam* dicit terram arabilem, juxta *Duram* fluvium. Ludovicus Rex, Pii F., Caroli Magni Nep., curtim unam *Turegum* in Ducatu *Alemannico*, in pago *Durgaugensi*, cum omnibus adjacentiis, i. e. pagellum *Vroniæ* cum Ecclesiis, domibus &c. tradidit ad Monasterium, quod situm erat in eodem vico *Turego*, ubi S. *Felix* & S. *Regula* Martyres Christi requiescunt. Dat. XII. Kal. Aug. anno Christo propitio XX. Regni Ludovici Serenissimi Regis in Orientali Francia Indict. I. Actum in Regenespurg. (*u*) In testamento Caroli M. apud Pithœum (*vv*) etiam mentio fit pagi *Durgovve*, quem dilecto filio suo Pipino consignavit. Charta divisionis

(*r*) L. IV & VII. (*s*) l. c. p. 170. B. (*t*) L. II. (*u*) Vid. Vorburg. Hist. Vol. XII. p. 164. a Simler. in Helvet. L. I. p. 4. & Gonring. in censur. diplom. Ludovician. c. 24. p. 257. (*vv*) f. 284.

onis Caroli M. DCCCVI. Ego *Wolfhagi* compunctus trado atque transfundo ad cœnobium S. *Galli*, ubi *Grimaldus* Abbas præesse dinoscitur, quicquid in pago *Turgauvensi*, in loco *Rammisperage* &c. *Isonis* form. apud *Baluz. T. II. capit. p.* 586. *f.* vid *Cletgovv.*

DUROCASSINUS, nomen habet à *Durocassis*, *le Dreugesin*, *Durcasinus* dictus in Capitulis Caroli Calvi inter *Carentinum*, seu *Carnutinum*, & *Dunisum*, seu Dunensem. *Dorcassinus* aliàs; nec non transpositis literis *Drocassinus*. Pagi *Dorcassini* meminit etiam *Mabill.* (x)

E.

PAGUS EBRODUNENSIS. Nomen habet ab *Ebroduno*, vulgò *Embrun* dicto, pagus verò *Ebrodunensis l'Embrunois*: à quo *Dalfini* olim Comites *Ebrodunii* appellabantur.

EBROICINUS, *Ebricinus*, *Ebroicensis*, *Ebrecisus*, *Ebrisinus*. Nomen accepit ab *Ebroicis*. In Capitulis Caroli M. *Ebrecinus* dicitur; in epistolis Caroli Calvi *Ebricinus*. Nunc à silva locoque *Vtico*, *Ouche* vulgò dictus, pars pagi *Ebroicini* vocatur gallicè pagus *Vticensis le pays d' Ouche*. (y)

EEGEWI. Reperitur in *Tradit. Fuldens.* (z) Pertinuit ad eum villa *Scegifeldum.* (a)

EFLIA. Quam Marlianus *Esliam* vocat, & inter Limburgensem Ducatum ac Namucensem Comitatum ponit, eandem alii *Eifliam* appellavêre, & *Tolbiacum* ei attribuêre, castrum ab *Agrippina* civitate leugis XVI. distans. *Eifliam* regionem Treviris & Agrippinensibus confinem esse, ait *Brouverus*, qui *Fortunatum* illustravit. Meliùs facturus, si inter Treviros & Agrippinenses eam jacere, sed Agrippinæ tamen, quàm Augustæ Trevirorum, propiorem esse dixisset. Hunc pagum tabulæ collocant circa Monasteria *Prumiam*, *Malmundarium* & *Stabulaus*, non longè à *Proneæ*, seu *Prumiæ*, & *Celbis* fluminum fontibus, cujus recentioris nominis causa ignoratur.

(x) L. VI. chart. 14. (y) Valef. l. a. p. 66. & Mabill. chart. 14. (z) L. I. num. 128.
(a) eod. libr. num. 28.

EILANGOA. Memoratur à *Conrado Salico* Imp. ad ann. MXXXVIII. quô *Becelino*, Episcopo Bremensi, concessit licentiam constituendi mercatum in loco *Heslingoa*, in pago *Eilangoa*. Meminit ejusdem pagi *Henricus* III. Imp. anno MXL. *Heslingoa* Monasterium fuit Virginum in agro Bremensi, (*b*) cujus auspex quidam Comes, *Hed* nomine, cùm heredem non haberet, Ecclesiam hanc in honorem Christi Athletæ *Viti* maxima totius hereditatis suæ parte donavit, &, congregatione Sanctimonialium ibidem factâ, eandem Abbatiam mundiburdio *Etheldagi*, Bremensis Archi-Episcopi, subdidit, ùt verba habent *Ditmari*. (*c*) *Adam Bremensis* (*d*) modicè varians, auspicem Monasterii *Haddonem* vocat, additque, filiam ejus *Wendilgardam*, primam ejus loci Abbatissam, sed non diu superstitem fuisse. De translatione Parthenonis hujus in locum alium, & cum ea nominis mutatione, agit *Alb. Stadens.* (*e*) Inde repetit *Kranzius*. (*f*)

EILVERIGAWI, Vid. *Gandersheimigavvi*.

ELISAZA, *Helisaze*, hodie *Alsatia*, Elsaß ab *Ello* fluvio. Inde *Elischovve*, seu *Elisgovv*, dicitur ager *Alisiensis*, seu *Elsatius*, in divisione Regni Lotharii Imp. anno DCCCLXX. Pagus *Alsatiæ* in diplomate Regis *Theoderici* apud *Bruschium*. (*g*) Vid. *Alsatiensis*, & *Obrechts prodrom. Rer. Alsat.*

ELNENSIS, *Helenensis*, & *Helnensis*, nonnunquam Comitatus *Helnensis* dicitur in literis ante annos D. datis. (*h*)

ELSENTZGOWE, *Elisantzgovve*, *Helintzgovve*. Vid. *Elisaza*.

ELUSANUS, vel *Elusensis* ab *Elusa* dicitur, & territorium *Helusanum*, quod in vita S. *Filiberti* Abbatis corruptè *Helisanum* vocatur.

EMISGOA, *Emisgoë*. Meminit Carolus M. in diplomate fundatorio Ecclesiæ Bremensis, quod extat apud *Adam. Bremens.* (*i*) Ibi palus *Eddenried* disterminat *Emisgoam* & *Ostergoam*. In vita *Ludgeri*, primi Monasterienssium Episcopi, & urbis Helmestaden-

(*b*) vid. Wolter. chron. Brem. T. II. rer. Germ. Meib. p. 30. (*c*) L. II. p. 42. (*d*) H. E. L. II. c. 58. p. 47. (*e*) ad ann. 1136. (*f*) L. VI. Sax. c. 7. (*g*) de Monast. f. 93. (*h*) Valesi. l. c. p. 187. B. (*i*) L. I. c. 10.

ſtadenſis Fundatoris, quæ à *Surio* Monacho edita eſt, *Emiſga* refertur inter quinque pagos Orientalis Friſiæ, qui Francorum Regno ſe ſubjecerunt, promittentes, fidem Chriſtianam ſe ſuſcepturos, ſi erudiendis ipſis aliquis daretur, cujus loquelam intelligere poſſent. Adi etiam vitam Luidgeri, evulgatam à *Chriſtophoro Brouvero*, & addita ejus Scholia. Meminit pagi noſtri *Henricus* IV. Imp., condonans *Adelberto*, Hamburg. Eccleſ. Archi-Epiſcopo, *Patrono & fideli ſuo*, ùt loquitur in diplomate, Comitatum *Bernhardi* Comitis in pagis *Emiſgoa*, (Emeſcova) & *Weſtvale*, & *Angericum* univerſis ejuſdem Comitis beneficia reſpicientibus &c. anno MLXII. (*k*) *Cornelio Kempenſi* nominatur (*l*) *Emenſingovia*. Nomen accepit ab *Emiſa*, quarto ex magnis Saxoniæ fluminibus, quod ortum in ſaltu Padebornenſi, & quidem in deſerto *Sinedi*, profundâ veſtitaque arboribus valle, circa quam vaſta planities, currit per medios Friſiorum terminos in Oceanum Britannicum, ùt *Adam. Bremenſ.* ſcribit. (*m*) Plinius (*n*) *Amiſium* vocat, Tacitus (*o*) *Amiſiam*.

Et caput Amiſii *medio hinc exit arenis*,
illinc uberibus Lippia *ſurgit aquis*. (*p*)
Ille ego ſum Amiſius *ſurgens his fontibus amnis*,
olim Romana notus in hiſtoria.
Qui centum delabor aquis comitatus in æquor,
antè pererratis urbibus & populis. (*q*)

Terrius Comitatus in Freſia, ait M. *Adamus*. (*r*) noſtræ parochiæ vicinus dicitur *Emiſgoë*, pro quo noſter Pontifex Regi pactus eſt, ſe mille libras argenti daturum. Cujus pecuniæ ſummam cùm facilè non poſſet habere, proh dolor, juſſit *cruces*, *altaria*, *coronas*, & *cetera ornamenta Eccleſiæ* deponi, quibus denudatis, infelicem maturavit contractum perficere.

EMPORITANUS, *Imporitanenſis*. Præceptum Caroli Calvi anno DCCCXLIV. in pago *Emparitano* villam, quam nuncupant *Olianus*, & villam *Cacavianum*, ac villarem antiquum, quem

(*k*) vid. Syllog. diplom. Maderi Ad. Brem. annex. num. 19. & 22. (*l*) L. VII. Rer. Friſic. c. 12. (*m*) L. I. c. 2 p. 6. (*n*) L. IV. c. 14. (*o*) L. I. annal. c. 60. & alibi. (*p*) Mon. Padeborn. (*q*) ead. Monum. Jung. not. p. 47. ſeqq. (*r*) L. IV. c. 6. p. 113.

quem vocant *Celsianum*, & villam *Vellogam*, cum suo castello & suo termino, nec non & villam, quæ vocatur *Farus*, exhibet. Ejusd. præc. pro Monasterio SS. *Emeterii* & *Genesii* DCCCLXI. Cellulas duas in pago *Imporitanensi* sitas, ex quibus una appellatur *Columbarium*, sita super fluvium *Taceram*, altera quippe dicitur *Carcerii*, sita juxta maris magni littora. In pago *Emporitano* villam, nuncupatam *Olianum*, cum suis terminis, & villam, vocatam *Caravianum*, dabit præc. Carlomanni, Franc. Reg., pro Ecclesia Geruden-si anno DCCCLXXXI.

ENGERI, Vid. *Angeri*.

ENTERGOWI. Memoratur à *Conrado Salico* Imp. donante *Sigeberto*, Ecclesiæ Mindensis Episcopo, quandam silvam in proprietate prædiorum ejusdem Ecclesiæ Mindensis & in pago *Entergovvi*, in Comitatu verò *Bernardi* Ducis, cum consensu & collaudatione præfati Ducis *Bernardi*, & sui fratris Dietmari annō MXXIX. (*f*) *Bernardus* Dux ejusque frater, fuêre ex familia *Billingana*, *Bernardi* I., qui aliis *Benno*, filii, *Hermanni* Ducis nepotes.

EQUOLISNA. Vid. *Fredegar.* p. 165.

ERDEHE. Habet hunc pagum *Freher*, at sine explicatione.

ERIGAWI. Vid. *Gandersheimigavvi*.

ESSECK. Meminit ejus traditio IV. mansorum anno DCCCCXV. Alibi vocatur *marca Esseki*. Sunt autem *marca*, *provincia*, *regio* & *pagus* in antiquis tabulis aliquando synonyma. Alia inter privilegia Corbeiensia hoc quoque erat inter initia constructionis à *Ludovico* Pio datum, ut neque Abbates, neque homines eorum, cujuscunque conditionis, in expeditionem unquàm ire deberent, sed liceret eis cum quiete ac securitate præfatæ Ecclesiæ utilitatibus providere, nec non Regni interdum legationibus exequendis, ubi opus esset, operam dare. Cùm verò *Carolus* Crassus gravissima bella gereret, Corbeia ad tempus saltem de hoc jure suo antiquo nonnihil remisit, sic tamen, ut, redeunte pace, firmum & inconcussum futuris temporibus id permaneret. Insuper

(*f*) vid. chron. Mind. à Pistorio edit. p. 736.

ſuper dedit in remedium animæ ſuæ, Patris Fratriſque & in eleemoſynam Progenitorum ſuorum, alia inter beneficia, eidem cœnobio in *Weſig* quinque marcas, & duas familias, quas habuit *Lindivvard* in beneficium, & in *Heſſion* quinque manſos, & duas litorum familias, quas habuit olim *Remeja* in beneficium, & in *marca Eſſeki*, in villa *Erikeshuſen*, quicquid ad jus Regium pertinet in ſilvis, terris & mancipiis. Literæ datæ ſunt Non. Maj. anno DCCCLXXXVII. Indict. IV. anno verò Regni Caroloni XI. Imperii VII. Actum Wibilinga, Ludfredo Notario ad vicem Lutvvardi Archi-Capellani eas recognoſcente. *Marcha*, ſeu *marca*, originem habet Celticam, ſignificans *limitem*, ſeu *terminum* & *regionem limitaneam*. Cui, qui cum imperio præerant, dicebantur *marchgravii*. Hi tempore Caroli in Regno Francico numerabantur *Avaricus*, *Chaventanus*, *Foro-Julienſis*, *Saxonicus*, *Hiſpanicus* & *Nordmannicus*. Quorum illi quidem in Oriente Francorum imperium contra Hunnos, Avares & Langobardos. Hi verò in occidente conſtituti perpetuo milite Gallias & Hiſpanias adverſùs Saxonas Rheno incumbentes, Saracenos & Nordmannos defenſabant. Incolæ ejusmodi regionis limitaneæ dicuntur *Marcomanni*. (*t*) Secundùm has ſignificationes marca denotat diſtrictum aliquem ditionis, eg. *Gandersheimia marca*, *Ruidena-marca*, (circa urbem *Ruden* in Diœceſi Colonienſi,) *Alunga-marca*, *Heringehuſo-marcha*, *Wintgrabone-marcha*, *Kitzehero-marca*; *Flidinero-marca &c.* Ex his verò liquet, *marcham* eſſe non pagum, ùt *Althamer* in Tacit. ponit, ſed *pagi aliquam Partem, diſtrictum*, ſeu Præfecturam. (*u*) Sœpius tamen hanc vocem pro ampliori etiam pago in vetuſtis tabulis offendi. (*vv*)

ESSEGA. Mentio ejus in literis *Conradi Salici* Imp., qui eum *Meinvverco*, Epiſcopo Padebornenſi, dono dedit annô MXXXI. Situs ſcribitur in Comitatu Comitis *Hermanni*. Fortè tractus fuit circa oppidum *Eſſen*, quod in Weſtfalia adhuc hodie ſuperat.

(*t*) Helmold. L. I. chron. Slav. c. 68. (*u*) vid. not. Meibom. in diplom. Thaſſilon. T. III. Rer. Germ. p. 194. & ad chron. Comit. Schauenburg T. I, p. 525. (*vv*) vid. Knichen de jure territor. c. 4. num. 78. ſeq.

EVOSIENSIS, i. e. *Epusus*, seu *Eposius*, quem tetigit *Valesius*. (x)

PAGUS FAMENIENSIS. Chronicon *Valciodorense* ante annos CCCCXXX. Scriptum sæpe meminit *Falemanniæ*, quam nunc *Falemaniam*, nunc *Flamenniam* mendosè pro *Falmenniam*, nonnunquàm pagum *Famenienſem*: *Falmennam* quoque & *Famennam* appellat. *Falmennam* similiter literæ Ottonis Aug. ejus nominis primi. Hic pagus vulgo dicitur *Famenne*, aut *Faminne*, proximusque est pago, seu Provinciæ *Arduennenſi* ad Urtam, *Ourt*, & L etiam, *Leſche*, flumina positus. Ibidem memoratur *Falemannenſium* stemma. Ex quo apparet, caput *Falemannia Falemannum* familiæ nobili, locis Dominorum, nomen suum dediſſe. In *Falemanniæ* sunt marca in *Falemanniæ*, *Marche en Famenne*, castrum ad amniculum, quò *Urta* augetur, situm, & vicus *Hour en Famenne* cognominatus, *Heidra* quoque, vulgò *Haidre en Faminne*.

FANIA, silva & pagus, quo de *Valesius*. (y)

FANOMARTENSIS, *Fanmartinſis*. Pago huic *fanum Martis* nomen dedit. Quod Cluver (z) *Fan* vocat, qui vicus undecim millia passuum à Valentinianis abest. Alii *Fanmars* nominant. Ejusdem meminit *Antoninus* in Itinerario, & *Eginhart.* in translatione SS. Marcellini & Petri. Eruuntur ibidem hodieq; plurima numismata Romana. E ruinis *fani Martis* sunt, qui suspicantur, *Valentianas*, seu *Valentinianas* ad Scaldim esse constructas. *Fulcuinus* Abbas, qui de gestis Abbatum *Laubienſium* scripsit, & annô DCCCC. obiisse dicitur, pagum *Fanomartenſem*, postea *Hainou* à fluvio *Haina* appellatum esse tradit his verbis: est locus intra terminos pagi, quem veteres à loco, ubi superstitiosa gentilitas *fanum Marti* sacraverat, *Fanomartenſem* dixerunt, juniores à nomine præterfluentis fluvii *Hainou* vocârunt. Certè pagi *Fanomartenſis* fuêre *Valentianæ*, quæ nunc sunt pagi *Hainoenſis*. Sed hic pagus major & latior videtur esse, quàm

(x) Vales. l. c. p. 579. (y) p. 192, & 549, seq. (z) Germ. antiq. L. II, c. 22. p. m. 447.

quàm olim fuerit *Fanomartenſis*. *Childeberti*, Franc. Reg., præceptum, quô *Solemium*, pagi *Fanomartenſis* villa, cœnobio Dionyſiano annô DCCVI. conceditur, habet *Mabill.* (*a*) De cella, quæ dicitur *cruce*, in pago *Fanmartenſe* idem. (*b*) *Einhardus* Abbas, (*c*) præprimis omnium *Georgius Presbyter* & Rector Monaſterii S. *Salvii* Martyris, quod in pago *Fanomartenſi* in vico *Valentinianas* appellato, in ripa Scaldis fluvii ſitum eſt, me dante ſuſcepit. *Huntbertus* donat ad Sacroſanctum Monaſterium, quod vocatur *Maricollas*, quod Vir illuſtris *Chonebertus* quondam ſuo opere conſtruxit, conſecratum in honore S. Mariæ & SS. Petri ac Pauli Apoſtolorum, vel reliquorum Dominorum, qui in ipſa baſilica venerantur, ſitum in pago *Fanomartenſi* ſuper fluviolum, qui vocatur *Helpre*, h. e. partem maximam de poſſeſſione ſua in villa nuncupata *Macerias*, ſita in pago *Laudunenſi*, ſuper fluvium *Iſeram*, quam de avia ſua Audeliana, quondam dato pretio, per venditionis titulum comparavit, h. e. manſos dominicos, ubi ipſa *Audeliana* manſit, vel poſtea ipſe ædificavit, & terrationes & ſervos, & ancillas illos & illas. (*d*) S. *Huntbertus*, ſeu *Humbertus*, primùm ſocius S. *Amandi*, Tungrenſis Epiſcopi, poſt Abbas *Maricolenſis*, & demum Epiſcopus. *Maricolas*, ſeu *Maredias*, vel *Marilias*, gallicè *Maroilles*, eſt illuſtris Benedictinorum apud *Hannones* Abbatia, ad *Helpram* fluvium, cujus primarius fundator fuit *Chonebertus*, ſecundarius autem S. *Humbertus*. *Chonebertus* erat Comes *Franomartenſis*, in donatione per *Adroaldum* facta apud *Miræum* (*e*) dicitur *Chonibertus Graphio*.

FEDERITGA. sive Feterygewe. Eſt inter pagos Friſiorum, qui ſponte Carolo M. ſe ſubjicentes *Ludgerum* Doctorem acceperunt.

FIDENTIACENSIS. *Fidentiacum*, vulgò *Vic Feſſenſac* nunc dicitur, i. e. vicus *Fidentiacenſis*, propterea quòd bellis civilibus, ùt pleræque Vaſconiæ oppida atque caſtella, everſum eſt, & in vicum abiit. Caput fuit veteris pagi Comitatûſque *Fidentiacenſis* in Vaſconia. Cui pago, ſi quibuſdam creditur, etiam civitas *Auſcorum* metropolis attribuebatur. Autor æqualis & gravis, qui

(*a*) L. VI. chart. 26. (*b*) chart. 50. (*c*) L. IV. de translat. SS. Mart. Marcellini & Petri c. 9. (*d*) Miræi cod. piar. donat. c. 5. p. 23. (*e*) l. c. c. 3.

qui de gestis & vita Imp. Ludovici Pii scripsit, Comitatum *Fedentiacum* appellat, Vasconiæque attribuit. *Burgundione* mortuo, Comitatus ejus *Fedentiacus* Liuthardo est attributus, quam rem Vascones malè ferentes &c. Pagum *Fidentiacensem* territorium *Fidentiacum* nuncupat libellus miraculorum S. *Faustæ* Virginis & Martyris, cùm ejus reliquiæ ex territorio *Fidentiaco* in Sollemniacense monasterium translatæ sunt, uti suprà vita Ludovici Pii Comitatum *Fedentiacum*, non *Fedentiacensem*. Quare videtur Vic *Fessensae* olim *Fidentia*, vel *Fedentia* potius, quàm *Fidentiacum*, seu *Fedentiacum* dictus esse. Nam à *Fidentiaco Fidentiacensis* fieri debet ac solet: à *Fidentia Fidentiacus* vel *Fidentinus*.

FIVELGOA. #Pagus hic quoque ex illis Frisiorum est, qui sponte Caroli M. jugum subiêre, ùt modò & paulò antè ex *Suria* meminimus, qui *Fivilgoa* scribit. (*f*) *Adam Bremensis* (*g*) vocat *maximum Fresiæ Comitatum, annuæ pensionis mille librarum argenti, & Fivelgoë*, quem tempore Henrici IV. possedit *Ecbertus*. Hanc Comitiam acquisivit *Adelbertus*, Archi-Episcopus Bremensis, (Hamburgensis) à Rege Romano, (Henr. IV.) quæ antea erat Ducis *Godefridi*, & *Engelbertus* postea possedit. (*h*) Archi-Episcopus eundem Comitatum per decem annos usque ad expulsionis suæ diem obtinuit. (*i*) Addidit Rex licentiam duos mercatus constituendi, alterum in *Winechum*, alterum in *Gerlevisvvert*. (*k*)

FLANDRIENSIS. De hoc *Jacob. Meyer* agit, (*l*) inquiens: Pagus *Flandrinensis* dictus est, quatenus æstus incurrebat, reliqua pertinebant ad pagum *Menapiscum*, quo de infrà. Dicitur à *Frehero Flandrensis*, hodie *Flandria*. Carolus Calvus in præcepto confirmationis pro Ecclesia *Tornacensi*, dato apud Vermeriam annô DCCCLIV. & in confirmatione prædiorum *Gandensis* Monasterii S. *Bavonis*, facta V. Id. Octobr. Indict. XII. anno XXV. Regni Carolini. Actum apud Pettingehem villa in Dei nomine feliciter. *Pettinghm* hodie pagus, seu vicus ad Scaldim, propè *Aldenardam*, Flandriæ oppidum. Charta *Arnulfi* I. cognomento

(*f*) Add. Ubo Emmius de libert. Frif. L. I. (*g*) L. IV. c. 5. (*h*) Wolter. chr. Brem. T. II. rer. Germ. Meibom. p. 43. (*i*) Ad. Brem. l. c. (*k*) Maden. Syllog. Dipl. Ad. Brem. annex. num. 20. (*l*) L. I. rer. Flandric.

mento Magni, *Flandriæ* Comitis, quâ varia prœdia Monasterio *Blandinienſi* reſtituit, ſeu donat, hortatû *Tranſmari*, Noviomenſis ac Tornacenſis Epiſcopi, inter alia ſic: in pago deniſque *Flandrenſi* juxta caſtrum *Oſtburch*, in loco nuncupato *Merona Benonis*, paſtoralia, quæ ſufficere poſſunt ovibus CXX. &c. (*m*) Videatur etiam charta Ottonis II. anno DCCCCLXXVI. apud eund. *Mir.* (*n*).

FLECHITE. Videatur *Miræus L. II. Donat. Belgic. c. 7.* p. 357.

FLENCHI. Memînit *Tangmarus* in vita S. *Bervvardi*, ex Comite Sommerſeburgico Antiſtitis Hildeſienſis. Fuit in eo territorium *Gandesheimenſe*, à Ganda fluvio dictum, qui, ût fundationis Monaſterii *Gandesheimenſis* literæ indicant, olim *Ecliterna*, *Echterna*, vocatus fuit, (*o*) cui celebritatem contulit illuſtre & magnificum cœnobium à *Ludolfo*, Saxoniæ Duce, conditum, qui Idem *Brunhuſium* Monaſterium auſpicatus eſt. Literas fundationis & translationis dedit nobis CL. *Reiskius*. (*p*)

FLENTIGAWI. Vid. *Gandersheimigavvi*.

FLINA. Memorat eum fundatio cœnobii *Wiſenſtaigenſis*, eratque in eo villa *Hohenſtrat*. (*q*)

FOLCHFELD. Occurrit in Tradition. Fuldenſ. (*r*) Villæ in eo *Brunonſtein*, *Grezzeſtat*, *Speozesheim*, *Wigriheshuſum*, & *Iſanesheim*. (*ſ*)

FONOLIADENSIS, *Fenolhedes*, Caſtellania in Diœceſi *Electenſi* XLII. vicos continens. (*t*)

FORENSIS. Dividitur in ſuperiorem & inferiorem. Superior *le haut Forez*, inter Arvernam Lemanem, *la Limagne*, & fluvium Ligerim jacet, ſi tamen jacere dici poteſt, qui montibus Cebennis & ſilvis totus aſſurgit. In eo ſunt caſtella & oppida S. *Bonniti*, S. *Ragneberti* ad Ligerim, (S. Rambert.) *mons Bruſo*, vel *mons Bruſonis*, caput regionis, in literis Comitum *Forenſium* ante annos CCCCLX. memoratus, (Montbriſſon) *mons Maurilionis*, (Montmorillon) & *Rodumna*. Pagus *Forenſis* inferior, vul-

(*m*) Mir. cod. piar. donat. c. 31. p. 127. Add. c. 37. p. 152. (*n*) L. I. donat. Belg. c. 14. p. 28. item c. 19. p. 40. (*o*) vid. T. II. Meib. p. 481. (*p*) de cornu Ammon. c. 4. §. 4. (*q*) Vorburg. Vol. XII. hiſt. p. 166. a. (*r*) L. I. num. 149. (*ſ*) L. II. num. 105. p. 331. (*t*) Valeſ. l. c. p. 339. a.

gò *le Fores* absolutè dictus, trans Ligerim jacet, ubi sunt oppidum S. *Stephani*, S. *Anemundi*, vel *Chanemundi castri*, S. Chaumont corruptè dictus vulgò pro S. Chamond, *Caselæ* aut *Cassellæ*, Chaselles, oppidum S. *Valdomeri*, S. Galmier, *Forum Segusianorum*.

FRANCORUM. Ducatus, qui hodie *Franconia*, est Francia orientalis, de qua vide sis *Trithemium*. (*u*) Et de hac intellige *can.* 101. *& seq. XI. q.* 3. ubi ad illa verba: *Principem Francorum*, Molynæus annotat, *scilicet Orientalis Franciæ*.

FRESIA. Willibald. in vita S. *Bonifacii*.

FRETENIGAWI. Vid. *Gandersheimigauvi*.

FRISACI. Indicatur in Annalibus Francicis, à *Pithœo* evulgatis, ad ann. DCCCXXIII. in quo villæ XXIII. igne cœlesti concrematæ sunt. Annal. Francici à *Reubero* editi vitiosè legunt *Frisasii*. Hermanni Contracti editio Canisiana *Firichsazu*, Urspergensis *Firihaze*. Superat hodie in Marchia Brandeburgensi Veteri appellatione *Frisack*.

FUNGAW. Vangiones dictos qs. *Wungavv* putat *Herold.* (*vv*) & *Irenicus*. (*x*)

FUXENSIS, *le Foix*, *Fuxum*, castrum & pagus Comitatus ve in indice *Valesiano*. Verùm in ipso opere (*y*) nihil prorsus de pago reperitur. Hæc autem habet: *Fuxum Petrus Monachus & Gvillelmus de Podio Laurentii sæpè in rebus Albigensium memorant*, & *Comites Fuxi*, seu *Fuxenses*. Idem faciunt recentiores Historici. *Gvillelmus* Nangiacensis malè castrum *Fuxinense* non semel nuncupat, cùm ceteri *Fuxum* & castrum *Fuxense* appellent. *Fuxenses* gallicè *le Foixiens*. E vulgari nomine *Fuxium* & *Foxium* Jos. Scalig. fecit, qui latinos Scriptores Historiæ Francicæ non legerat.

G.

PAGUS GABALDANUS, seu *Gabalitanus*, *le haut gevaudan*. *Lesura* & *Margarida* montes sunt pagi *Gabalici* insignes, hic *Triobris* fluminis fonte ille *Tarnis*: ambo tradux & portio Cebennarum. *Stephanus*, Vice-Comes

(*u*) in Orig. Francor. (*vv*) in lib. de station. legion. in veter. German. *c.* 21. (*x*) lib. ult. in verbo: Wormatia. (*y*) p. 212. B.

Comes *Gabalitanenſium*, in dotatione Monaſterii conſtruendi ſub jure S. *Theofredi*, meminit Comitatûs *Gabalitani*, Vicariæ *Miliacenſis*, & villæ *Lingoniæ*, ſecus ripam fluvii *Elerii* anno MCCCCXCVIII. (z)

GABALICUS pagus apud *Plinium*, (a) i. e. civitas, ager, finesvé *Gabalorum*.

GANDENSIS. Pagi hujus mentio fit in quibuſdam literis *Caroli Calvi*, qui *le Gantois* vocari poteſt, ut Gandenſes *les Gantois* dicantur. Sunt tamen, qui Gandenſes appellant *Gandois*. In his *Olivarius* de *Marca*, ùt analogia ex *Gand Gandois* fieri jubet. (b) Specialiter Calvus iſte Carolus anno DCCCLXIV. prœlia *Gandenſi S. Bavonis* Monaſterio olim collata confirmat, ubi meminit villæ *Marka* dictæ. Duplex autem *Marka*: *Marcken Peüele*, & *Marcken Barrois*, uterque vicus in Caſtellania, ùt loqvuntur, Inſulenſi Flandrorum, ad fl. *Marque*, ad cujus & Deullæ confluentes ſita eſt *Marquetta*, Monialium Ord. Ciſtert. Abbatia.

GANDERSHEIMIGAWI. Henricus II. per inſtinctum *Cunegundæ* ſuæ, *Piligrini* Archi-Epiſcopi Colonienſis, & familiaris ſui *Meinvverci*, Padebornenſis Epiſcopi, pro amore & petitione nominetenus ſororis reſpectivè ac conſangvineæ ſuæ, Domnæ *Sophiæ*, Gandersheimenſis Matris & Domnæ, nec non pro recordatione & requie Patris ſui *Henrici*, Bavariæ Ducis, animæ, cujus oſſa requieſcunt in eodem Monaſterio, talem Comitatum, qualem *Otto* Comes ex imperiali munere infra hos pagos *Gandersheimigavvi*, *Grenigabi*, *Fretenigabi*, *Flentigabi*, *Auganagabi*, *Vierzigauvvi*, *Erigauvvi*, & quicquid inſuper his duobus pagis, *Eilverigavvi* & *Ammerigavvi* viſus eſt habere, ad altare SS. Confeſſorum & Pontificum Anaſtaſii & Innocentii donavit in perpetuum annô MXXI. Indict. IV. annô Henrici Imp. regnantis XX. Imperantis VIII. Actum X. Kal. Aug. Noviomago. Gunterus Cancellarius vice Erckemboldi Archi-Capellani recognovit.

GARDACHGOWE apud *Freherum*.

GAVARRETANUS. *Gabarretum*, *Gabarret*, caput pagi

(z) Mabill. L. VI. chart. 148. (a) L. XI. c. 42. (b) Vid. Miræi L. I. Donat. Belg. c. 19. p. 40. ſeq. & cod. piar. donat. c. 18.

pagi hujus, *le Gabardan*, inter Eluſam & Vaſatas poſiti in Novempopulana, quod cum *Gabareto* noſtro, caſtro in Septimania, vel Gothia, nihil, præter nomen, nunc commune habet, & ante annos quingentos *Gavarritum*, ager, cujus caput erat, *pagus Gavarritanus* & Vice-Comitatus *Gavarritanus* vocabatur. Hoc me docet *Gaufredus*, Burdigalenſis Archi-Epiſcopus, in epiſtola ad *Sugerium*, Abbatem S. Dionyſii. *Noveritis, nos apud* Menuſanum, *ubi* Auſcitanus *Archi-Epiſcopus, & ferè omnes Epiſcopi* & *Proceres totius Guaſconiæ convenerant*, Gavarritanum Vice-Comitem *convenisse ſuper infeſtatione terræ Domini Regis ab ipſo & à ſuis.*

GAVULDENSIS. Meminit hujus *Eginhartus* annô DCCLXVII.

Geltenſtein pagus ocurtinſis. Miraculorum S. Udalrici. Ep. Aug. c. 9. in eb ibidem c. 9. lo catur oppidum Toringenne vel Turingenne.

GENEVENSIS. le *Genevois*. Dux *Sabaudiæ* pagi *Genevenſis* Ducem & *Genevæ* Comitem in titulis ſuis inſcribi ſe jubet appellariqúe. *Eginhartus* epiſt. XXVII. poſtulat, ut liceat ſibi beneficium habere, quod ei Domnus Carolus Imp. dedit in Burgundia in pago *Genavvenſe*.

GERAHA. *Theodoricus*, ejus nominis primus, Citizenſis, Epiſcopus, ex familia Widichindéa, ût *Joannes Rivius* obſervavit, oriundus, qui Monaſterium *Boſaugienſe* auſpicatus, contulit ei decimam centum ſcabronum, teſte *Paullo Langio*. (c) *Alexander*, ejus nominis quartus, Pontifex Romanus, in bulla confirmationis hujus cœnobii anno MCCLVI. data vocat *terram Gerahà*. Fuit ad *Eliſtrum* fluvium, ubi hodiéque ejus nominis urbs ſuperat.

GERUNDENSIS. Præc. Caroli Calvi ann. DCCCXLIV. In pago *Gerundenſi* medietatem villæ Mollet, ſimul etiam caſtellum *Fractum* cum villa, quæ appellatur *Parietes Ruffini*. Ejuſd. præc. ann. DCCCLXI. *Theodoricus*, Abba Monaſterii, quod eſt ſitum in pago *Gerundenſe*. Præc. Carlomanni, Reg. Franc., pro Eccleſia *Gerund.* In pago *Gerundenſi* medietatem de villa *Molletto* anno DCCCLXXXI.

GESORIACUS, quo de *Plinius*. (d) In diviſione Regni

(c) in chron. Citiz. p. 781. ſeqq. conf. hiſt. fundat. Monaſt. Boſaug. chr. Mont. ſeren. annex. p. 285. & Sagittar. hiſt. Epiſc. Numburg. p. 13. (d) L. IV. c. 17.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [84] - 72

gni Ludovici Pii inter Filios *Bolenſis* trunco nomine pro *Bolonienſis* nuncupatur, & inter *Tervvanenſem* & *Quentovicum* ponitur, *Boninſis* aliàs & *Geſoroicus*.

GESTABIENSIS. In actis conſecrationis Eccleſiæ *Urgellenſis* anno DCCCXIX. mentio fit hujus pagi. Conf. *Ripagurcenſis*.

GISNENSIS, terra *Chiſnenſis* dicitur *Valeſio*. (e)

GLEMISGOWE apud *Freherum*.

GLOMAZI. Hic idem eſt cum pago *Daleminci*, de quo ſuprà, ùt obſervavit *P. Albin.* (f) *Ditmarus* (g) vocat Glomuzi. Verba ejus ex emendatione Albini addam. *Sed qualiter pagus iſte nomine hoc ſignetur, dicam.* Glomazi *eſt fons, non procul ab Albi quàm duo milliaria poſitus, & de ſe paludem generans, mirâ, ùt incolæ pro veritate aſſerunt, oculiſq; approbatum eſt à multis, ſæpe operatur. Cum bona pax eſt indigenis profutura, ſuumq; terra non mentitur fructum, idem tritico & avena & glande refertur, latos vicinorum ad ſe crebrò confluentium efficit animos. Quando autem ſæva belli tempeſtas ingruit, ſanguine & cinere certum futuri exitii indicium monſtrat.* Hæc *Ditmarus*. (h) Fuit tractus circa urbem Miſnam, ſupereſtque à veteri appellatione *Lomnitſch*, urbs antiquiſſima, qua de lege ſis *Albin.* (i) vide etiam not. ad *Graunii Daleminc. ſub. lit. X.*

GOLLOKEUNE. Meminit ejus Otto II. Imp. diplomate, quô fundationem Monaſterii Mariæ Virginis in ſuburbio Gandersheimenſi, à *Gerbirga*, Henrici Rixoſi, Ducis Bojariæ, F. inſtitutam, annô DCCCCLXXII. VII. Id. Jun. confirmat. (k) Fuit in eo *Sundronhof*, in Comitatu *Gerungi* Comitis.

GOZEBUDI. Vid. hunc pagum in *not. ad Daleminciam Graunii ſub lit. K.*

GOZFELD, *Gozfelden*. Ad hunc ſpectabant villæ *Bleifeld*, (Bleichfeld) *Botolfeſtad, Gruonhah, Heidia, Iſanesheim, Svvanafeld*. (l) in eo villa *Svanefeld*, *Herespeim*, *Bleichfeld*, *Bleida*, *Botolfestad*, *Liebe*, *Sinharteshuſen*, *Volcfelden*, *Binisfeld* &

GRAB-

(e) l. c. p. 234. B. (f) in chr. Miſn. p. 93. 391. & 434. (g) L. I. p. 1. (h) conf. ejuſd. L. VII. p. 116. (i) l. c. tit. VII. p. 79. ſeq. (k) vid. T. II. Rer. Germ. Meib. p. 494. ſeq. (l) vid. Tradit. Fuldens. L. I. num. 13. & alibi.

GRABFELD, seu *Grapfeld*, in Buchoniæ veteris meditullio, à crebris fortè convallium anfractibus, ceu foveis, *cavas* Romani vocabant, arrepta voce. Carolomanni & Pipini Fundatorum literis, ipsiusque Magni Caroli diplomate munifico, quo Congregationi Fuldensi nascenti copiam tribuit, ex suo corpore eligendi Abbatem, dicitur Monasterium constructum in pago *Grabfeldico*. At pagus is, Francici juris index, amnicus extitit, &, more Gentis, agrorum pabuliique certo limite intra Buchoniam cohibitus. Sed & usurpatio nominis in Franciæ Orientalis regionem quandam abiit, cujus Avorum adhuc ætate tàm clara fuit memoria, ut in indice Ecclesiarum, quas Præpositus Ecclesiæ S. *Kiliani* Wirceburgensis moderari, aut distribuere consvevit, ad discrimen alterius, *Eichsfeldica* parochia nominetur in *Grapfeldiæ* tractu sita. (*m*) Dicitur etiam *Provincia Grabfeld*, *Grapfeldono* & *Grabfeldonum*, item *regio Grapfelde* & *Grapfeldorum*. Amplissimus pagus erat, bonam partem Illustris Comitatûs *Hennebergici* complectens. Villæ in eo erant sequentes:

Altenstein,
Altheim,
Altihusum,
Aschaha,
Baraha,
Baringe, seu *Paringe*,
Becchoh. Sunt autem tres villæ hujus nominis.
Beinherestat, Berendorf, Trad. Fuld. Mſ.
Biburahu,
Birchinafeldon,
Botolfestad,
Bratingum,
Brinseggesvvang,
Bunahu,
Chenesgewe, Trad. Fuld. Mſ. *Calbaha*,
Chunitorphe,
Dazamari,
Dahadorph,

Dinges-

(*m*) Brower. L. I. Antiqu. Fuld. c. 2. p. 27. & L. I. Tradit. Fuld. num. 13. p. 500.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [86] - 74

Ditsdorf, Trad. Fuld. Mſ.

Dingesleja, ſeu *Tingesſleda*,
Dungdorph,
Duriſtodla,
Ebilihfeld,
Eibingo,
Eichesfeld, *quarum duæ*,
Elisba, ſeu *Elispa*,
Erpfe,
Friſenhus,
Fritirihot, monaſterium. v. Chartular. Mſtum.
Gebbesheim, ſeu *Gerinesheim*,
Gelteſtat,
Geltersheim,
Gerinesheim,
Geratehus,
Gervviheshus, ſeu *Gervvineshuſen*,
Gisanheim,
Glismuoteshuſun,
Gnazastat, Trad. Fuld. Mſ. *Gohhuſon*,
Gouheim, Trad. F. Mſ. *Graſatette*,
Grazzereſtat, ſeu *Grezziſtat*,
Greifesdorf,
Grevvifunga,
Grimaha,
Grimdeoſtat, ſeu *Grinſtat*,
Grumpach, Trad. Fuld. Mſ. *Haholfesbach*,
Heidu, Hagenowa
Heigesdorph,
Heiſilinu,
Helidunga,
Helidurgum,
Helmrihesſon, Helmerschesshusen, dipl. Ms. Fuldense.
Hengesfeld, in dipl. Msto
Hengiſtortz, ſeu *Hengiſtesdorf*, Hengedorf, hodie Hengelsdorf.
Hentingi,

Herifatorph,
Heriolfeſtat,
Heripha, Herphe, Trad. Fuld. Mſ.
Heripſe,
Hintifeld,
Hinthereshuſ,
Hlurunga,
Hohheim, quarum duæ fuêre.
Hohiredod,
Horobach,
Hrundelmeshuſen,
Ibiſtati, Hibiſtat,
Irminoſteshuſum,
Juchiſa, Juchiſe, vel Juchiſon, quarum tres unius nominis.
Kazaha,
Kizziche,
Lantfriedeshus,
Lembirbach,
Lengisfeld, Luchegen, Trad. Fuld. Mſ.
Lullubach,
Lurungen, Lyrunga Trad. Fuld. Mſ.
Luterenbach, Trad. Fuld. Mſ.
Machasbach, Macresfelt, Trad. Fuld. Mſ.
Luttra, Trad. F. Mſ.
Madiba,
Mahesfeld, Maresfelt, Trad. Fuld. Mſ.
Marchereshuſen,
Murichſtet, ſeu Munricheſteti, vel Munricheſtate,
Norddorf,
Nordheim,
Orthereshuſen, Orthereshuſa,
Oſtheim, ſeu Hoſtheim,
Othelmeshuſ, Perſtat, Trad. Fuld. Mſ.
Parghtorph,
Potoluesteti,
Rannungen, ſeu Rannungu, vel Hrannunga. Trad. Fuld. Mſ. Ramungen.
Rodahuſum,
Ronagewa, Trad. Fuld. Mſ.

Ros-

Rosdorf, Rosdof,
Rotermulte, seu Rotmulti,
Rügiheim,
Sala, vel Salu, Salzahe fluvius. Trad. Fuld. Mf.
Sclavis,
Sentinabach, Selferod, Trad. Fuld. Mf.
Siducheſtat,
Smalacalta,
Steinaha,
Stetihaha,
Stocheim,
Strevv,
Straſtdorf,
Sulzedorf,
Sulzifeld, Trad. Fuld. Mf.
Sundheim,
Svvallungon, seu Svvollunga, Svalungen, Trad. Fuld. Mf.
Svvinfurt,
Tatu, Talendorf, Trad. F. Mf.
Tauba,
Theodorf,
Theotricheshus, seu Thietricheshuſun,
Thorneheim,
Troſeſtat,
Trouſnaſteti,
Vezzerun,
Vulfricheshus,
Waldbaringi,
Waltratehus,
Wancaheim, seu Wangheim,
Waſunga,
Werinesbrunno,
Weſtheim,
Weſthuſen,
Wetareiba,

Wetarungo, seu *Weterungon*,
Widano,
Widantesheim, wihtiges husen, Trad. Fuld. Mss.
Wihtungen,
Wigfriedeshus,
Wilfunge, Trad. F. Mss. *Wolfheim*,
Wolfeshart,
Wullinastat. (n)

GRAINGA. Dedit Ludovicus Rex VII. Kal. Maj. ann. XXVII. Regni sui in Orientali Francia Indict. XIV. Monasterio in *Herivurt*, cui tunc *Haduvvic* Abbatissa præerat, res proprietatis suæ, quas *Folcheri* fidelis suus hactenus in beneficium tenuerat in Ducatu Westfalorum, conjacentes in pagis *Grainga* & *Trecvviti*, nec non in Comitatibus *Burchardi*, *Waltberti*, *Albrici* & *Letti*. Erant eæ mansi XIV. cum familiis XX., qui linguâ eorum luti dicuntur. Hadebertus Sub-Diaconus ad vicem Witgarii Cancellarii recognovit. Actum in Franconovurt Palatio Regio in Dei nomine feliciter, Amen. Idem Ludovicus VI. Id. Decembr. anno Regni sui XXIV. Indict. XV. ad idem monasterium, sive ad reliquias S. Mariæ semper Virginis in eodem Monasterio consecratas, dedit in pago *Grainga*, in villa, quæ vocatur *Kelveri*, mansum indominicatum cum domibus, ædificiis, & omnibus adjacentiis, quem *Hrotradus* Comes habuit, dimidiam partem cum familiis supermanentibus utriusque sexûs numero XXIX. Comeatus Notarius ad vicem Radfrici recognovit. Actum in eodem Monasterio Herifurd.

GREMISGOWE apud *Freherum*, rectiùs *Glemúgovve*.

GRENIGAWI. Vid. *Gandersheimigavvi*.

GRATIANOPOLITANUS. Pagus *Gratianopolitanus*, vel *Vallis Gratianopolitana*, dicitur le *Graisivouldan*, vel *le Gresivodan*, aliàs *la Vallé de Grisivodan*. Quidam malè *Grisivaudam* scribunt, & ita tabulæ præferunt: cùm al in au mutari soleat, ol nisi in ou converti nequeat.

GUT-

(n) vid. Antiqq. Ducat. Thuring. D. Sagittar. L. IV. c. 2. Plura etiam se notâsse scribit de hoc pago Graphelden CL. Freher. in Wetteravia.

GUTTINGON, *Guottinga.* Vid. *Valedungon.* Ludovicus Rex, ob emolumentum animæ suæ, anno VII. Regni sui in Orientali Francia, indict. VIII. Padebornæ Monasterio Corbeiensi contulit quasdam res proprietatis suæ in pago *Guottinga*, in villa, quæ dicitur *Amphidi.* Erant autem illæ mansus dominicatus cum casis & reliquis ædificiis, cum aliis mansis XX, sicut eas *Buntzleibi* Comes in beneficio hactenus habuit. Dat. VIII. Kal. Januar. in Rosbac. Notes velim, annum Regni Franciæ Orientalis, qui in tabulis hisce consignatur, ab anno DCCCXXXIX. deduci, quô à Saxonibus & Thuringis adjutus Alemanniam & Franciam Orientalem sibi vendicabat Glorioſissimus Rex.

H.

HAGUS HAINOENSIS, vel *Hainaus.* Vid. *Fanomartensis. Arnulfus* Marchio, ejus nominis primus, Comes Flandriæ, cognomento *Magnus*, in pago *Hainau* super fluvio *Savo* villam *Dulciacam* (Doucy) Monasterio Blandinio restituisse se ait. Altus mons, monasterium, (*Haumont*) situs est in territorio *Hainoensi* super Sambra fluvio, uti scribit *Aigradus*, Monachus in vita S. *Ansberti*, Rotomagensis Episcopi. Nomen habet à *Haina* fluvio. De oratorio, cui nomen *crux*, constructo in honore S. Martini, & posito in pago *Hainoavio* vid. *Mabill.* (o) Carolus Simplex varia prædia *Maricolensi* Abbatiæ attribuens, seu confirmans, anno DCCCCXXI. *Res igitur*, ait, *de quibus loquimur, conjacent in subdesignatis locis.* In pago Hainoensi *super fluv. Helpram*, in *villa* Taisneras, *sunt mansi* XXX. &c. (p) v. sub Teoracia.

HALLERTHAU. *Abenst*, seu *Abinst* fluvius, Bojariæ superioris terminus, oritur in initio pagi, (*Hallerthau* incolæ nuncupant,) quà Aquilonem Favoniumque spectat. (q)

HAMALAND. Henricus IV. Imp. anno MLXXXIII. Indict. VI. *Liemaro*, Archi-Episcopo Hamburgensi, donavit Abbatiam *Altene*, in honore S. *Viti* Mart. constructam, juxta Rhenum

(o) L. VI. chart. 38. (p) vid. Miræi cod. piar. donat. c. 28. Add. 29. & 31. p. 127. (q) vid. nomenclat. Ayentin. Annal. Bojor præfix.

num fluvium, in pago *Hamaland*, & *Gerardi* Comitatu sitam, ùt habet diploma X. Kal. Jul. anno MLXXXIII. Indict. VI. anno autem ordinationis Domini Henrici IV. Regis XXIX. Regni XXVII. Actum Romæ post urbem captam feliciter. (*r*) Nobile hoc Monasterium in Regione Clivensi, haud procul *Embrica* civitate, in editi montis jugo ab Illustris prosapiæ Abbatissa gubernari solet. Fundatum est à sorore *Meinvverci*, Episcopi Padebornensis, teste *Gobelino Persona*, (*s*) & ex eo chron. magno Belgico, (*t*) à quibus dissentiens Autor vitæ Meinvverci ejus sororem *Athelam*, seu *Azelam*, Sanctimonialem ibi fuisse affirmat. (*u*) *Nic. Schaten.* ita: (*vv*) AC. DCCCCXCVII. Neomagum digressus *Otto* III. Imp. ad palatium regium, ubi Monasterium *Eltenense* Virginum, quod *Wigmannus* Comes annô DCCCCLXVIII. sub *Ottone* M., sub patrocinio D. *Viti* Martyris condiderat, Parentum exemplo in tutelam suscepit, paribusq;, quibus *Assindienses*, *Gandersheimenses*, *Quidlenburgenses* Sanctimoniales, privilegiis exornavit. Ipsum postea diploma Ottonianum interponit, quod in eo *Adela*, *Meinvverci* soror prodatur, ac maternum ejus genus *Wigmanno*, Comite ac Fundatore hujus Parthenonis asseratur. Lege sis & judica. In hoc pago fuit urbs munitissima *Vplan*, ùt vocat *Ditmar.* (*x*) (in vita Meinvverciana nominatur *Vplage*) hereditaria *Baldrici* Comitis, Vitrici *Meinvverci*, hominis impii & nefarii, quippe cujus molitione uxor ejus *Athela*, altera Herodias, ùt vocat *Ditmarus*, proprium interfecit filium *Theodericum*, ipse verò, in gratiam scelleratæ mulieris, *Wichmannum* Comitem per insidias trucidari curavit. Pro quo scelere, inclamante vicinos Dynastas *Theodorico*, Monasterienssium Episcopo, urbs *Vplan* obsessa, tandemque suppetias ferente *Bernhardo*, Saxoniæ Duce, solo æquata est. Amita *Ottoni* Regi erat (nisi librarius fallit) *Vota*, seu *Vota*. Hæc circa Daventriam, Belgii fœderati urbem, & in ipsa urbe possessiones quasdam habuit, quas cùm Ottoni traderet, & Magdeburgensi Monasterio pro remedio animæ suæ, conjugis *Edithæ*, omniumque Parentum (Majorum) suorum, nec non pro stabilitate & inco-

Halmensis pagus memoratur in diplomate Ottonis III. dto 940 S. Maximino lumidato.

(*r*) vid. P. I. Annal. Padeborn. p. 609. (*s*) cosmodr æt. VI. c. 53. (*t*) p. m. 104. (*u*) conf. Annal. Padeb. cit. p. 343. (*vv*) l. c. (*x*) L. VII. p. 213.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [92] - 80

lumitate Regni anno DCCCCLIV. dedicavit. *Sic igitur*, ùt ipſa habent diplomatis à *Leubero* (y) *repetitiverba, omne prædium, cum cunctis ad hoc jure pertinentibus, ſitum in loco* Davindre, & *infra urbem & extra, in pago, qui dicitur* Hamalant, *in Comitatu* Wigmanni, *quod ipſi ſua Amita, mulier Deo ſibiq; devota, nomine* Vota, *tradidit, ad Monaſterium* Magdeburg *conſtructum donavit: quatenus cœnobitæ in præfato* Magdeburg *commorantes, omni curarum moleſtiâ deſtituti, Deo placiti exiſtant famulatores, ſui, omniq; chriſtiani inſtantes ad Regem Regum ſint deprecatores.* Donatio hæc ſcripta eſt in Francofurtenſi Palatio III. Kal. Januar. feriâ V.

HANIGAW. *Hannonia* hodie dicta. (z) — Hardeyewe v. Hardigow.

HARDUENNÆ. Vid. *Arduennenſes.*

HARERHAGO. Otto M. Monaſterium, *Winethahuſum* nuncupatum, ſitum in pago *Harerhago*, in Comitia *Diethmari*, cum omnibus, quæ Sanctimoniales antea in ſuo ſervitio habebant, Congregationi in *Quidalingaburg* in proprietatem condonat. Data eſt charta Id. Sept. anno Dominic. Incarnat. DCCCCXXXVII. Indict. X. anno verò Domini Ottonis Invictiſſimi Regis I. Actum in Quidalingaburg. (a)

HARTERI. In Comitatu Comitis *Ehrenfridi.* Mentio ejus fit in literis Ottonianis Anno DCCCCXLVI. IV. Id. Febr. Indict. II. anno Regni Otton II. Dat. in Wetlahun. In hoc fuit villa *Mundelingen*, fortean *Mulingen*, ſubjecta Comitibus *Barbeienſibus.* Quicquid in hac proprietatis habuit *Otto*, tradidit victui Sanctimonialium in *Gandesheim.* (b)

HARTINGOWE. Silva Hercinia, olim longè latéque ſe extendens, ſuccedentibus temporibus exciſa, urbes vicosque admiſit, pagóque peramplo nomen fecit. Diplomate Ludovici Pii, quod CL. *Budæus* evulgavit, nominatur *Hartingovve*, aſſignaturque Diœceſi Halberſtad. (c) Idem in literis fundationis Monaſterii *Groningenſis* ad Bodam fluvium datis anno DCCCCXXXVI. vocatur *Hardgo.* # Ei tribuuntur *Gröninga, Wolfer-*

In Trad. Fuld. Mſtis eſt Hardegewe.

(y) num. 1595. (z) vid. Hubert. Leod. in Eburonib. c. f. & P. Divæum c. ult. (a) ac Antiqq. Brunſvic. Madori edit. II. p 105. (b) vid. Synt. Bodon. de cœnob. Gandersheim. T. II. Meib. p. 493. (c) conf. hiſt. Halberſt. D. Sagittar. §. 15.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [93] - 81

Wolferſtetum, *Oſcherslebium*, & *Uplingum*, hodieque nota loca. Diploma Ottonis II. Imp. confirmantis Eccleſiæ Magdeburgenſi à Parente ſuo donata, quæ ordine recenſet, in pago *Hardago* nominat *Staun*, *Rorersheim*, *Vallersleben*, *Bardorf*, *Dutteuſtede*, *Gehrlan*, *Gethilde* ad annum DCCCCLXXIII. Ex his *Vallerslebium* Sedes Epiſcopalis aliquando fuit. Nam Epiſcopatus, qui *Schiræ*, ſeu *Schidræ* (locus eſt in Comitatu Lippienſi) cœpit, inde à *Brunone* & *Tanquardo* Fratribus, Ducibus Saxoniæ, *Vallerslebium* translatus eſt. Sed nec ibi diu hæſit, *Froſam* migrans, unde demum ab *Ottone M. Magdeburgum* deductus eſt, ut Centuria Magdeburgenſis octava (*d*) ex *Henrico Hervordenſi* commemorat. (*e*) Eadem habet *Rolevinc.* (*f*) *Henricus* II. Imp. in pago *Hartega*, in Comitatu *Liudigeri* Comitis Monaſterio in *Luneburc* anno MXXII. donat prædium quoddam in *Latheburum*, h. e. quicquid *Ammoko* ibi poſſedit, & in Regale noſtrum jus legali Judicum ſententiâ devenit. (*g*) Monaſterium iſtud S. Michaëlis erat *Lyneburgi*, ab *Hermanno*, Saxoniæ Duce, *Billingi* F. anno DCCCCLXXI. conditum, vel auctum, cui tunc præerat *Riddagus*, è Monaſterio Bergenſi ad Albim poſtulatus Abbas, quem librarius *Chytræi* (*h*) vitioſè appellat *Riccaſum*. *Freher.* pagum *Hartzgavv* vocat, partem ſilvæ Harciniæ. Nariſcorum regio erat, de qua, *Heroldo* (*i*) teſte, *Fridericus* Palatinus de *Putelendorf*, cum conſenſu *Agnetæ*, uxoris ſuæ, & *Friderici*, Filii ſui, vendidit *Gevehardo de Lochtenem* hereditatem ſuam, videlicet totam curtem *Abbenrod* dictam, in pago *Hirtingo*, ſitam in Ducatu Ducis *Henrici* cum omnibus attinentiis. Poſtquam igitur prædictus *Fridericus* Palatinus defunctus eſt, Agnes uxor, & *Fridericus* Filius in præſentia *Lotharii* II. hanc emtionem & ceſſionem prædicto *Gevehardo* recognoverunt, & eam, cum conſenſu *Ludovici* de *Wippere*, ſub cujus mundiburdio erant conſtituti, confirmârunt. Rex verò *Lotharius* ob fidele ſervitium, & multorum fidelium interceſſionem, autoritate ſuâ Regiâ ſtabilivit & corroboravit. Teſtes erant Archi-Epiſcopi, Moguntinus *Adelbertus*, *Adelbertus* Bremenſis, *Northertus* Magdeburgenſis, *Conradus*

(*d*) p. 18. & 23. (*e*) conf. hiſt. m. Herford. l. I. c. 2. (*f*) de antiq. Saxon. (*g*) vid. dipl. Mindenſ. à Piſtor. edit. p. 749. (*h*) L. XX. (*i*) d. l. c. 1.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [94] - 82

dus Salzburgenſis: Epiſcopi, *Bertoldus* Hildinesheimenſis, *Sigevvardus* Mindenſis, *Echertus* Monaſterienſis, *Bernardus* Padebornenſis, *Udo* Citizenſis, *Meingotus* Merſeburgenſis. De Laicis: *Fredericus* Palatinus, Comes de Sommeriſchenburg, *Hermann.* Landgravius, *Conradus* Marchio &c. Dat. Id. Jun. anno MCXXIX. Indict. VII. anno II. Regni Lotharii III. Roman. Reg. IV. Actum Goslariæ. (*k*) Anno DCCCCXLI. donat *Otto*, præcipuè in uſum pauperiorum hoſpitum in Monaſterio Magdeburg. liberaliùs tractandorum, propria ſua loca in villis *Uplingen*, *Roresheim* & *Nottorp* in pago *Hardaga*, in Comitatu *Dietmari*. (*l*) Idem anno DCCCCLXVII. Romæ commorans eidem Eccleſiæ prædium ſuum *Wulferſtede*, in pago *Hardegou* ſitum, donat. (*m*) Verba fundationis Monaſterii *Groningenſis* ad Bodam, datæ ipsô annô, quô *Henricus Auceps* mortuus eſt, & *Otto M.* ad Imperium pervenit, hujus tenoris ſunt: Notum fieri volumus, qualiter quidam Comes, *Siegfridus* nomine, ob ſpem retributionis æternæ, tradidit hereditatem ſuam ad noſtrum Monaſterium in pago *Hardgo*, in loco, cui vocabulum eſt *Weſtergroningen*, ſito juxta fluvium *Bode*, h. e. Eccleſiam ipſam cum Clericis, quos ibi proprios habuit, & metallis, & quicquid in auſtrali parte Eccleſiæ intra urbem eſt &c. (*n*) *Otto* Rex, interventione *Henrici*, dilecti Germani ſui, quaſdam res proprietatis ſuæ ad Eccleſiam S. *Emmerani* Ratisbon. dedit, i. e. in villa *Nuichinga* in pago *Hertinga*, in Comitatu *Eberhardi* Comitis, curtem regalem &c. Dat. XVII. Kal. Aug. anno DCCCCL. Indict. VII. Regni Otton. XV. Actum *Beheim* ſuburbio Naumburg. (*o*) *Otto* II. Imp. Aug. Sorori *Mathahildi* (Mechtildi) & Eccleſiæ in Quidilingeburg quædam proprietatis ſuæ prædia, curtem ſcilicet *Deotfordi*, in pago *Hardego*, & in Comitatu *Deommonis* Comitis *Broculſtedi* in eodem pago tradidit. Charta data eſt III. Id. Maj. anno DCCCCLXXIV. Indict. II. Regni verò Ottoniani XIII. Imperii VII. Actum Quidelingeburg. (*p*) Civitas *Ilſinaburg* ſita eſt in pago *Hardegouve*, in Comitatu *Riechperti*.

(*k*) vid. Antiqq. Brunſvic. cit. p. 227. & P. I. Annal. Padeborn. p. 72. (*l*) Sagittar. Antiqq. Magdeb. §. 52. (*m*) Id. l. c. §. 90. (*n*) vid. Meibom. diſſ. de Metallifodin. Hartzic. §. 23. ſeqq. (*o*) Annal. Padeborn. cit. p. 744. (*p*) vid. Mader. Antiqq. Brunſvic. p. 113.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [95] - 83

Tradidit eam *Henricus* II. ad petitionem *Arnulfi*, Episcopi Halberstadensis, ad altare S. Stephani, anno MIII. XVII. Kal. Maj. Ind. I. Actum Altstädt. (q) Trad. Fuld. Mss.: in pago Hasdege in marca Dit, Furbe, Trad. Fuld. Mss.: in villa Diffurt, Jupilla fluvium Bötum in pago Harda, Gewe.

HARSTL. In antiquo copiali monastico hunc offendi pagum anno MIX. Non procul à Leodio est villa regia *Jupilla* & è regione *Harstallum* pagus, cujus toties fit mentio in vita Caroli M. ac toties ibidem nunc natalem Domini, nunc Pascha celebrâsse memoratur. (r) Fortè Nobiles *Harstallii* nostri nomen ab hoc pago traxerunt. Sed an *Harstl.* iste pagus fuerit, dubium est. Nullibi alibi aliâs pagum sic dictum reperi. *Valesius* ita: (s) *Erat* Haristallium *villa publica, haud procul* à Leodio Jopila que *ad Mosam flumen posita, cujus amœnitate loci delectatum Pipinum ibi & palatium exstruxisse, & sæpe commoratum esse ajunt: nec desunt, qui ibidem natum ac nutritum credunt. Quare plerique recentiores rerum nostrarum Scriptores* Pipinum Haristalliensem *cognominârunt, ùt in libro rerum Francicarum scripsi. Aristallium* cum foreste in Capitulis Caroli Calvi inter villas regias numeratur. Qui villam hanc condidit Rex Francorum, patriâ linguâ ei nomen germanicum imposuit, *Haristallium*, vel *Heristallium*, aut *Haristalium*, quô nomine *militaris mansio* designatur. Est & altera ejusdem nominis villa in Saxonia ad fluvium Visurgim.

Magnus Heristallo *Carolus dum Saxonas urget,*
hîc positis castris nomen habere dedit.
Legatos hiemans hîc regia dona ferentes
audiit, & natos jussit adesse suos.
Hîc designatam fato meliore cathedram.
rettulit ad Paderæ lene fluentis aquas.
Non tamen omnis honos abiit, quin æmula Francæ
certat Heristalli *gloria Saxonici.* (t)

Vulgò nunc *Herstell* dicitur. Quidam, ùt *Fabricius* (u) *Hari* seu *Heristallium Domini*, seu Regis *stabulum* interpretantur. *Her* enim *dominus, stall* Germanis, etiam Tuscis *stabulum* hodieque est.

Hen-

(q) l. c. p. 209. (r) vid. Comm. Hubert. Thomæ de Tungris ap. Schard. L. I. Rer. Germ. p. 350. (s) l. c. p. 242. (t) Vid. Monum. Padeborn. cum not. p. m. 122. (u) L. IV. Orig. Saxon.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [96] - 84

Henric. de Hervordia Eresſtal vocat. Nunc iſtud *Hariſtallium* Baroniæ titulo clarum eſt. *Mabillon* ita: (*vv*) *Hariſtallii* ad Moſam, primo lapide à *Leodio*, natus fertur & enutritus *Pipinus* Major Domus, quem inde nonnulli *Heriſtalium* nominant, cùm *Hariſtalii* Palatii conditorem velint alii. Certè ibi ſæpius commoratum fuiſſe, docent rerum Francicarum Scriptores, qui res ab illo, ejusque poſteris, Carlovingis Regibus, *Hariſtalli* geſtas ordine perſequuntur. Apud *Miræum* (*x*) Caroli Principis diploma lego, datum *Hereſtallio* in villa publica, ipſo die Kal. Januar. anno ſecundo regnante *Theoderico* Rege Calenſi. *Areſtalium* vocat *Pipinus* Rex in literis anno Regni I. Cenomannenſi S. *Karileſi* Monaſterio conceſſis. *Harſtallum* verò in Papyrii *Maſſoni* genealogia Ducum Brabantiæ & Lothar. dicitur. Varia Caroli M. præcepta legi, partim in autographis, quæ ipſum ſœpè ibi placita tenuiſſe docent. Ludovicus Pius in noviſſima illa Imperii diviſione, quam anno DCCCXXXIX. Wormatiæ inſtituit, *Hariſtallium* Hlotharii Imp. ſorti attribuit, quod etiam anno DCCCLV. Lothario Filio Lotharius ipſe Auguſtus legavit. Anno DCCCLXIX. defuncti Lotharii Regnum occupavit Carolus, qua de re ipſum inter & Ludovicum, Germaniæ Regem, in meditullio *Heriſtalii* & *Marſnæ* conventus Kal. Auguſt. habitus eſt, quo prædictum Caroli Regi ceſſit *Hariſtalium*, in cujus ſilva Ludovico filio anno DCCCLXXVII. venationem interdixit. *Hariſtalio* quoque potitus eſt Carolus Simplex ad ann. DCCCCXXI. quô illud, uti & Auſtriam totam, *Henrico Aucupi* hac lege tradidit, ut Regnum deinceps eſſe deſineret, & Duci à ſe conſtituto ſubderetur. Pacti hujus literas profert *Miræus*, (*y*) apud quem varia etiam leguntur Caroli ejusdem præcepta, quæ ipſum *Hariſtallii* non rarò degiſſe conteſtantur. Verùm paulò poſt cruenta Nortmannorum infeſtatione violatum hocce palatium, nusquam deinceps ad regiarum ædium ſplendorem & amplitudinem denuò aſſurgere potuit. Hæc *Mabillon*.

(*vv*) L. IV. de Re diplom. num. 66. p. 286. (*x*) L. II. donat. Belgic. c. 3. (*y*) in notit. Eccleſ. Belg.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [97] - 85

HASAGEW. Reperitur in Traditionibus Fuldenſibus. (z) Villæ in eo *Bunahu*, *Heilingo*, *Hunperateshuſum*. Vid. pagum *Nitherſi*.

HASBANIENSIS, ab amne *Haſpa*. Hujus meminit *Jacob. Meyer*. (a) Fuit in eo villa *Wintreshove* & *Wineble*. Dicitur etiam Moſeland in Annal. Francor. Pithœanis ſub ann. DCCCLXXXI. *Haſpengouve*, *apud* P. *Divæum*. (b) *Paullus Langobardus* in libro de Epiſcopis Metenſis Eccleſiæ pagum hunc etiam *Hasbanienſem* vocat, & *Chrodegangum* ex pago hoc oriundum eſſe tradit. Qui de vita Ludovici Imp. librum compoſuit, Autor Æqualis hujus pagi ſic meminit. Anno DCCCXXXIV. *Lotharius*, Patre aſſumto, per *pagum Hasbanienſem* iter arripuit, & Pariſiorum urbem petiit. Ludovicus ipſe in diviſione Regni ſui inter Filios *Asbaniam* ſine aſpiratione nominat, & Ardennæ atque Bragbento mediam interponit: qui hodieque ſitus eſt *Hasbaniæ*. Pagum *Hasbanicum* commemorant Annal. Fuldenſ. in rebus anni DCCCXXCI. & inter Trajectum Tungrorum ad Moſam & Ripariam collocant. Carolus Calvus in diviſione Regni Lotharii anno DCCCLXX. inter pagum *Lomenſem* & *Maſau*, ſeu *Moſanum*, pagum *Hasbanium* ponit, & in eo comitatus quatuor. Ex quo intelligitur, *Hasbaniam* non mediocris amplitudinis regionem tùm extitiſſe, cùm quatuor Comitatus pagosque contineret. *Notgerus* de vita *Remacli Hasbanium* appellat, *Hasbaniam* Scriptor vitæ *Eucherii*, Aurelianenſis Epiſcopi, qui & Eccleſiam S. Trudonis in *Hasbania* ponit, ſicuti *Molanus* ait, in *Hasbania* ac in Diœceſi Leodienſi ad torrentem Ciſindriam eſſe oppidum Monaſterio S. *Trudonis* inſigne ac nomine, olim vicum *Sarchinium*, vel *Sarcinium* dictum, quanquam aliqui *Sarchinium* à S. *Trudonis* Monaſterio oppidoque diſtinguunt. Beliſiam idem *Molanus* oppidum eſſe *Hasbaniæ* prodit, Epiſcopo Leodienſi ſubjectum, quod vulgò Bilſen aut Wilſen nuncupatur. Adjicit, *Haſpaniam* fuiſſe olim Comitatum in Brabantia, & nunc adhuc ei ex parte ſubeſſe. Certè *Tenas*, vulgò *Tienen*, Gallis *Tillemont*, oppidum *Hasbaniæ* Brabantinæ dici reperio. Sed tamen *Hasbaniam*

(z) L. II. num. 40. (a) L. II. Annal. Flandr. (b) cap. ult.

am olim Comitatum in Brabantia extitisse, non credo, cùm quatuor ipsa comitatus contineret, totidem scilicet, quot Bracbantum, vel Brabantia. *Hasbaniam* Germani *Hasspengouv* vocitant, i. e. *Hasbaniensem* pagum, Galli *Hasbaigne*. In literis Henrici III. Imp. dat. anno MXL. *Hasspinga* dicitur, nomine ad *Hasspengavv* vel *Hesspengou* proximè accedente. Autor libelli de *translatione corporis S. Germani*, Parisiensis Episcopi, qui Caroli M. principatu floruit, Leodicum in *Hasbania* ponit his verbis: In pago *Hasbanio*, villa Leodico, *Withbaldus* quidam nomine Chor-Episcopus fuit. Vide etiam de Comitatu *Hasban* in Diœcesi Leodiensi, olim Tungrensi, *Cluver.* (c) & de pago hujus nominis P. *Warnefrid.* (d) ac *Miræum.* (e) In charta Ottonis II. Imp. confirmatur donatio Comitis *Gortzienſi* cœnobio facta, ubi mentio fit curtis *Velme* in pago *Hasspungouve*, in Comitatu *Ehrenfridi* Comitis, annô DCCCCLXXXII. (f)

Pagus Hassengewe in Diplomate Aquitgranens. vid. Annal. an. 966.

Pagus Hassegowe Mabill. t. III. Annal. p. 263.

HASSALA. Affert *Schaten. l. c. p.* 356. chartam Ottonianam, cujus initium, *Otto tertius Romanus, Saxonicus & Italicus, Apostolorum servus, dono Dei Romani Orbis Imp. Augustus.* In hac notum facit, quòd Venerabilis Eccles. Hildeneshemensis Præsul *Bernvvardus*, (*nostræ imperiali Clementiæ cordi homo compunctione veteris fermenti tactus*) Apostolorum limina supplex adierit etc. Hunc ergo *Parentum suorum alumnum, suarumq. cunabularum primum socium, suiq. antiqui, & adhuc non cessantis laboris, testem semper fidelem, nec non pueritiæ suæ ac juventutis tam affabilem multimodæ literationis informatorem*, magno quodam amoris privilegio ditandum duxit. Dedit igitur castellum *Dalehem*, situm infrà ejusdem Episcopatûs (Hildesheim.) terminos in pago *Hassala*. Charta data est Romæ X. Kal. Febr. AC. MI. Indict. XIV.

HASSEGUN. A *Ditmaro* (g) mox *pagus*, mox *Provincia* indigitatur, idemque videtur esse cum pago *Hassingou*, quem Ludovici Pii diploma tribuit Episcopatui Halberstadensi. (h) In Antiquitatibus *Hamerslebiensibus* vocatur *Provincia Hassingo-*

(c) L. III. Geograph. c. 9. (d) de Episc. Metensib. p. 177. (e) L. II. Donat. Belg. p. 28. c. 14. L. I. p. 352. & cod. piar. donat. c. 20. p. 91. (f) Mabill. L. VI. chart. 141. (g) L. VII. p. 210. & 228. (h) Vid. Sagittar. hist. Halberstad. §. 15.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [99] - 87

ſingorum. Neque alium ab his putat CL. *Meibom.* Seniorpagum *Hasgou* eſſe in inſtrumento erectionis Archi-Epiſcopatûs Magdeburgici, Ravennæ in Synodo multorum Procerum Eccleſiaſticorum, Papa & Ottone Imp. præſentibus, ſolenniter factæ. (*i*) Annotantur ibi limites hujus pagi, videlicet *Sala*, *Willerbach* & *Wippra* fluvii. Hujus tractûs meminit etiam *Ditmarus*, (*k*) additque, tempore Ottonis Cæſaris *Bioni*, Comiti Merſpurgico, paruiſſe. Rectè exiſtimavit Avus meus, infit Junior *Meibomius*, pagum *Haſſegun* apud *Ditmarum* eundem eſſe cum pago *Haſſingouv*, Epiſcopatûs Halberſtadenſis, qui etiam ſcribitur *Heſſingau*, frequentiſſimâ literæ A & E inter ſe permutatione, fuitque ſine dubio circa illa loca, ubi hodie *Heſſen*, in tabulis antiquis *Heſſenheim*, arx Ducum Brunſvic. & Lyneburg. In annalibus rerum Francicarum *Aldhelmo* tributis ad annum DCCLXXV. cùm Carolus, Viſurgi amne trajecto, cum parte exercitûs ad *Obacrum* fluvium contenderet, memoratur ipſi occurriſſe *Heſſo*, unus ex Primoribus Saxonum cum omnibus Oſtvalis, ubi ex circumſtantiis conjicere licet, *Heſſonem* ex hoc pago fuiſſe. *Elſchlebius* in carmine elegiaco de *Brunsburgo* nuperà me edito, in expugnatione iſtius caſtri *Haſſonem* vocat:

Dat ſubitò victas ethnicus Haſſo *manus.*

Letzner. (*l*) *Haſſonem* ab *Haſſenſtein* appellat. In diplomate *Rudolphi*, Epiſcopi Halberſtadenſis, ad annum MCXLV. vocatur *Provincia Haſſingorum.* An autem hic pagus idem ſit cum *pago Hoſgavv*, cujus in Antiquitatibus Magdeburgicis mentio fit, ceu exiſtimat Avus meus, non certè dixerim. Negat *Hermann. Conring.* (*m*) inquiens: Pagus *Haſſia* indubiè nomen accepit ab eo, qui etiamnum *Heſſen* audit, arce Principali inſignis. Solet enim etiam ſcribi *Heſſengou*, iſque diverſus planè pagus fuit ab eo, qui in tabulis fundationis Archi-Epiſcopatûs Magdeburgici *Hoſgou* uſurpatur. Hæc Jun. *Meibom.* *Otto* II. Imp. bona quædam cum Corbejenſi Abbate permutat. Dabat ſcilicet *Liudolfus* Abbas ex ratione ſuæ Abbatiæ, per manum Advocati ſui *Liudolfi*, duas marcas, *Megirinchesdorp* & *Mimileurn* dictas, in pago *Haſſegavve* in Comitatu *Sigefridi*

(*i*) vid. T. 1. Ret. Germ. Meib. p. 734. (*k*) L. VI. p. 152. (*l*) in Carolo M. & hiſt. Ludov. Pii. (*m*) de antiquo Helmſtad. ſtatu p. 75.

♀ Trad. Fuld. Mſſ: in pago Heſſim in villa Filumari, et in villa Holzhuſen.

fridi Comitis ſitas, cum omnibus rebus illuc pertinentibus. E contrà autem *Otto* tradidit *Liudolfo*, ejusque Eccleſiæ, per manum Advocati ſui *Liudgeri*, quicquid habebat in villis *Budineveldon*, *Brungeringhuſon*, *Lellibechi*, *Rehon*, *Corbechi*, & in *Hagelehuſon* dictis, in pago *Nitherſe*, & in Comitatu *Aſichonis* Comitis ſitis. Dat. XII. Kal. Octobr. anno DCCCCLXXX. Indict. VIII. Actum Walahuſon. (*n*) ♀

HASSIORUM ſuper fluvium *Ederam*. Annal. ab Aſtronomo ſcripti ad ann. DCCLXXVIII. hoc nomine appellant. Poëta, Autor vitæ Caroli M., pagum *Heſſi* nominat, hodie das Land zu Heſſen an der Eder. *Otto* Rex pro amore Dei precatui Fratris ſui *Brun*, Diaconi Corbeienſis, obtemperans, pro ſalute ſua in eleemoſynam ejuſdem Germani ſui, uſibus Fratrum Corbeienſium, in honorem Beatiſſimorum Chriſti Martyrum Stephani atque Viti conſtructi Monaſterii, proprietatis ſuæ CXX. jugera cum XLIII. curtalibus locis, in pago *Heſſe* nominato, in villa *Rotmerhuſen* dicta, in *Oſterheim* (non *Oſterbeun* (*o*)) marca, in Comitatu *Albonis* tradidit. Brun Cancellarius ad vicem Frithe-rici Archi-Capellani recognovit. Dat. X. Kal. Jul. anno DCCCCXLII. Indict. XIII. anno Ottonis autem VI. Actum in Imileiba. Henricus II. villam *Nidere* in pago *Heſſe* Saxonico, in Comitatu *Herimanni* donat cœnobio *Abdinckhovenſi* anno MXVII. VI. Id. Jul. Indict. XV. Actum Lietzgo. (*p*) *Henricus* III. Eccleſiæ Padebornenſi dat prœdium in *Everſchutte*, ſitum in pago *Heſſi*, in Comitatu *Bennonis* Comitis, anno MXLVIII. IV. Non. Sept. Indict. XV. Actum in Soſaët. (*q*) Anno DCCCLXV. II. Id. April. *Otto* M. curtem *Rosbach* dedit Eccleſiæ Magdeburg. cum pertinentiis ſuis, ſitam in pago *Haſſonum*. (*r*) Et anno DCCCC Otto Imp. prœdium *Hunoldeshuſen* in provincia *Haſſorum* eidem Eccleſiæ dedit. (*ſ*) Pagus *Heſſen* apud *Freherum* Haſſia, Catti olim. Poëta vetus in Carol. M.

\- - - *Francorum pagum, qui dicitur* Heſſi, (Haſſi)

Hic pagus refertur ad illos, qui vel toti, ſeu ex parte Eccleſiæ Padebornenſi donati ſunt. (*t*) Bonorum in ~~Duchy~~ ducatu Haſſi HAST-

(*n*) P. I. Annal. Padeb. p. 321. ſeq. (*o*) l. c. p. 286. (*p*) l. c. p. 426. (*q*) l. a. p. 530.
(*r*) Sagittar. Antiqq. Magdeb. §. 78. (*ſ*) Id. l. a. p. 121. (*t*) Monum. Padeb. p. 82.

♀ Trad. Fuld. Mſſtis hæc villæ in Heſſorum pago nominantur: Runilingen, Lundorf, Macilere, Herlebesheim, Rehtenbach, Ferena locus, Markdorf, Holtkuſen, Murſna, Juweſen, Mæwrum, Slanare, Wabere, Holabach, Melgungen, Mormaha, Alehesfeld, Melriche, Waldunna, Mazheim [Matthiacum arcem?], Walmare, Lichisin, Rosdorf, Rohaffa, Rohaha. ♀ Hiſtorum mem. nil dipl. Conradi Regis Mſtum an. 913. Fuldens. Monaſt. datum.

Berghohen, Millere marka, Peisheim, Heſſenbach, Walleſbechi, Brunenheim, Gerſingen, Paſſaha, Faracha, villa ungenannt, Herſe, Fahche, Iſſenbach, Oefeld, Wetreh, Helidorf, Fluvius Ana traſa in ſylva Boconia, Rosbach, Curbechi, Ehtungi, Hilteshuſen, Hewede, uſeloher, Nehtindorf, Heiſhingerheim, Seleheim, Sigebach, Embrichey, Emmina, Duma, Hovide, Affelm, Gilicha, Buchloha, Hermennen, Scrufi, Hagene, Mehlina, Tuſmaren, Herimundeshuſen etc.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [101] - 89

HASTVALUS. Indicatur diplomate *Henrici Humiliis*, seu *Claudi*, confirmantis donationes cœnobio puellarum *Heyningensi*. O. S. A. ad *Ocram* fluvium, uno milliari *Wolfenbyttelo* distanti, factas anno MXIII. Puto, legendum esse *Hostvalus*, ut intelligatur regio *Ostvalorum*, sive Saxonum Cis Veseranorum, quos Poëta in vita Caroli M. *Osterlingos* vocat. Nam & *Regino* ad annum DCCLXXXIV. scribit *Hostvali*. Vita Caroli M. à Pithœo edita *Ostfalnos*, & alius Autor, qui vitam Ludovici Pii descripsit, hunc pagum *Ostvalaa* nuncupat. *Bedæ*, (*u*) *Widechindo*, (*vv*) Autori *Annal. Francic.* (*x*) idem *Urspergensi*, & aliis simpliciter *Ostvali* nominantur.

Habula ap. Adamum Bremensem est Hadeln, Haverya dicitur, nunc Land Hadeln.

HATTUARIORUM. Vid. *Attuariorum*.

HEDERGO. Otto III. ob petitionem & intervenium dilectæ Amitæ suæ *Mathildis*, Sancti Quitilíniburgensis Monasterii Venerabilis Abbatissæ, nec non Sororis suæ *Sophiæ* Sanctimonialis, dedit prœdium quoddam, *Hedum* dictum, in pago *Hedergo*, & in Comitatu *Heiconis* situm, *Immæ* Sanctimoniali Virgini in *Hervurt*, *Bernardi* Ducis Filiæ, cum omnibus pertinentiis suis. Hildibald. Episcopus & Cancellarius vice Willigisii recognovit. Dat. VII. Kal. Nov. anno DCCCCXCV. Indict. VIII. anno autem Ottonis III. Actum Scininge.

Haverya. Vita S. Meinwerci p. 21.

HEGOWE. *Bebelius* incolas *Hegojos* & *Heganos* vocat. Vid. etiam charta divisionis Caroli M. ann. DCCCVI. & *Cletgovve*.

HELENENSIS. Dono tibi alaudem meum vocitatum nomine *Custiva*, qui est in pago *Helemense* in Comitatu in valle *Asperi*, cum ipsa Ecclesia S. Mariæ, quæ ibidem est. *Ermengartis* Comitissæ donatio anno DCCCLXXXVIII. Et in alio loco in Comitatu *Rusilionense* in pago *Helenense* villa, quæ vocatur *Pullestros*. Præc. Caroli Simpl. ann. DCCCCIV.

HELINGE. Hujus fit mentio in diplomate Ottoniano, datô anno DCCCCLIX. Indict. II. Regni Otton. XXIV. IV. Non. Jul. producto à CL. *Sagittario*. (*y*) Variis quippe bonis in hoc pago, in Comitatu & legatione *Henrici* Comitis Ecclesiam Magdeburgensem auxit. Videtur ibi fuisse, ubi hodie vicus est ejus nominis, Nobilibus *Bartenslebiis* parens, non longè à *VVolfburgo*.

Quis

(*u*) L. V. H. E. c. 11. (*vv*) L. I. (*x*) ad ann. 775. & 779. (*y*) in Antiqq. Magdeb. §. 69.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1 ZEN Leibn. Marg. 48, [102] - 90

Helisacensis pagus. Habit. An. 898. n. 19. p. 302.

Quis autem in eodem diplomate sit pagus *Mosde*, fateor me nescire, ait Junior *Meibomius*.

HELMINGOWI, non *Helinengovve*. Paruit anno DCCCCLXV. *Wilhelmo* Comiti, quô anno Imp. Otto M. die II. Id. April. Monasterio Magdeburg. dedit bona nonnulla, sita in *Bredinga* & *Brandefrode*, (Bernhardesrothe) locis hujus pagi. (z) Fuit in eodem villa *Sunthusen*, quam Otto II. rogatu *Giselharii*, Archi-Episcopi Magdeburgici, cuidam Clerico, nomine *Günthario*, condonavit, *Erpone* Comite ibi præsidente anno DCCCCLXXX. II. Id. Febr. Accepit autem nomen pagus hic ab *Elmo*, seu *Helmo*, fluvio Thuringiæ, scaturiente in Dynastia *Wertherensi* suprà *Roslebium*, & exonerante se in fluvium *Vnstrute*. Trad. Fuld. My In Helmungowe villam, marcu patam, gerhelmes berg et villam Alfgeuue. Ibidem nominatur villa Tricashi, Sterridi, Tuchtein felt, Crana ha, Auenkeim, Ruzore, Hil, Segeresstede Cheriche.

HELSIGA. Vid. infrà *Netega*:

HELVETIÆ Pagi. Omnis terra *Helvetica*, quanta quanta etiam fuerit, tempore *Julii Cæsaris* in *quatuor pagos* dividebatur, i.e. tractus terræ & habitationes, secundùm flumen præterlabens exstructas, sive dein castra, seu urbes contineant. Sunt hodienum intra *Juram* montem, *Rhodanum* & *Rhenum*, quatuor prorsus in Helvetiis fluvii, de quorum nominibus pagos olim istos conditos fuisse ferunt Scriptores. Et nominatim sunt, *Vr*, *Limagus*, *Vrsa* & *Arola*. Primus ab *Henrico Lorito* Glaretano, Patricio Claronensi & Poëta Laureato, dicitur *Vr*, cujus apud veteres nulla prorsus est mentio. Ille porrò sic: (a) *Vr* genere fœminino opinione quorundam non temerè conjectantium, Celticè dicitur dîe Ur. Posteâ factâ elisione diphthongi celticè dîe D' *Vr*, quemadmodum *Arolam* dîe *Ar*, & elisâ diphthongo i, e. de articulo, dîe D'*Ar*. *Vara* productè dicitur, quam longam literam cùm germanica lingua non habeat, sicut nec græca, *Dur* verterunt in *Daur*. Unde Romani, qui nobis omnia antiqua corruperunt nomina, Taurum vocaverunt. At Helvetiorum lingua *Dur* pronunciat, (*Duras* vocatur ab eodem *Glareano*,) & regionem adjacentem *Durgövv*. Hoc ultimum vocabulum etiam ad posteros pervenit, & Historicis vel hodie probatur. Hîc fluvius *Vr* in immensum crescere solet torrentis in modum: navibus tamen non æquè aptum esse, ipsi accolæ testantur. Oritur in finibus Diœcesi Curiensis,

(z) Sagittar. l. c. §. 75. (a) L. I. de bello Gallico Comm. num. 28.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [103] - 91

rienſis, valle quam S. *Joann.* vocant, fluit per *Doggios*, & populum, quem denominat *Durgövv*, in Rhenum, exit circiter bis mille paſſus ſuprà *Egliſovv*, oppidum ditionis Tigurinæ. Adhuc *Durgea* dicitur, à *Dura* & γαῖα terra. Hoc enim pacto Celtæ multa nomina componere ſolent, ùt *Herogea*, *Algea*, *Briſagogea*, *Hegogea*. Quanquàm ipſi proferant per geu, addita etiam W, *Durgevv*, *Algeuvv*, *Briſgevv*. *Doggios* verò noſtrâ linguâ appellamus *Doggenburg*. *Dogg* vocabulum anglicum eſt, quô canis ſignificatur. Ferunt enim *Doggii* canem in inſignibus. Secundus eſt Limagus, quo de *Glareanus* ſic: *Limagus* apud Claronenſes oritur, ac in media ipſorum regione *Serniphium* alterum ex altera valle delapſum amnem accipit. Deinde infra *Urnas* (duorum vicorum nomen eſt) ſuper lateritium pontem (ita vocant) ex lacu Veſenio accepta aqua Marcham, qui fuit olim Helvetiorum in Rhætos finis, & Helvetii ita terminum vocant, ac caſtra Rhætorum (& huic loco etiamnum nomen manet Gaſtra,) diſterminat. Hinc locum *Tigurinum* ingreſſus ad oſtia ejus *Tigurum*, ampliſſimam Helvetiorum urbem, dividit: mox *aquas*, (vulgò Baden) memorabilem in Helvetiis locum, propter calidas ipſius aquas, Græci Θέρμας vocant, delabitur. Dein haud ita longè *Urſa* & *Arola* miſcetur. Conſtituit hic amnis pagum *Tigurinum*, ab oppido *Tiguro* dictum, germanicè Zürichgöwe. Et in *deſcriptione Helvet.* (*b*) Hujus quoque nomen, ait, haud facilè apud antiquos Scriptores reperitur. Hodie tamen ſatis clarum & integrum eſt. Compoſitum namque dicitur ad imitationem Celticæ linguæ, quæ frequenter nomina in *magus* connectit, ùt *Rhotomagus*, *Neomagus* &c. Illud ſanè adnotandum, eum apud Claronenſes oriri & vocari *Linthum*, deinde ex lacu rivario alium effundi amnem, cui nomen *magus*, eos confluere in unum, ac deinde *Limagum* vocari, intrare autem, poſteaquam ab origine circiter 10000. millia paſſuum Claronam, atque infra hanc caſtra, & marcam, duas regiunculas, irrigaverit, in lacum Tigurinum, huncque pertranſire ita, & medium urbis Tiguri, poſthæc autem curſu ad 200. ſtadiorum confecto in Arolam primùm, breviſſimo

(*b*) T. I. Rer. Germ. Schard. p. 224.

simo post spatio in Rhenum influere. Tertius *Ursa*, quo de sic differit *Glareanus*. *Ursa* sanè, quem fluvium, transpositis duabus prioribus literis, vulgò *Rusam* dicunt, in summis alpibus, quibus hodie S. *Godhardi* nomen est, oritur, ac rectà ad Septentrionem labitur. *Ursellam* primùm vallem Rhæticam, dein *Uriam Tauriscorum*, Gentis Gallicæ reliquias, venit, ubi lacui miscetur, qui *Uros*, *Suitios*, *Sylvanos*, & *Lucerinos* (quatuor silvæ civitates) alluit. Porrò dein *Tuginũ* amnibus susceptis *Bremgarten* & *Mellingen* oppida lapsus infrà *Brugas* Arolæ commiscetur. Pagum, quem constituat, *Glareanus* nobis non reliquit, & prout l. c. (c) videri potest, ipse hæret, quô nomine sit appellandus tractus, quem *Ursa* fluvius alluit: num *Tauriscus* à Tautiscæ Gentis reliquiis, qui hodie sunt *Uri?* atqui illi longè postea occupâsse videntur has sedes, adeò ut ab iis tempore Jul. Cæsaris pagus non potuerit denominari, an verò *Tuginus? Tugium* enim oppidum, quod præterfluit, juxta *Strabonem*, antiquissimus Helvetiæ locus videtur.

Tertius Ursa *celer*, *nunc verso nomine* Rusa,
Gotthica stagna trahens, Tauriscas *proruit undas*,
Alpibus à summis, *hoc est à monte* Gothardi,
Usq; ad Luceriam, Tuginisque *amnibus auctus*
labitur in patrios, *quos nunquam contigit*, *ortus*. (d)

Aimoinus (e) & *Hugo Floriacensis* (f) Monachus pagum Helvetiorum Alamannos incolere suâ ætate scripsêre, quod *Guillimannus* non de tota Helvetia, sed de parte ejus tantùm, nimirum de pago Tigurino, inter Rhenum & *Ursam* fluviòs jacente, interpretatur, quem ab Alamannis occupatum fuisse asserit *Valesius*. (g) *Arolam* denique fluvium ex ipsis summis alpibus ortum tradit *Glareanus*: qui in septentrionem versus, paulò plus tamen quàm *Ursa*, ad occasum primùm inclinans, per lacum Thunensem *Bernam* lapsus, & ipsam antiquissimam Helvetiorum urbem ambit: deinde paulò infra *Bernam* aliud excipit flumen, *Sanam* nomine, quod *Friburgum*, nobilem urbem, Helvetiis hodie confœderatam, ambit, ùt *Arola* Bernam. Ibi in ortum ambo conversa flumina, sub *Ardæ* nomine,

(c) in not. ad Jul. Cæs. num. 39. (d) Id. in cit. descript. Helvet. (e) L. II. Hist. (f) in chron. (g) l. c. p. 243. B.

ad Saloduram, urbem non Helvetiæ solùm, sed & Celtarum antiquissimam, perveniunt. Dein per terram nobilissimam ab ipso *Arola* denominatam, receptis *Ursa* & *Limaco* fluviis, Rhenum infra *Clingnou* ingrediuntur. Hic amnis secundùm *Tschudum Urbigenum*, seu *Verbigenum* pagum, ab antiquissimo Bernensis ditionis oppido *Orba* dictum, permeat: hodiernis incolis *Aërgovia*, dicitur. Et hæc de tractibus Helvetiorum, seu pagis quatuor, eorumque originibus, prout nobis istos *Glareanus* & *Stumfius* descriptos reliquêre. Veruntamen hîc observandum est, quòd multùm isti divisioni ipsa Cæsaris verba obstent, quippe quæ Helvetiorum limites ad *Genevam* usque extendunt. Quâ ratione his pagis adhuc accensendus foret pagus *Aventicensis*, quo divisio hæc omnem Helvetiorum terram exhauriret. Quoniam autem ex his quinarius emersurus esset pagorum numerus, eò annitendum, ùt, si Cæsaris quaternario locum hîc relinquere volupe esset, prius aliunde ostenderemus ejus probabilitatem, quàm prorsus mitteremus hanc materiam. Optimè verò hîc nobis dubia soluturus videtur *Ægidius Tschudus*, qui Cæsaris divisionem secutus (1) pagum *Tauricum*, sive *Turgovienſem*, (2) *Tigurinum*, (3) *Verbigenum*, & (4) *Antuatium*, seu *Aventicenſem* pro veris & genuinis Helvetiæ pagis habet. *Ursam* verò fluvium distinctum ab his pagum constituisse non concedit, sed saltim terminum inter *Verbigenum* & *Tigurinum* pagum fuisse asserit; cui & Nos innixi his acquiescimus. Hodie Helvetica Respublica non in pagos, sed civitates dividitur, quas vulgus *angulos*, Galli *Cantons* vocant, quarum ordo, uti in publicis Conventibus sedent, & nomina hæc sunt: *Tigurum*, *Berna*, *Luceria*, *Uria*, *Suitia* (hujus incolæ sunt Cimbri, suis olim sedibus expulsi) *Sylvania*, *Tugium*, *Clarona*, *Basilea*, *Friburgum*, *Solodurum*, *Schafhusia* & *Abbatis cella*. A *Knipschildio* ita recensentur: (*b*) *Tigurini*, *Bernates*, *Lucernates*, *Urani*, *Suitenses*, *Unterwaldii*, *Tugiani*, *Glareani*, *Basileenses*, *Solodurii*, *Friburgii*, *Schafhusiani*, *Appecellenses*. Horum undecim saltem intra veros Helvetiæ terminos concludi observandum est. *Basileam* enim Helvetii fœdere sibi junxerunt: revera *Sequanorum*, seu *Rauracorum* urbs est. *Schafhusiam* quis igno-

(*b*) L. I. de civitat. Imperial. c. 1. num. 75.

ignorat Imperio Romano-Germanico olim fuisse addictam, modò verò pacto & juramento Helvetiis obstrictam, in Germanorum terris sitam esse? De reliquis notandum, quòd ex istis *Uria*, *Suitia*, *Silvania*, *Clarona* & *Abbatis cella* non sint oppida, sed vicorum Conventus, æquatâ omnium libertate. Tribus tamen prioribus nostrâ ætate maximè Helvetiorum libertas est orta, quippe qui multis oppidis arcibusque, contrario atque in aliis regionibus more, imperant. Religionem hæ XIII. civitates non unam fovent. Notum enim est ex *Glareano*, *Stumfio*, aliisque quantâ cum contentione quinque istarum, *Luceria* scilicet, *Uria*, *Suitia*, *Silvania* & *Tugium*, ùt & incolæ pleriique *Solodurii*, & aliarum civitatum, Majorum suorum traditiones & religionem propugnârint; reliquæ reformatam religionem publicè profitentur. (*i*)

HELVICUS, sive *Albensis*, *Adoni* in chronico *Vivariensis paræcia* dicitur. *Usuardo* in Kal. Maj. *territorium Vivariense*, aliis *pagus Vivariensis*, vulgò *le Vivarais*, aut *le Vivarez*. Divisio Regni Lotharii, inter Reges Ludovicum & Carolum facta, anno DCCCLXX. & urbem *Vivarium*, aut *Vivaria*, & pagum *Vivariensem* unô eôdemque nomine communi appellat *Vivarias*, idemque de *Ucetia* urbe & pago *Ucetio* facit his verbis: hæc est portio, quam Karolus de eo Regno sibi accepit: *Tullum*, *Viridunum*, *Cameracum*, *Vivarias*, *Ucetia*, & infra *Tullense*, aliud *Odornense*, *Barrense*, *Portense*, *Lugdunense*, *Viennense*, Vivarias, *Ucetiam*. Ibi in primo loco urbes *Vivaria* & *Ucetia* designantur, & inter urbes numerantur: secundo loco designantur inter alios pagos *Vivariensis* & *Uceticus*. *Aimoinus* de *translatione Georgii & Aurelii* Martyrum modò pagum *Vivariensem*, modò pagum *Belnensem*, sed corruptè, bis nuncupat pro *Helvensem*, & circa Vivarias civitatem ponit hunc pagum *Belnensem*, ac pago *Uzecensi*, sive *Uceciensi*, qualis est, proximum facit. Quidam solâ nominum similitudine adducti *Albam Helvetiorum* à *Vivariis* distinguunt, inprimis *Joseph. Scalig.* in *notitia Galliæ Albam Helvorum* apud Plinium, & *Albamgustam Heliocororum* apud Ptolemæum *Aubenas*, sive *Albanasium* sine dubitatione esse ait. *Petrus Masso*

(*i*) vid. D. Sagittar. Antiqq. lacûs Bodamici S. III. §. 7. seqq. & Henr. Glarean. descr. Helvet. nec non Cluver. L. II. Germ. antiq. c. 4.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [107] - 95

Maſſonus Albam Helviorum aſſerit eſſe *Albs*, aut *Alb*, oppidulum ſeu vicum à *Vivariis* parùm diſtantem, & in Diœceſi *Vivarienſi* poſitum, ſed *Alba* à Chroco, Alamannorum Rege, eversâ, Sedem Epiſcopatûs *Albenſis*, aut *Helvici* translatam eſſe ait *Vivaria*: quas conjecturas, nullâ veterum Scriptorum autoritate fultas, facilè rejicimus, cùm eversionis *Albæ*, & translationis Sedis alium in locum, nemo priſcorum meminerit, ut appareat, *Albam Helviorum* & *Vivaria*, vel *Vivarium*, duas eſſe unius urbis appellationes.

HEMMERFELD, *Hemmerveldun*, in Comitatu *Udonis*. Datur ab Imp. Henrico II. *Meinvverco*, Epiſcopo Padebornenſi anno MCXVIII. Fuit in eo prœdium *Siburghuſen*. (*k*) Ad pagos Padebornenſes ideò referunt eum *Monumenta Padebornenſia*. (*l*)

HERBATILICUS, ſeu *Herbatilienſis*. *Alanus* in pago *Herbatilico*, non longè à litore Oceani Gallici, à catholicis Parentibus originem traxiſſe dicitur. *Armentarius*, qui de S. *Filiberto* ſcripſit, hunc pagum *Herbidilicam tellurem* vocat: alii *pagum*, vel *Comitatum Herbatilicum*, nec non *Herbedilicum*, & *Herbidilicum*, nonnunquàm & *Arbatilicenſem* nuncupant. Vitæ S. *Viventii* & S. *Domnini* Mart., & S. Martini Abbatis Vertavenſis, caput pagi ejus commemorant *Herbadillam* urbem, & *Herbedilam*, Namnetenſi civitati contiguam, quæ circa annum DLXXX. terræ hiatu & maritimis æſtibus perierit. Sublato oppido, à quo pagus cognominabatur, diu tamen pagi Comitatûsve *Herbadilici* nomen remanſit, *le Comté de Herbauge*, vel *Arbauge*: qui pagus in Namnetum Pictonumque confinio jacet. Deas Monaſterium in tellure *Herbidilica* ponit *Armentarius*, quod Monaſterium S. *Filiberti* recentiores dixêre, & de *Grandi lacu* cognominavêre, S. *Filibert* de *grand lieu*. *Franciſcus Chifletius*, qui de Tinurtienſi Monaſterio ſcripſit, affirmat, pagum *Herbatilicum* fuiſſe olim quidem Pictonum, nunc tamen eſſe Namnetum, & Comitatui Diœceſique Namnetenſi attribui, quod equidem non facilè crediderim. Nam *Gregorius*, Turonicus Epiſcopus, qui primus ejus pagi meminit, in li-

(*k*) vid. Aut. S. Melavverc. vit. p. 50. & P. I. annal. Padeborn. p. 429. (*l*) p. 80.

in libro *de Gloria Martyrum*, & *Arbatilicum* absolutè vocat, termino Pictavo i. e. Pictonum finibus eum includit his verbis: apud terminum Pictavum vicus est in *Arbatilico* nomine *Becciaco*, in quo *Vincentii*, vel Levitæ, vel Martyris Hispanienſis habentur reliquiæ. Si ergò *Arbatilicum* territorium, vel pagus *Arbatilicus*, ab *Ademaro* quoque in chronico memoratus, erat in finibus, seu in agro Pictonum, ad Pictones utique, non ad Namnetes pertinuit, & Diœceſi Pictavienſi, non Namneticæ, attribuebatur: quem pagum poſtea Pictava Eccleſia facilè amittere non potuit & ſibi eripi paſſura non fuit.

HERGAU. Reperi hoc nomen in membranula *Schackenſis* Collegii. Meminit *Spigelius* quidam ejus pagi AD. MCIX. Dubium verò, an priſcâ, ſeu modernâ ſignificatione. Diligentiſſimus *Meibomius* (*m*) ex *Mich. Rupii chron. Gandersheim.* MS. in Epiſcopatu Padebornenſi cultum olim idolum aſſerit, *Heremunt* dictum, in loco *Hieraûga*, hodie Hojerſchen / ubi *Beatrix*, Abbatiſſa Gandersheimenſis, filia *Conradi Salici* Aug., circa AC. MXL. Monaſterium fundavit. Verùm *Henr. Bodo* (*n*) *Beatricem* iſtam *Henrici*, hujus nominis III, poſtea Imperatoris II. filiam facit, ipſumque *Henricum* Monaſterii iſtius conditorem in Diœceſi Padebornenſi.

HEROLGA, ſeu *Herloga*. Subjicitur Epiſcopo Bremenſi, ùt habent ſcholia ad *Adam Bremenſem*, (*o*) Harligerland. *Hadrianus* Pontifex in bulla confirmationis Eccleſiæ ejusdem *Herlingiam* appellat. Eſt tractus à pago *Nordi* ad *Wangriam* usque. Subſunt *Harlingii* hodie dominio *Eſenſi* in Friſia. *Freſia*, ſunt verba Scholiaſtis, (*p*) *regio eſt maritima, inacceſſa inviis paludibus, habetq; pagos XVII., quorum tertia pars Bremenſem reſpicit Epiſcopatum, his diſtincta vocabulis.* Oſtraga, Ruſtringe, Wanga, Dieſmeri, Herloga, Nordi atque Morſeti. *Et hi ſeptem pagi tenent Eccleſias circiter quinquaginta. Hanc Freſiæ partem dirimit à Saxonia palus, quæ Walpinga* (Fortaſsè Waplinga) *dici-*

(*m*) in Irmenſula c. 5. (*n*) in Synt. de cœnobio Gandeſiano T. II. Rer. Germ. Meibom. p. 501. ſeq. (*o*) c. p. (*p*) in eund. c. p.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [109] - 97

dicitur, & Wirraha fluvii ostia. A reliqua Fresia pagus *Emisgoë* terminat, & mare Oceanus.

HERTEGA. Vid. *Monum. Padebornens.* jam citata.

Hertinga Bavariæ. Otto 3 imp. donat in eo villam Nuchinga eccles. Ratisbonen. K. v. Meerbom. T. I. p. 744.

HERULORUM, seu *Heveldorum.* Unus ex pagis Slaviæ, quem *Ditmarus* (*q*) *Provinciam Hevellum* vocat. Ad. Bremensi sunt *Heveldi.* (*r*) *Jordanes* Episcopus, origine Gothus, *Herulos* Scythas esse perhibet. *Kranz.* verò (*s*) asserit, Wandalorum id genus fuisse.

HESSIGA. *Conradus* II. anno MXXXII. integrum Comitatum *Hermanni* Comitis, situm in tribus pagis *Auga, Netege* & *Hessiga Meinvverco*, Antistiti Padebornensi, donat. (*t*) *Otto* II. Imp. Aug. Sorori *Mechtildi*, & Ecclesiæ, cui tunc præerat, *Quedlinburgensi*, dedit in *Comitatu* Friderici Comitis *Smahen* in pago *Hassega.* Dat. III. Id. Maj. anno DCCCCLXXIV. Indict. II. Regni Ottoniani XIII. Imperii verò VII. Actum Quidelingeburg. (*u*) Prædium *Holtzhusen* in pago *Hessiga*, in Comitatu quondam *Wernerii* Comitis, *Frideric.* I. Imp. donat *Henrico Leoni* anno MCLVII. (*vv*)

Hikkerga ad villam Wurmlam. vid. Pfaffayews in Hlus.

HLISGO. *Arnulfus* Rex, ad petitionem Episcopi *Sundrolt*, (erat *Sunzo* Moguntinus) cuidam Comiti *Adalgario* dedit in pago *Hlisgo*, in Comitatu ipsius, in villis *Wolfenni* & *Halafeld*, hobas XXI., ac mansos IV. cum domibus, aliisque ædificiis, agris, pratis, mancipiis, pascuis, silvis &c. Aspertus Cancellarius ad vicem Thiotmari Archi-capellani recognovit. Data II. Non. Jul. anno DCCCLXXXIX. Indict. VII. Actum Franconovurt. Junge *Meibom.* pagum *Liga.*

HIMMELTAGO. *Arnulfus* Rex *Bovoni* I. Abbati Corbiensi quasdam res proprietatis suæ, quas quidam Nobilis Vir *Hocvvardus* prius in beneficio habuerat, novæ Corbeiæ dedit. Erant verò illæ in pago *Himmeltago* in Comitatibus *Egberti*, *Reighardi* & *Herimanni*, quicquid *Hocvvardus* in locis *Dirringisa*, *Marca*, *Schidira*, *Adekenhusen* & *Muckhohusen* tenuit. Aspertus Cancellarius ad vicem *Thiotmari* Archi-Capellani recognovit. Data

(*q*) L. VI. p. 155. (*r*) L. II. c. 11. (*s*) L. I. Vandal. c. 34. (*t*) Annal. Padeborn. cit. p. 488. (*u*) Antiqq. Brunsvic. Maderi p. 113. (*vv*) l. c. p. 118.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [110] - 98

Data XIII. Kal. Septemb. anno DCCCLXXXVIII. Indict. VII. anno II. Regni *Arnulfi*, Piissimi Regis. Actum ad curtem, quæ vocatur *Porta Naha*. Etiam hanc chartam affert *Schatenius*, (x) sed pro *Bovone* I. sexto Abbate, substituit bis *Bodonem*, qui Comes erat Pyrmontanus, ordine XLI. circa finem tamen, literis mutatis, scribit *Bovo*. Pro *Himmeltago* habet Huverango, seu Huveitago. Pro *Reighardo* Reithardum : pro *Dirringisa* Piringisa.

HOLMETIA. Vid. *Hulmus*.

HOLSATIÆ. Meminit ejus instrumentum *Athalberonis*, Archi-Episcopi Hamburgensis, ad annum MCXLI. (y) Hujus pagi incolas *Adam Brem.* vocat *Olcetas*. (z) In alio diplomate ejusdem *Adalberonis* apud *Lindenbrog.* vocatur *Marka Holsatorum*, & in *Henrici* Ducis diplomate *Provincia Holsatiæ*.

HORLA. Nominatur in *Chronico Pegavienſi*. (a) *Reineccius* in translatione germanica, omissâ aspiratione, scribit *Orla*. Unde conjicias, fuisse regionem ad fluvium Thuringiæ *Orilum*, ad *Orlemundam* in Salam se exonerantem. Habuit ista Provincia olim suos Comites, ex quibus *Henrici*, ejusque filii *Alberti*, meminit *Kranz*. (b)

HORNON. Meminit hujus *Henricus* IV. in confirmatione bonorum *Gumberto*, Abdinckhofensi Prælato, anno MXCIII. facta. (c)

HOSGOW, Freher. habet *Husgovve*. Otto Rex anno DCCCCXLVIII. Regni sui XIII. Indict. VI. prædia quædam, ad Monasterium *Herolvesfeldense* hactenus pertinentia, in villa *Vurmaresleva*, Ecclesiamque inibi constructam in pago *Hosgovve*, ab *Haganone* Abbate per cambium accepta, Ecclesiæ Magdaburgensi attribuit. (d) †Non confundi debet hic pagus cum *Hassegun*. Vid. suprà.

HUETAGOGE, #*Hutagoë*. Meminêre ejus Annales Francici ad annum DCCCCLXXXIV. Fuit juxta Ambram flu-

(x) l. c. ad ann. 889. (y) vid. append. chron. Bremens. edit. ab Erpoldo Lindenbrog. p. 114. 116. & 118. (z) vid. edit. Danic. L. II. c. 8. (a) p. 7. (b) L. VII. Sax. c. 27. (c) Vid. cit. ann. Padeb. p. 633. (d) vid. dipl. in Antiqq. Magdeburg. Sagittar. §. 7.

Soli Annales Laureſham. ad an. 784 huic pagui Hueta goë Idd. Scc. III. part. II. p. 405 ovtant: contra vero Annal. Loiſel. ibidem Waizzanaga. Interim apud eund. in ista Ran. Waizzagauui. Annal. Berlin: Waizagauui. Annal. meberg. Waizzagaim. Regino: Wezza gaii nominant.

vium in Diœcesi Padebornensi. (e) Habuêre ibi Saxones castellum *Skidroburg*, quod aliis contractè *Schider*, hodie *Schir* dicitur. Locus in Comitatu *Svvalenbergensi*, nunc Lippiensi, inter *Steinhemium* & *Ludam*. Carolus M. eo in loco Episcopatum condidit, qui postea aliò migravit, ut paulò antè monuimus. Fuit in hoc pago villa, quâ natalem Domini celebravit laudatissimus Carolus anno DCCLXXXIV. nomine *Linhidi*, ùt est apud *Reginonem*. Verum nomen habet vita Caroli M. à *Pithœo* edita, ubi (f) in margine legitur *Luidi*, quemadmodum & hodie *Luide* appellatur. Ad *Ambram* fluvium habitâsse, & ab eo nomen mutuatos *Ambrones*, Cimbrorum in bello contra Romanos socios, existimat *Reinecc.* (g) Monum. Padebornensia ita de *Luda* ad Ambram.

Hîc ubi Luda *vetus jucundæ margine ripæ*
urbs sedet, & cultos Ambra *pererrat agros.*
Ambrones *habitâsse ferunt, quos* Cimbricus *olim*
militiæ socios traxit in arma furor.
Illis Arminii *succedens arce propinqua*
gens tenuit validâ sceptra Cherusca manu.
Annua deînde pio Carolus *sacra more frequentans,*
nascentem coluit supplice voce Deum.
Et Schidroburgum *propiùs dum Saxona bello*
fulminat, hoc posuit Francica castra loco.

Adde notas, (h) & cuncta habebis doctè exposita.

§. HULMUS, vel *Holmetius*. Robertus Bellismensis circa AD. MXC. oppidum, quod castellum *Gunterii* nuncupatur, super *Olnam* fluvium ad *Curbam* constructit, per quod *Holmetiam* regionem sibi subjugare putavit, ùt scribit *Ordericus Vitalis*. (i) Castellum istud *Gunterii* ad *Olnæ*, vel *Olinæ* fluminis flexum, quem *curbam* i. e. curvaturam *Ordericus* vocat, est *Gontel*, locus inter Argentomum & Scacejum, ad fluvium *Olinam* haud dubiè, R literâ in L. commutatâ, ut & Peregrinus & templa Galli fecerunt *Peterini* & *temples*. *Holmetia* autem regio, vel *Holmetius* pagus hodieque nomen suum servat, diciturque *le pays du Houlme*, aut *le Houlme*, ùt in

(e) vid. Mon. Padeb. p. 82. (f) p. 147. (g) L. de orig. Mysorum. (h) p. 311. seqq. edit. I. (i) L. 8.

in *Vassoris* tabulis recentissimis exactissimisque reperio, qui & hunc pagum usque ad Damfrontem pertinere ait, & majores vicos, quales burgos vocitant, complecti hosce, *Ferrariam*, *Briosam*, *Briouse*, *Ranam*, Rane, *Quadrugias*, Carrouges, *Firmitatem*, la Ferté Maisé. Equidem non dubito, quin *le pays du Houlme* in Vassoris Normannia sit Orderici *Holmetia regio*, cùm & nomina conveniant & situs locorum. Nam ab *Olina* fluvio & à castello *Gunterii* ei appositio parùm absunt *Briosa* & *Quadrugiæ* atque *Damfrons*. Non igitur, ut alibi scripsi, (verba sunt Valesiana,) pro *Holmetia Olinetia* scribi debet. Est quidem castellum, quod dicitur *Holmus*, à *Richardo*, Duce Nortmannorum III., in donatione, propter nuptias *Adelæ* facta, anno MXXVI. memoratum. Sed nihil ad *Holmetiam* regionem, seu pagum *Holmetium* pertinet, cùm à *Richardo Holmus* ponatur in Comitatu Constantiensi, à quo procul abest *Holmetia*, ad Olinam fluvium jacens. (*k*) Hulmus pagus Neustriæ Rabilonio. In eo castellum Asnedec nominatum à Miraculi S. Wulframi Cp. Senon. c. 24

HUNDESRÜCH. Hodie Hünsrück / *Hunnorum præsidium* vulgò vertunt. A Carolinis temporibus sic dictus. Sed ineptum vulgus nescio quam *Cynicam* nominis rationem habere, adeò habuit persuasum, ut doctis etiam Viris hac parte imposuerit. Non tantùm *Trithemio*, Mosellæ alumno, qui *Cynonotos* à se novo reperto vocabulo insignire solebat, sed etiam Eruditissimo *Ausonii* Poëtæ illustratori *Jos. Scalig.* (*l*) qui ad Mosellam ejus ita annotat: *Quicquid inter Navam, Rhenum & Mosellam interjacet, joculari nomine à Germanis* Hundsrück *vocari*, i. e. *quasi dicas* dorsum canis, *propter ingenium loci tùm montosum, tùm asperum, ut etiam aliquot oppida & vici à saxis nomina sortita sint, ùt* Herstein, Eberstein, & *si quæ sunt alia ejusmodi.* Neque faciliùs B. *Rhenano* (*m*) conatus cessit, qui mirâ literarum contorsione, velutique fidiculis adhibitis, *Obrincæ* fluvio apud Ptolomœum nominato extorquere voluit, *Hundsrücken* ab eo natum. *Sebast.* tamen *Münster* (*n*) & tab. Rheni IV. in Ptolom. æquo Jove concipit, *Hunnorum præsidium* vocabulo denotari. Ex historiis verò quidquam de hac re certum haberi posse desperavit. Neque etiam *Pirckeymerus* satisfacit, qui

(*k*) Vales. l. c. p. 245. a. (*l*) Auson. Lect. L. I. c. 1. (*m*) L. III. Rer. German. f. 178. (*n*) L. III. Cosmograph. c. 181.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [113] - 101

in quodam ad B. *Rhenanum* epistola, ab *Attila* Victore nobiliores Hunnorum in eo secessu positos, scribit. Ego verò etiam, ait *Freher*, antiquiores regionis colonos reperio, & omninò nostro judicio ita se res habet. Cum gentibus Sarmatarum feris, Thraciam, aliasque Romanas Provincias, infestantibus, bella gessisse *Gratianum* Imp. *Sext. Aurel. Victor*, *Orosius* & *Zosimus* testes sunt; devictos captosque traduxisse, & arva eis in Galliæ parte assignâsse, *Ausonius* αὐτόφωτης in Panegyrico, ei Principi dicto, dilaudat: *voca Germanicum deditione gentilium, Alamanicum traductione captorum, vincendo & ignoscendo Sarmaticum. Ita, quod alius Panegyrista de Francis àne-scio quo Imperatore traductis ait, hi ab ultimis Sarmatiæ oris avulsi fuerūnt, ut in desertis Galliæ regionibus collocati, pacem Romani Imperii cultû juvarent, & arma delectu.* Et alibi: *Non contentus vicisse, in Romanas transtulit nationes, ut non solùm arma, sed & feritatem ponere cogerentur. Jam verò quò locorum immanem & barbaram illam gentem* Gratianus *traduxerit, idem* Ausonius in Mosellæ initio *exponit loco singulari & summopere notando.*

Transieram celerem nebuloso flumine Navam;
unde iter ingrediens nemorosa per avia solùm,
& nulla humani spectans vestigia cultûs,
prætereà arentem sitientibus undiq; terris.
Dumnissum *riguasq; perenni fonte* tabernas
arvaq; Sauromatum *nuper metata colonis.*

i. e. colonis è Sarmatia adductis. Qui illi nisi *Hunni?* gens tùm ferocissima, atque omni pernicie atrociores, ùt Idem *Victor* loquitur. Hi tùm vagis sedibus assveti, ut Sauromatis se miscebant, ita ab eodem *Ausonio* illis subinde junguntur, ùt illorum propago. Precatione Consulari:

Quà vaga Sauromates *sibi junxerat agmina* Chunni,
quàq; Getes *sociis Histrum assultabat* Alanis.

& epigrammate primo:

Sarma *inter* Chunnosque *truces, furtoq; nocentes*
Sauromatas.

Et *Sidonio Narbone:*

Pacem te medio darent feroces,

Chun-

Chunnus, Sauromates, Getes, Gelonus.

Iidem & alibi locorum Gothis permixti, à Romanis victoribus terras acceperunt, mixto nomine *Got-huni* dicti. *Claudian. II. in Eutrop.*

- - - legio pridem Romana Gothunni,
jura quibus victis dedimus, quibus arma domosq́;
præbuimus.

Hiſce igitur populis, in propriis ſedibus perculſis, & Romano inſtituto inde eductis, partem illam ſeu Galliæ, ſeu Germaniæ, verè (quod Tacitus de univerſa ſcribit) informem terris, aſperam cœlo, triſtem cultu adſpectuque, & omninò illis habitatoribus dignam, tunc adhuc vacuam, arbitrio Victoris minimè inconſiderato tunc adſcriptam, & metatam hîc *Auſonius* clariſſimè probat, ipſe eam tunc perambulans, cùm à *Bingio* Treveros peteret. Quæ hodieque ab illis nomen, quod primum ſortita, quodque Francorum ſub imperio habebat, pagus *Hunesrück* retinet, inobliteratamque conditorum memoriam exhibet in arce *Hunoldſtein*, quæ vulgò Hundſtein / & arce oppidoque *Caſtelhun*, quod *caſtellum Hunnorum* ſonat, nec non vico Hundheim & Houdshuſen / & fonte *Hunenborn* propè Simeram. Adeoque villarum quædam univerſitas circa *Ravengeresburg* (ubi ferè pagi hujus meditullium & centrum) ſeptennales conventus, quos antiquitus habere conſvevit, Hundsgeding indigitare ſolet, quid? quod & *vinum Hunicum* legimus. *Dorſi* verò metaphoram quis neſcit locis editis, montanis & pedeſtribus optimè convenire? atque ita ex altera Rheni parte, *Hunis* noſtris oppoſita, editiſſimorum montium dorſum, qua ad Mœnum Laganumque fluvios extenditur, Haſſiaci Naſſoviique hodie juris, der Hoherück nomen habet, ùt *Bil. Birckeymerus* in Germania notavit, vulgò populari ore der Hayrich / quod *Henricia* ſilvæ comminiſcendæ aliis occaſionem dedit. Villæ autem pagi *Hunesrück* hæ ſunt:

Botenesheim,
Buppach,
Encriche, hodie *Enckerich* ad Moſellam,
Rabengeresburch, quo deinde loco anno MLXXIII. à *Bertholdo* Comi-

Comite de Sponheim, & *Hedvviga* conjuge cœnobium ejuſdem nominis ſtructum fuit. In cujus dotatione ita habetur. Igitur prœdia ſua, quæ in tribus pagis habuerunt, i. e. in *Nachgovve*, in *Trachari* & in *Hundesrück*, nimirum *Tonneſſe* cum ſuis pertinentiis, *Cheri*, *Rabengeresburch*, *Botenesheim*, cum ſuis pertinentiis, ad altare S. Chriſtoferi Martyris legaverunt.

Symera,
Tonneſſe, hodie Denſen / infra *Kirchbergum*.
Et hoc quidem poſtremum pago etiam *Nachgovienſi* adſcribi video, qui quidem huic noſtro eſt conterminus, permixtus & quaſi individuus. *Henricus* II. Comes *Woldenbergicus*, Epiſcopus Hildeſienſis XXXV. reparavit & inſtauravit caſtrum *Hunsrück* in ſua Diœceſi, quod *Kranz.* (o) ineptè vocat *tergora canis.* (p)

HUNESGA. # Nominatur in diplomate Henrici IV. Imp. anno MLVII. die IV. Iduum Decembr. In hoc pago, ſicut in altero, *Fivelga* dicto, habuit Imperator Comitatum quendam, quem largitur *Albertus* Epiſcopo Bremenſi. (q) Ubbo Emmius vocat (r) *Hunſgoa.* (ſ)

HURIPENSIS, vel *Heripenſis.* Vid. *Mauripenſis.*

HUVERANGUS. Affert hunc *Schatenius*; ſed nos legimus *Himmeltago*, quem pagum vide ſuprà.

I.

PAGUS JAGESGOWE. Tractus ad *Jaxtam* fluvium, vel *Jaguſtam*, ùt alii vocant, die Jagſt / qui non longè à *Zebingen* ortus, per *Lanchen*, *Elvvangen*, *Creylsheim*, *Landenburg*, *Krauten*, *Scheutern*, *Widern* præterfluens, juxta *Jaxfeldium* Neccharo immergitur. (t) ###

ICULISNENSIS, vel *Ecoliſmenſis*, inter Pictones, Santones, Lemovices & Petrocorios jacens, pagus *Ecoleſimus* vocatur in chronico S. *Bertini* anno DCCCXLIV. vulgò *l' Angoumois*, vel *l' Engoumoiſin.* Incolæ *Ecoliſmæ*, totiusque pagi *Ecoliſmenſis Ecoliſmenſes* nuncupantur, *Angoulmoiſins.*

ILER-

(o) L. IX. Metrop. c. 3. (p) conf. Letzneri chron. Daſſel. L. I. c. 5. (q) vid. Lindenbrog. p. 159. Syllog. dipl. à Mader. annex. Ad. Brem. num. 20. (r) L. I. de libert. Friſiæ. (ſ) conf. Winckelman. l. c. p. 268. (t) Irenic. d. cap. 34.

ILERGOW, *Tiergovv*. In diplomate Caroli M., quô confirmat Nobilem *Andelgarium*, vel *Andegarium*, seu *Amelgarium*, primum Abbatem Campidonensem, quem *magnæ religionis Virum* vocat, mentio fit hujus pagi. Nimirum quia conjux ejus *Hildegardis* in eodem cœnobio locum sepulturæ sè habituram ordinaverat, quicquid in dicto pago *Tiergovve*, & *Augusgovve*, & *Albegovve* materna hæreditate legitimè obtinuerat, cum potestativa manu & Imperiali largitione Caroli in proprium jus ejusdem Monasterii transfudit. Amalbertus Cancellarius ad vicem Luperti Archi-Cancellarii recognovit. Dat. anno DCCLXXIII. Indict. XI. anno verò Regni Carolini VI. Imperii I. Actum Romæ in die S. Paschæ in Ecclesia S. Petri coram Adriano Papa.

ILMIN. Inculcant hunc pagum additiones ad *Lambertum Schafnaburgensem.* (*u*) Fuit in Thuringia ad Ilmum fluvium.

INSEN. Refert chronicon cœnobii *Bigaugiensis* ad annum MCX. *Wicpertum* haud aliter potuisse filium liberare, donec urbem *Lizinck* & pagos *Insen* & *Budissen*, unà cum urbe *Morunge*, Regi traderet, quæ omnia statim Cæsar *Hogero*, Comiti de Mansfeld, sibi familiarissimo, in beneficium concessit.

JOVIACENSIS, vulgò *Josas*, aliàs *Huripensis*. *Jojacum* in veteribus tabulis, seu catalogis Ecclesiarum Diœcesi Parisianæ memoratur, vicus in Archi-Diaconatu, *Josas* dicto, & in Decanatu Castri fortis positus. Aliis *Joviacum* à *Jovio* nomine latino dicitur, vulgò *Joüy en Josas* ad flumen Beveram. Hic vicus nomen fortè dedit pago *Joviacensi*, vel *Jojacensi*.

ITTERGOW. Meminit non nemo anno MCLXVI. pagi hujus, an verò in nostra significatione, non satis liquet. Cetùm in Annalibus Corbejensibus, à me nuper editis, ad annum MCXXVI. reperi, *Erckenbertum*, Abbatem Corbejensem, castrum in *Ittern*, cum telonio & omnibus pertinentiis ibidem, & in *Ense*, *Linterbec*, *Dalevvich* & *Ittergovv* Monasterio Corbejensi contulisse.

JUNCENSIS. Vid. præceptum Caroli Simplicis pro Monasterio *Psalmodiensi*.

O JUREN-

(*u*) p. 257. vid. T. I. Hist. Germ. J. Pistor.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [117] - 105

JURENSIS. Mons *Jura* nomen dedit pago, seu territorio *Jurensi*. *Petrus Damianus*, Ecclesiæ Romanæ Cardinalis, qui anno MLX. claruit, in libro de vita *Odilonis*, Abbatis Cluniacensis, Monasterium, quod est in *Jurensi* territorio constitutum, & *Genevensem* urbem memorat, nec non prærupta *Jurensium* alpium, seu montium.

K.

PAGUS KASNA. Monstravit mihi nuper amicus literas, in quibus occurrebat pagus *Kasna*. Sed vitium subesse reor. Fortè pro villa scripsit *pagum*, & pro *Castinah* seu *Castinach Kasna*. Illam ego novi, hanc verò non.

Kilingo. Trad. Fuld. Ms. in pago Kilingo hurtbi in villa merkein.

KIZINORUM. Unus è Slaviæ pagis. *Kyzini* & *Circipani* cis Panim habitant. (*vv*) Sunt autem *Kissini* Gutzovienses & Gryphisvvaldenses. Repleta est omnis *Wagirorum, Obotritorum,* sive *Kycinorum*, Provincia Ecclesiis, Sacerdotibus, Monachis, & Deo dicatis virginibus. (*x*) De rebellantibus *Kizinis Helmold.* (*y*) De victis iisdem *Adam. Bremensis:* (*z*) de agro eorum *Nicloti* filiis ademto *Kranz.* (*a*) Pertinebant ad Diœcesin Hammaburgensem. Terra *Kessinorum* hodie Dynastiæ *Rostochiensis* nomine gaudet. Hinc Principes *Meklenburgici* Domini, seu Dynastæ Rostochiensium dicuntur.

Kinzegowe memoratur in Dipl. Ms. do Conradi R. an. 913. Fuldensi Monast. dato.

Kuningesfurtere. Dipl. Ms. Ludovici Pii — vium dicuntur, quæ dicitur Massenheim. in eodem dipl. confirmat pater donationem de aliis ecclesiis Lorsch. Dinenheim et Abenheim. ‡ Lacharenorum pagus in Frisia, — est in eo — in villa Osterhasen nominat in Trad. Fuld. M.

L.

PAGUS LACNI. Conradus Salicus in Monasterio *Hiltivvarteshusano* commorans, anno MXXXII. *Meinvverco*, Episcopo Padebornensi, quandam proprietatem, curtim *Gardenebiki* nominatam, in pago *Lacni*, in Comitatu *Hermanni* Comitis sitam, cum omni integritate & quicquid prœdii habuit in villis *Huinidal*, *Molduggavel*, *Liudolveshusen*, in eodem pago, cum omnibus attinentiis, dedit, ut ipse fidelis suus sive longè, sive propè esset, *suæ devotissimæ servitutis* cum non

(*vv*) chron. Slav. L. I. c. 2. num. 8. (*x*) Id. l. 2, c. 12. num. 11. (*y*) L. I. c. 71. (*z*) l. c. c. 23. (*a*) L. IV. Vandal. c. 36.

non immemorem esse recognosceret. Verba sunt diplomatis, dati anno MXXXI. (*b*) *Henric.* IV. Imp. pro *devoto ac fideli servitio* Adelberti, Hamburgensis Archi-Episcopi, quendam servientem suum, *Nannonem* nuncupatum, unà cum filio suo, *Hildiberno* vocato, atque filia sua *Lucia*, nec non prœdiis suis, quæcunque habere visus est in loco *Winehe* dicto, in pago *Lacne*, in Comitatu *Henrici* Comitis &c. ad S. Hamburgensem Ecclesiam, in honorem S. Dei Genitricis constructam, dedit atque tradidit. Verba itidem sunt diplomatis, dati Triburiæ anno MLXIV. XVI. Kal. Februar. (*c*) Quæ ex diplomate *Conradi Salici* de pago *Lacne* notavit Avus meus, ait Junior *Meibomius*, habentur in vita *Meinvverci* (*d*) In qua eadem vita *Huthamarus*, quicquid proprietatis habuit in *Erpessum*, in pago *Lachni*, & in Comitatum *Hermanni* Comitis, Ecclesiæ Padebornensi tradidisse memoratur. Vocatur aliàs *Lochni*. In diplomatibus *Ludovici* Pii vocatur pagus *Locni* in Angrariis, qui fortassis idem. *Adolfus Overham* (*e*) producit tabulas, datas anno MXVI., quibus S. *Henricus* & contectalis ejus *Kunigunde* Imperatrix Augusta Proto-Martyrium S. Stephano atque Vito Martyri in *Hiltivvardeshusen* Monasterio in villa *Gemmet*, in pago *Logni*, in Comitatu *Herimanni*, jugera sexaginta sex cum suis pertinentiis, interventu *Meinvverchi*, Paterbrunnensis Episcopi, in proprium tradidisse memoratur.

LAERGOE, *Lorgoe*, *Laris*, *Laringia*, vulgò *Laring*. Carolus M. Episcopatui Bremensi abs se condito subjecit decem pagos, quos, abjectis ipsorum vocabulis & divisionibus, in duas redegit Provincias, sequentibus appellatas nominibus *Wigmodia* & *Laergoe*. Ita habet privilegium Bremense Carolinum apud *Ad. Bremensem* (*f*) & alios, si modò genuinum sit. Hic pagus, juxta *Hamelmann.*, (*g*) comprehendebat modernum Comitatum *Delmenhorstanum*, seu districtum illum circa *Delmæ* fluvium, seu rivum, in quo sunt arx & Præfectura *Harpstedienses*, parochiæ *Ganderkese*, *Hasbergen*, *Schonemoër*, Stur &c. (*h*) *Aut. vit. Meinvverci* meminit loci *Laerge* dicti, in quo *Henricus* II. Imp. Principum Imperii conven-

(*b*) vid. Annal. Padeborn. cit. p. 487. seq. (*c*) Mon. Padeb. cit. p. 82. hunc pagum ad suos referunt. (*d*) num. 117. (*e*) in not. ad vit. Meinwerc. p. 409. (*f*) L. I. p. 13. (*g*) chron. Oldenburg. proœm. lit. D. 3. (*h*) Winckelmann l. c. p. 301.

ventum habuit, multaſque cum eis ad honorem & dignitatem neceſſarias res diſpoſuit. Videtur et pagus Lieven vocatus fuisse.

LÆTICUS, *Leticus*, *Latienſis*, *Letigus*, *Legienſis* & *Liſtrogaugium*. Mentio ejus fit in literis Caroli Calvi anno DCCCLXXVII. datis in gratiam Monaſterii *Marcianenſis*. In pago *Letico* villam *Haignas*, ſimiliter & in ipſo comitatu *Letico* villam *Rinengam* reperimus. Pagus *Leticus* & Comitatus *Leticus* una eademque res eſt. Plerumque enim quot pagi, tot Comites, & ſingulis pagis ſuus ùt plurimùm Comes præerat. Fit etiam pagi *Letici* mentio in rebus *Philippi* Auguſti, Francorum Regis, qui inter Flandriam & Atrebates ſitus eſſe, ac vulgò *le Loëuve* dici, ſed olim per *Hainoum* Flandriamque latiùs multò, quàm nunc, patuiſſe, ac à flumine *Letia*, quod vulgò *Legiam* appellitant, nomen accepiſſe mihi videtur. Quem fluvium *Lidum* vocat *Britto* (*i*) & enumeratio fluviorum Galliæ, quam in codice ante annos CCCC. ſcriptam reperi. *Lidus* cadit in *Eſchaldum* i. e. Scaldim, in partibus Ipræ currit. In chronico *Æquicinctano* anno MCXCVII. *Philippus*, Rex Francorum, pagum *Letigum* tranſiens, apud *Ariam*, pontem fluvii, qui dicitur *Là*, tranſiens, in terram Comitis (Flandriæ) eam vaſtaturus intravit. Hinc apparet, pagum *Leticum* ad flumen *Là* ſeu *Letiam* fuiſſe. (*k*)

LAGENAHE. In quo villa *Gunniſſiu*. (*l*)

LAGINGA. Otto III. anno MII. In pago *Laginga* ex manſi donantur Monaſterio novo Sanctimonialium in *Vubek*, in *Bodican* comitatu. (*m*)

LAINGA. Otto M. curtim *Salta*, ſitam in pago *Lainga*, in Comitatu *Luidgeri*, cum univerſis ad eandem curtim jure pertinentibus, in proprietatem condonavit Congregationi in Quidalingaburg anno DCCCCXXXVII. Ind. X. Ottonis verò Invictiſſimi Regis I. Actum in Quidalingaburg. (*n*) Vid. *Logingaha*.

LANGEWICE, *Langvvizi* & *Langenvvice*. Memoratur in additionibus ad *Lamb. Schafnaburg*. (*o*) Apparet, fuiſſe tractum in Thuringia propè *Salfeldium*, villam regiam, quam *Ottocarus*, Rex

(*i*) L. IX. Philippid. (*k*) Valeſ. l. c. p. 260. (*l*) T. I. Tradit. Fuld. num. 154. (*m*) Antiqq. Brunſvic. cit. p. 215. (*n*) l. c. p. 105. (*o*) ad ann. 1204. p. 257.

Rex Boëmiæ, tempore belli civilis devastavit. Ipsa Monachi Anonymi Erfurtini verba hæc sunt. *Rex* Philippus, *collecto exercitu magno Bavarorum, Svevorum, Saxonum, Soraborum, & eorum, qui erant in partibus Rheni, & Ostro-Francorum & Austrasiorum, in multitudine gravi* Thuringiam *ingressus, auxilium ipsi ferentibus Comitibus* Güntero *&* Henrico *de* Schvvarzburg, *& Comite* Lamperto de Glichen, *& Erphordensibus, omnem regionem tempore messis ferro & igne crudeliter vastavit. His diebus Rex Boëmicus, collectâ & ipse magnâ copiâ suorum venit per fines regiæ villæ* Salvelt *&* Orlan, *cupiens confligere cum Rege* Philippo. *Missis exploratoribus diffisus de viribus suorum, licèt multa essent millia, vastatis omnibus in pago* Langenvvice *&* Ilmin, *intempestâ nocte fugam cum suis iniit. Paullus Götze* (*Jovius* dictus, quo de vide me alibi, (*p*) observat, (*q*) Monasterium *Cellæ Paulinæ* conditum fuisse in pago *Langvvizi*, in der Lengwitz / qui districtus ad *Arnstadium* usque porrigitur, à quo adhuc *porta Lengvvitziana* ibidem nomen sibi servat, in silva dicta *Loyba*, Leube / ad confluentiam rivulorum *Berbach* & *Radenbach*. Sic enim *Henricus* V. Imp. in confirmatione hujus Monasterii, quam integram dedit *Jovius*. (*r*) *In Regno nostro regulare quoddam Monasterium situm est in Provincia, quæ dicitur* Duringia, *in Episcopatu* Maguntinensi, *in pago* Langvvizi, *in Comitatu* Sizonis, *in silva, quæ dicitur* Louba, *confluentibus duobus rivulis* Berbach *&* Radenbach, *quod* cella S. Mariæ *nuncupatur*. Hujus pagi nomen adhuc retinet villa Langewiesen in Præfectura Schvvartzburgica *Gehrenensi*. De fundatione Monasterii *Cellæ Paulinæ* agit Monachus Benedictinus, cum chronico Montis sereni à *Madero* editus. (*s*) Erat amplissimum cœnobium in silva Turingica O. S. B., quod etiam tetigit *Gabr. Bucelinus*. (*t*) Vetus MS. apud *Jovium* ita: *Paullina*, è Saxonia adveniens, fundatrix exstat Monasterii in silva Thuringica, quod *cella Paullinæ* nuncupatur, AC. MCVI. Fundationem hanc postea *Paschalis*, Summus Pontifex, anno MCXIV. VII. Kal. Sept. Ind. VIII.

(*p*) præf. ad chronic. Comit. Templimontan. Werner. Hackii nuper à me edit. (*q*) in chron. Schvvartzburg. MS. L. I. (*r*) L. II. chron. cit. c. 1. (*s*) p. 278. (*t*) G. S. P. II. p. 22.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1,ZEN Leibn. Marg. 48, [121] - 109

confirmavit. *Sizo* Comes erat *Kefernburgicus*, ab eodemque, vel saltem à Filio ejusdem nominis, Monasterium in *valle S. Georgii* circa annum MCXLII. fundatum est. (*u*) Cunprimis notari meretur, silvam Thuringicam, in diplomate Henrici *Loubam* dici. Quò facit insignis locus in Actis *Ezonis*, *Mathildis* & *Richezæ*, Comitum Palatinorum Saxoniæ apud *Papenbrochium*. (*vv*) Fuit in saltu Slavorum (qui, ob densitatem nemoris umbrosam, juxta linguam eorum Louia dicitur, quique ob immensæ latitudinis & longitudinis vastam solitudinem infinitam ursorum nutrit multitudinem,) visus quidam &c. Multùm hæc denominatio lucis præbere potest ad intelligenda villarum nomina *Gunthersleybin*, *Olleybin*, *Ruckirsleybin &c.*

LANGNEA. Ludovicus Rex mansa XI. donat Corbeiæ, quæ erant in pago *Langneæ*, in villa *Hemli*, cum omnibus appenditiis. Dat. IV. Id. Decemb. anno VII. Regni Ludovici in Orientali Francia Indict. VIII. Actum Patherbrunnen.

LAPURDENSIS, vel *Bajonensis*, vicos habet XXVIII. In his maximum & opulentissimum *Luisium*, quem incolæ *Loizune* i. e. *locum cænosum* vocant. *Lapurdensis Senescalcia* duas diœceses continet, *Lapurdensem*, seu *Bajonensem* & *Aquensem*, seu *Aquarum Tarbellicarum*.

LARE apud *Freherum*.

LATICENSIS. Hic pagus iter unius diei ab urbe Lingonis abest, & vicum *Pultarias*, Poutieres, Monasterio insignem, & quicquid inter *Castellionem* & *Barrum* Sequanum uls & cis flumen jacet, continere dicitur. Certè *Gerardus* Comes, qui Monasterium *Pultariense* & *Viceliacense* construxit, in literis suis ea de re villam *Pultarias* super Sequanum, in pago Laticensi, in Regno Burgundiæ nuncupat, & locum *Viceliacum* in pago *Avallensi* i. e. *Aballonensi*, eodem in Regno. Cùm igitur vetera omnia latina Monumenta pagum *Laticensem* vocent, *Lacois* quoq; & *Lecois* linguâ vulgari sine litera S, malè *Chifletius*, aliiq; nostræ ætatis Viri, *Latiscensem* pagum & Archi-Diaconatum *Latiscensem* appellant, & *Latisconem* in vita S. *Lupi* memoratum, castrum montanum Dioe-

(*u*) vid. diss. m. hist. X. §. 3. seq. (*vv*) T. V. Act. Sanct. Maj. c. 3. num. 20.

Diœceſ. Tricaſſinæ pro capite habuiſſe aſſerunt. Ex quibus *Chifletius* ait, Comitatum quidem *Alefienſem Auxois*, vel l' *Auxois* ſcribi oportere: at pagum Comitatum vé *Laticenſem Lauſſois*, quod falſum eſt. Nam pagus *Alefienſis* vulgò & l' *Auxois* & l' *Auſſois* dicitur, pagus *Laticenſis* ſemper *Lacois* vel *Lecois*.

LAUMENSIS. Lotharius Imp. donat *Anſfriedo*, Comiti Palatii Regii, in hoc pago in villa *Sodeja*, ſuper fluvium *Gerdione* manſum unum cum omnibus ad ſe pertinentibus. Vide literas integras apud *Freher.* (x) Conf. *Aimoin.* (y) v. Laomacenſi el Lomenſi.

LAURIACENSIS, *Lauracenſis*, *Lauraguez.* Pagum hunc *Maſſonus Lauracenſe* territorium & regionem *Lauracenſium* appellat, ibique *Lauriacum*, à quo pagus nomen accepit, & S. *Papuli* oppidum Epiſcopale, ac caſtellum novum *Arrii*, caput *Lauracenſium*, ponit. Alii pagum *Auriacenſem* appellant, ab oppido *Auriaco*, (Auriac) quod ejus caput eſſe ajunt. Qui *Lauriacenſem*, vel *Lauracenſem* pagum vocant, vulgare ejus nomen, *Lauraguez* ſcribunt: qui *Auriacenſem* pagum appellari jubent, *Auraguez* vel *Auragez* ſcribunt, aut adjuncto articulo l' *Auraguez*. Eſt & *Lauriacum* in Archi-Diaconatu Pitiverenſi & Aurelianenſi Diœceſi, veteribus in tabulis memoratum, *Loriacum* aliàs & *Loriacum* quoque dictum, vulgò *Lorri*: à quo parvus pagus *Lauriacenſis* cognominatur *le pays de Lorri*, pars olim pagi Pitiverenſis. Fuit quoque in pago Andicavenſi villa publica *Lauriacum*, nomen hodieque retinens *Loire*. Extant Capitula lata in Synodo, quæ habita eſt apud *Lauriacum* in pago Andicavenſi anno DCCCXLIV.

LAUSDUNENSIS. A *Lausduno* dictus, le *Loudunois*. De *Laudunenſi*, in quo Novigentum, villa publica, vide *Valleſ.* (z) Conf. *Pictavus.* Hlotharius Imp. in diplomate. Villam publicam, quam primùm *Childericus* Rex prædictæ Eccleſiæ, ob communem inibi degentium Fratrum commoditatem, delegaverat in pago *Laudunenſe*, quæ olim *Bariſiacus* dicebatur. Vid. etiam *Flodoard. Hiſt. Rhem. L. II. c.* 18. nec non ann. DCCCCXXII. DCCCCXXVI. DCCCCXXVII. DCCCCXXXI. DCCCCXLVIII.

(x) P. II. Orig. Palat. p. 174. (y) L. V. p. 495. (z) l. c. p. 383.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [123] - 111

DCCCCXLVIII. & Caroli Simplicis diploma, in favorem *Maricolensis* cœnobii concessum, anno DCCCCXXI. (a)

LEMOVICINUS. Gregorius noster semper ita appellat absolutè *Lemovicinum*, pagi aut territorii nomine omisso. *Lemovicinum* vocant & Gesta Francorum, rus *Lemovicinum Audoënus* in Eligio, alii *parœciam*, vel *parochiam Lemovicensem*, Hincmarus apud *Frodoardum* (b) pagum *Lemovicinum*, qui eum cum Nigromontensi conjungit. Est enim mons niger in Lemovicibus locus Gregorio memoratus. Pagum *Lemovicinum* in superiorem inferioremque dividunt. Superior, seu *Cebennicus le haut Limosin* dicitur, inferior *le bas Limosin*. Pars ejus est & Marchia *Lemovicum*, *la Marche di Limosin*, in superiorem similiter inferioremque divisa. In Marchia sunt oppida, vel castella subterranea *Souterraine*, Duratium *le Dorat*, Varactum *Gueret*, à quo pagus *Varactensis* nomen accepit, *Guerotois*, Vartimpa fluvio cognominis, *Gartempe*. In *Lemovicino* pago sunt *Lemoviæ* caput Gentis & pagi non procul à flumine Vingenna, urbs mercatu opulenta & celebris, *Albucio*, Aubucon ad Crosam, Confluentes *Consolan ad Vingennam*, Insula Jordanis, *l' Isle Jourdain*, Rupes Cavardi *Rochechovard*, Caslucium, *Chaly* &c. De pactione, seu commensuratione & commutatione aliquot prœdiorum, quæ ad *Theodilanam* Matronam pertinebant, in pago *Lemovicino*, cum *Maurino* & *Audegiselo* Optimatibus vide *Mabill.* (c)

LEODICENSIS, ultrà & citrà Mosam jacet.

LEONENSIS. De hoc pago vide *Vales.* (d)

LEPORETANUS, qui nunc in Ducatûs fastigium evectus est, à vico isto *Lepореto* nomen accepit, vocaturque *l' Albret*. Ab eodem vico cognominata familia *Leporetana*, vel *Albretana*.

LERI, seu *Leriga*. *Castus*, Venerabilis Abbas Ecclesiæ, quæ vocatur *Vischbechi*, cum subjectis Ecclesiis in pago *Leriga*, rogabat Ludovicum Pium, ut ipsum locum pro mercedis suæ augmento sub sua defensione reciperet, uti fecit, dato ei Aquisgrani privile-

(a) Vid. Miræi cod. piar. donat. c. 29. (b) L. III. c. 24. (c) L. VI. de Re diplom. num. 4. (d) l. c. p. 269. B.

privilegio V. Non. Sept. anno Imperii sui VII. i. e. AC. DCCCXXI. Indict. XIV. quod ſis vide apud *Schatenium.* (e) Ceterùm de *Vsbeccio* iſto vid. diſc. *meum ad Synodum Moguntinam.* (f) Non erat hoc *Vsbeccium* Diœceſ. Mindenſ., ſed Monaſterienſis, Ordinis tamen Benedictini. Ludovicus Rex poſtea cellulam juris ſui *Vsbecke* vocatam, quæ eſt conſtructa in pago *Leri*, Monaſterio Corbeienſi adjunxit, ut perpetuò ſub ejus ditione conſiſteret. Hadebertus Sub-Diaconus ad vicem Baldrici Abbatis recognovit. Dat. XIII. Kal. April. anno XXIII. Ludovici in Orientali Francia Indict. III. Act. in villa Epilingas.

LEUBOSIORUM. Unus ex Slavicis pagis. (g) Sunt autem *Lebuſii*, *Stoderani* & *Widini* Berlinenſes ac Brandenburgenſes. Adamus (h) *Liubuzzos* vocat.

LEXOVIENSIS, aut *Lexovinus*, *Lexuinus*, *Lexoinus*. In Capitulis Caroli M. *Livinus* truncato vocabulo dictus: *Liſuinus* in Capitulis Caroli Calvi, corrupto nomine pro *Liſuvinus* aut *Lixuvinus.* Hunc pagum in veteribus tabulis Comitatum *Liſuinum* appellatum reperio, pagum *Liſvinum* Uſuardo in Kal. Aug. ùt Carolo in Capitulis: pagum *Liſvinum Liziazenſem* non ſemel in literis Roberti Normannorum Ducis, in aliis Epiſcopatum *Liſiacenſem*, qui à *Guillelmo Brittone* Armorico dicitur *Lexovia*,

\- - - Lexovia, *fontis egena*,
quæ pro fonte maras gaudet potare lutoſas.

Pars pagi *Lexovienſis* Connelias, Terberti villam, *Tiberville*, & quoſdam alios majores vicos, quales noſtri burgos vocitant, continens, vulgò hodieque dicitur *le Lieuvin*, vel *le pays de Lieuvin*, haud dubiè à pago *Livino*, ſeu *Levino* appellatione deducta. Pagum autem *Lexovienſem* à nonnullis *Liſiacenſem* dici, non magis quiſquam mirabitur, quàm urbem ipſam, pagi caput, *Liſiacenſem* civitatem nuncupari. Certè Monachus Fontanellenſis, qui ante annos DC. floruit, & de miraculis S. *Vulframmi* ſcripſit, *Herbertum Liſiacenſis* civitatis doctiſſimum Præſulem appellavit. (i) At *Gregor.* (k) *Lixoenſem* pro *Lexovienſi* uſurpat, Ætherium *Lixoenſem*

P Epiſco-

(e) in Annal. Padeborn. cit. adh. a. (f) in ſynt. m. p. 521. (g) Vid. Helmold. chron. L. I. c. 2. num. 5. (h) L. II. c. 11. (i) cap. 10. (k) L. VI.

Episcopum vocans. *Lisoënsem* alii dixêre, tertiâ nominis syllabâ sublatâ, & X. in S. ex more mutato. In Concilio Remis à Leone Papa IX. annò MXLIX. habito resederunt Herbertus *Lisoiensis*, Hugo *Bajocacensis* i. e. Bagocassinus, Hugo *Auringensis* h. e. Abricantinus, vel Abrincensis. (*l*) Meminit ejusdem *Mabillon.* (*m*)

LIDBETEGOWI. Otto I I. Imp., commorante ac suppliciter rogante *Mandrado* Presbytero, talem proprietatem, qualem in pago *Lidbetegovvi*, & in Comitatu *Bernardi* Comitis sitam habuit, quomodo sibi in proprium acquisierat, pro lege in jus & ditionem Imperatoriam redierat, suæ potentia auctoritatis ad Ecclesiam Mindensem, S. Petri Principis Apostolorum honori dicatam, in proprium & perpetuum usum, pro animæ suæ remedio, ac Imperii stabilitate, tradidit firmiterque donavit. Actum Novimagi AC. DCCCCLXXIV. Kal. Mart. Verba sunt diplomatis à *Pistorio* edit. (*n*) Chronicon Mindense operâ *Meibomianâ* editum (*o*) scribit *Lübbekegovve*, & putat esse *Lübbeke*, non ignobile Diœcesis Mindensis oppidum. In hoc pago, qui Annalibus Francicis Pithœanis ad ann. DCCLXXV. *Liedbechi*, Poëtæ Anonymo in vita Caroli M. cum aspiratione, Majoribus nostris usitata, *Hlitbeki*, Saxones à Francis magnâ clade affecti sunt. (*p*)

LIMANICUS. Charta donationis villæ de *Blangiaco* ad Ecclesiam Brivatensem: non est incognitum, quòd Domnus *Hunaldus* Princeps aliquam villam in pago *Limanico*, cui vocabulum est *Macerinco* &c. anno DCCLXVIII.

LINONUM, seu *Lingonum*. Unus ex pagis Slavorum. Ultra illos sunt *Linguones* & *Warnavi*. (*q*) *Lingones*, vel *Lini* sunt Lüneburgenses. Pertinebant ad Diœcesin Hammaburgensem. (*r*) Rectiùs sanè D. *Sagittar.* (*s*) etymon urbis ab his *Linonibus*, quàm ab anili fabula, *Lunam* pro Dea ibi cultam, repetit. Paullo Æmylio *Linones* sunt *Livoni*.

LINTZGOWE, *Lienzingen*, seu *Linzgau*. Hic est ille pagus *Lentiensis* Alemanorum, cujus mentio apud *Ammian. Marcellin.*

(*l*) Vales. l. c. p. 275. seq. (*m*) L. VI. chart. 14. (*n*) & chron. Mind. annex. p. 735. (*o*) T. I. Rer. Germ. Meibom. (*p*) conf. chron. Mindens. Watensted. (*q*) Helmold. L. I. c. 2. n. 9. Ad. Brem. L. II. c. 11. (*r*) Id. L. III. c. 22. (*s*) in memorabil. hist. Lüneburg. §. 2.

Marcellin. (t) Re hoc modo finitâ, ait ibi, paulò post & *Lentiensibus* Alemannicis pagis indictum est bellum. Et *Tschudus* (u) inquit: Lintzgöw parvus quidam terræ tractus, à *Lindaugia* versùs *Marchdorf* & ultrà porrigitur, constituens Capitulum in Diœcesi Constantiensi, quod vocant Capitulum Lintzgöw. In quo hoc *Lintzburg* caput pagi, de quo vide plura apud *Stumpfium*.

LISGA. Anno MXIII. (al. XIV. & XV. habent) Henricus II. Imp. in castello *Grona* *Grönden* convenire Principes mandavit, & VI. Kal. Maj. de statu Regni inibi cum eis necessaria tractavit. *Meinvvercus* Padebornensis eâ occasione usus *Berneshusium*, situm in pago *Liga*, in Comitatu *Udonis* Comitis, obtinuit, legaliter illud ab *Unvvano*, Archi-Episcopo Bremensi, Imperatori traditum erat, ac in jus *Meinvverci* transierat; sed invasione quorundam possessione turbatâ, tandem post quinquennium ab Imperatore renovata & confirmata est. Retinui verba Autoris *vit. Meinvverc.* (vv) Ideo Monum. Padeborn. (x) hunc pagum ad suos referunt, nominantque *Lisna*. Anno DCCCCLXV. Indict. IX. II. Id. Decembr. *Otto* Imp. Jus monetæ & mercatûs indulsit villæ *Getlide* in Comitatu *Lisgu*, (Lisgo) sed eâ lege, ut omnes reditus Ecclesiæ Magdeburg. reddantur. Vid. diploma apud *Sagittarium*. (y)

LIVINUS, seu *Lisminus*. (z)

LOBODUNENSIS, *Lobadonensis*, *Lobodonensis*, *Lobodenensis*, *Lobadensis*, *Lobodensis*, *Lobdinensis*, Francicè *Lobetengouve*, *Lobotingouve*, *Lobodengouve*, *Lobodunouva*. Operâ *Freherianâ* primùm innotuisse hunc pagum, posteritas, si quâ futura est, candidè probabit. Ejus mentionem quidem illi suppeditârunt cùm plurima vetera Instrumenta, tum verò optimi illi Francorum Annales Anonymi à P. *Pithœo* primùm editi. (a) Sub anno DCCCXXVII. XV. Kal. Febr. vesperi terræ motus apud S. *Nazarium*, i. e. *Laurishaimense* cœnobium in pago *Rhenensi*, & in *Wormacense* & *Spirense*, & *Lobodunense* factus est. At quis is sit, & ubi gentium positus, nulli homini nato jam constare arbitrabatur.

(t) L. XV. & XXXI. (u) in descript. Rhætiæ Alpin. c. 9. (vv) conf. P. I. annal. Padeb. p. 423. (x) p. 82. (y) in Antiqq. Magdeburg. §. 84. (z) Vales. l. c. p. 195. B. (a) p. 34.

trabatur *Freherus*, nec quòd in eo *Heidelberga* sit requirenda, ipsius habitatorum quisquam hactenus vel per somnium cogitaverit. Ergo princeps, seu virgula divina, è vetustis reliquiis & Monachorum quisquiliis eruit, & villas, quotquot in eo positæ fuerunt, improbo labore eruderavit. Hinc discimus, in *Lobodunensi* districtu non tantùm ipsum castrum *Lobodone*, aut *Lobodunam* civitatem burgumq; *Lobodunense*, tanquam caput pagi sui, Comitis palatium, aulamque & tribunal, sed etiam *Heidelbergæ* (quæ nulla adhuc tùm temporis civitas hoc nomine extabat,) fundamina extare, nimirum montem *Abrinsbergum* ad dextram ripam, & villam *Bergeheim* ad sinistram, utrumque licèt intercurrente Nicro fluvio divisum, in pago eodem *Lobodonensi* situm. Unde multo post tempore & vix ante tria quatuorvé secula ex hisce duobus tanquam elementis natam illam esse ostendit. *Ludovicus* III. Rex. quasdam res proprietatis suæ concessit ad Monasterium S. *Nazarii* in Lauresham, i. e. in pago nuncupato *Lobodengovve* locum quendam, qui nominatur *Aberinesburg*, sicut ipsum Conjugi suæ *Liutgardi* hucusque præstitum (gelichen) habebat, & quicquid ad ipsum locum justè & legitimè pertinere videtur, cum domibus, mancipiis, vineis, campis, agris &c. Arnolf. Cancellar. ad vicem Luitberti Archi-Capellani recognovit & subscripsit. Dat. XV. Kal. Febr. anno DCCCLXXXII. Indict. X. anno VI. Hludovici. Actum Franconofurt Palatio Regio. *Heriger* pro remedio animæ *Grimoldi* & *Gernivvæ* tradit ad S. *Nazarium* in Lauresham, donatumque in perpetuum vult & promtissimâ voluntate confirmat rem, quam habuerunt in pago *Lobodonensi* in villa, vel marca nuncupata *Hantscuesheim*, i. e. aream unam, & molendinum, & vineam, & quicquid ad illam legitimè & jure videtur pertinere, eâ verò ratione, ut ad basilicæ, quæ structa est in monte nominato, *Abrahæ mons*, in honore S. Michaëlis Archangeli, servitium constet. Actum in Monasterio Lauresham sub die VI. Id. Januar. anno IV. Regnante Arnolfo Rege. *Ruotsvvind* pro remedio animæ suæ tradit ad aulam S. Archangeli Michaëlis, quæ constructa est in pago *Lobodunense*, in monte, qui voca-

vocatur *mons Abrahæ*, ſuper quem Venerabilis *Gerhardus* Abbas poteſtatem habet, in *Ebbelenheimero* marça jurnales X. & dimidium & IV. Actum in cacumine montis *Abrahæ* XV. Kal. Januar. Regnante Arnolfo Rege IV. Regni ejus. Quid *Conradus* I. Rex X. Kal. Sept. anno DCCCCXII. Ind. XIII. anno ipſius Conradi I. ad ſanctum locum *Aberinesburg* in pago *Lobotungovve* dederit, vide ex donatione ejus apud *Freherum*. (*b*) Confirmationem *Henrici* Regis Monaſterii ſcilicet S. Michaël. In monte S. *Abrahæ* in pago *Lobotengovve* Idem dabit. (*c*) Fundationem & dotationem hujus montis *Abrinsberg* per *Anſelmum*, Abbatem Laureshamenſem, vide apud eundem. (*d*) Ejusdem *Anſelmi* donatio penſionum ad idem Monaſterium dabitur ibidem. (*e*) In hoc pago *Lobentengovve* Abbatia *Lauriſſa* (Loriſſa) ſita fuit in Comitatu *Popponis* Comitis, quam *Henricus* IV. Imperator *Adelberto* Hammaburgenſi cum omnibus appenditiis donavit VIII. Id. Sept. anno MLXV. Indict. III. in Oſchkerslevo. Diploma dabit *CL. Mader*. (*f*) *Ladenburg* jam quaſi *Latinoburgum* dicitur. Quibus conjecturis ſi inhærere velis, fortè oppidum id præſidiarium à conditore ſuo *Valentiniano* nomen ſortitum, quaſi *Valentinianum burgum*, & deinceps facili detorſione ex *Valentiburg* Vlatinburg in ore barbarorum natum, tandem in *Latinburg* defeciſſe (eadem formula, quâ ex *Vratislavia* miro ſyllabarum compendio *Preslavv* factum) non minùs ineptè conjicere poſſumus, dummodo hoc ſcimus, quòd ex antiquiſſimis, qui hujus loci mentionem habent, monimentis liquidò minimè conſtet, primitus ſub Francorum Imperio & Carolinis temporibus non *Ladeburg*, ſed *Lobdeburg* nomen civitati fuiſſe, quod & in Sigillo ſuo (quicquid vulgariter ſcribæ peccent,) fideliter conſervatur, in quo utroque ita legitur. *S. Parvum oppidi Lobdenburg*. Et : *S. Burgenſium in Lopdenburg*. Et ipſa in pago *Lobodunenſi* ſita eſt. Pagus autem iſte à Metropoli illa ſua *Loboduna* civitate publica, vel *Lobodone* caſtro, aut caſtro Lobodunenſi nomen accepit. Unde veriùs exiſtimo, imò neceſſarium, eſſe ipſiſſimum *Lupoldunum*, Nicrinum Germano-

(*b*) l. c. p. 173. (*c*) l. a. p. 175. ſeq. (*d*) p. 177. ſeq. (*e*) p. 178. (*f*) in ſylloge ſua Ad. Brem. annex. num. 15.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [129] - 117

rum oppidum, Auſonii verſibus nobilitatum, qui *Valentiniani* Imp. & *Gratiani* ejus F. victoriam germanicam inſignem eô locô

- - - quô Francia mixta Suëvis

obtentam, bellum planè confectum & profligatum, triumſum deniqúe eô nomine apud Treverim ductum, ipſe αὐτέπτης non uno loco ſatis jactare potuit.

Villæ autem in hoc pago fuêre ſequentes.

Aberinesburg, *Abrinsberg*, *Abramesberg*, quaſi *mons Abrahæ*. (g) Scribitur & *Ebrensberg* & *Ebernüsberg*, locus jam olim celebris, hodie Heiligenberg / quo de idem *Freherus*. (h) Hunc in pago *Nabodonenſi* ſitum fuiſſe, fidem faciunt antiqua documenta. Et hoc quoque argumento eſſe poteſt, quòd etiamnum vineæ illæ ad radices montis hujus, ex adverſo Heidelbergæ, trans pontem poſitæ, im Lobenfeld vocantur, & decimas pendant ad cœnobium ejuſdem nominis *Lobefeldum*.

Apha-palacha villa in Comitatu *Conradi* Ducis.

Bergeheim, *Bercheim*. Locus vicinus Heidelbergæ, hodie Altenberg / quô loco molendinum tantùm ſuperſtes veteris nominis memoriam tuetur; & via vetus publica, inde Spiram tendens, etiamnum à vulgo agnoſcitur, alte Landſtraſſe. In hac villa fuit olim Eccleſia parochialis bene dotata decimis aliisque reditibus, quæ poſtea, ſurgente Heidelberga, eò translata eſt. (i)

Blanckenſtat villa,

Botersheim, ſeu *Butersheim*,

Binckenovva,

Cloppenheim, ſeu *Clopheim*,

Chiricheim, ſeu *Ciricheim*, hodie Kirchheim /

Cilolvesheim, hodie Eilvesheim /

Ditzenbach,

Dornheim,

Dochſenheim, ſeu *Doſſenheim*,

Dotrüsheim,

Divvelenheim, ſuper fluvium *Suarzaha*,

Edin-

(g) Freher. P. II. Orig. Palat. p. 173. (h) P. I, c. 8. & in append. f. 172. ſeqq. & 177. ſeqq. (i) vid. D. Hartman. Eppingenſ. L. II. obſerv. pract. tit. ult. §. 13.

Edingon, *Eddingun*, *Edingen*,
Eppilenheim, ſeu *Ebbetenheim*, vel *Ebbelenheim*,
Godenovva,
Govvinberch, locus in Bergeheimero marca, hodie Gowberg /
Grainines heim, ſeu *Granesheim*, vel *Grenesheim*,
Hege,
Hillenbach, ſeu *Hillinbach*,
Hiltibrandeshuſun,
Hirtzberg,
Hohemartim, Hohenart /
Hophovva, villa, ſeu *Obfovva*, hodie Oppaw /
Haſtat,
Huſa, vel *Huſen* villa.

Lobodo caſtrum, vel *Loboduna* civitas, *Lobodunum* Auſonii ipſiſſimum, caput & metropolis (ut ſic dicam) pagi *Lobodunenſis*, Francicè Lobedenburg / Lobotenburc & Lobdeburg dicta, quaſi burgum & præſidium ipſius pagi. Id enim eſt *burgum* oppidum munitum, arcem impoſitam habens, unde *Burgundiones* dictos *Paul. Diacon. & Iſidorus* volunt. *Otfridus* Monachus in Evangelio illud: ite in civitatem, theotiſcè ſeu francicè vertit, fahret in die Burg. Vocem tandem Romani quoque mutuati ſunt. (*k*) Et ubi cuſtodes antiqui ſervabant, ſicut ex clauſuris & burgis oſtenditur. Unde titulus de *Burgariis*. (*l*) Quo de genere jam inde à *Valentiniani & Gratiani* ævo (locupletiſſimo teſte *Decio Auſonio*, Gratiani Imperatoris Præceptore, & poſtea Conſule) oppidum iſtud Francorum fuiſſe, ſuprà expoſuimus, & ſpecies ipſa loci antiquitatem Majeſtatemque ſuam ſatis adhuc tuetur. Quapropter abſque dubio & Comes, ſeu *Graphio* pagi *Lobodunenſis* ibi ſedem & palatium aulamque, & (quæ à Francis tradita vox permanſit,) *Salam* ſuam habuit, tribunalque & auditorium, ubi, more Majorum, jus diceret, quod Franci *mallum* vocabant, ibidem fuit. Ideo adhuc hodie der Saal zu Ladeburg dicitur. Quæ omnia didici ex aliquàm multis diplomatis *Carolorum*, *Ludovicorum*, *Ottonum*, *Henricorum* ita ſubſcriptis: Dat. apud *Lobodunam* civitatem publicam.

(*k*) Juſtinian. in L. II, C. de offic. Præfect. Prætor. Afric. (*l*) Cod. Theodoſ. L. VII.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [131] - 119

cam. Item: in mallo publico apud *Lobeddenburg*. Item: in *Lobodone* caſtro, aut caſtro *Lobodonenſi*. Tot & pluribus modis variatur. Additum etiam aliquando in *Præſidatu Cunradi Comitis*: &: in *Comitatu Henrici Comitis*. Sed & ipſa adhuc civitas (quæ hodie Palatinum Electorem & Antiſtitem Wormatienſem communiter Dominos agnoſcit,) in ſigillis ſuis, quibus pro inſigni *burgum*, ſeu *caſtellum biturritum*, ad veteris dignitatis memoriam, inſculptum habet, nomen etiam ſuum vetus Francicum incorruptum ſervat, (*m*) quicquid vulgò Scribæ peccent, Ladenburg & Landenburg facientes, quod aliis deinde occaſionem fingendi *Latinoburgi* dedit. Pro quo ſigilla ita habent: *S. parvum opidi Lobdenburg*: &; *Burgenſium in Lopdenburc*. Quod unum hanc noſtram obſervationem maximè confirmat.

Leimheim, *Leinheim*, hodie Leym / ubi vinum dilutiſſimum naſcitur, ſanitati maximè conducère creditum. Vid. confirmation. fundationis & dotationis Monaſterii in monte *Ebrenſperg*, factam ab *Henrico* III. Imp. apud *Freherum*. (*n*)

Lieberesbach,

Lutenbach, hodie Laudenbach /

Marchotesheim,

Mannenheim, *Mannichem*, hodie Mannheim / de quo Id. *Freher*. (*o*)

Mercklingen,

Milhuſen,

Nivvenheim, hodie Neuenheim / ubi ante annos aliquot è vinetis complura vetuſtatis Romanæ monumenta, columellæ, aræ, ſaxa literata, ſed non ampliùs legenda, & inter hæc inſignis *ſtatua Mercurii*, effoſſa ſunt. (*p*)

Nivvenhoven, in confinio *Hantſcuesheim*,

Nuzlohun, *Nuzlohen*, hodie Nußloch /

Offtresheim,

Otincheim, villa, in Comitatu *Liutherii*,

Obfovva, *Oppau*,

Rintbach,

Ror-

(*m*) vid. Bruſch. in Epiſcopat. Germ. p. 104. B. (*n*) l. c. p. 181. ſeq. (*o*) P. I. l. c. c. 4, p. 52. ſeq. & p. 189. ac P. II. c. 19. (*p*) Id. l. c. p. 186.

Rorbach, ad medium ab urbe Heidelberga lapidem. Extabat ibi ara saxea integra, quam incolæ è ruderibus veteris arcis, inter *Kircheim* & *Zorbach*, nunc funditus eversæ, per arantes effossam dicebant, *Alipedi* Divo inscripta: *Mercurio Timonia Vittuo.* Quam à possessore (præ cujus foribus posita sedilis usum præbebat,) redemtam, & in ædes meas Plinianas translatam, postea in Principis arce extare malui, ubi muro inserta, Atlantiadem illum in *Nevvenheim* repertum sustinens, visitur.

Ruzondum,

Sahssenheim minor & major, in Comitatu *Megingaudi*, hodie klein und groß Sassem/

Scarra villa super fluvium Rhenum sita,

Scriezesheim, *Scrizzesheim*, hodie Sahrießheim/

Sidtenheim,

Sigenheim, *Sikkenheim*, vel *Sigenheim*, super fluvium Necchar, Sekenheim. Locus ùt à victoria nomen & omen habens, quasi *Nicæa* quædam, aut *Nicopolis*; ita memorabili illa *Friderici* I. Palatini contra tres illustres hostes victoriâ æternùm nobilis. Cujus ibi in agro, prœlii loco, tale extat in columna lapidea monumentum. Als man zehlt nach GOtes Geburt MCCCCLXII. Jahr auff S. Paulus Gedächtniß-Tag/ seynd auff dieser Wallstad durch Hertzog FRIEDRICH/ Pfaltz-Grave bey Rhein und Chur-Fürsten niedergeworffen worden Herr JOERG/ Bischoff zu Metz/ Marggrave CARL von Baden/ und Grav ULRICH von Wirtenberg/ mit einer mercklichen Zahl ihrer Diener/ Graven/ Herrn und Knecht. Und denselben/ die in solchem Geschäfte (rectiùs fortè Gefechte) todt blieben sind/ wolle GOtt barmhertzig seyn.

Sigirichesheim,

Steinnaha,

Steinbach,

Strazheim,

Suabenheim, *Suaboheim*, à quo propè abest *Suabek*, arx ad ripam Nicri, cujus adhuc ruinæ apparent: & Schwabenwäldlein silvula.

Suezzingen, ſuper fluvium *Suarzaha*.
Sunthove villa, hodie Sandhoven/
Thiedunges Wilre,
Trutolfesheim,
Vfhuſen,
Vitenheim, ſeu *Vittenheim*, ſuper fluvium Neckere,
Virnheim, *Virninheim*, ſeu *Firnheim*, in Comitatu *Liutfridi*, quo de alibi.
Vlvenesheim, cis fluvium Necker, hodie Ilvesheim/
Walahaſtat, *Waleſtat*, villa ſuperior & inferior, in Comitatu *Wernharii*, an non à clade & internecione aliquâ, ſive Romanorum, ſeu Germanorum, nomen traxiſſe putanda eſt? inter hos enim Divus ille ἀλλοπρόβαλλος ludum inſolentem ludere conſveverat. Et ſolenne fuit locis, ubi prœlia atrocia commiſſa, & ingentes ſtrages editæ, ejuſmodi nomina indere. Quomodo *Pollentiam* à clade Getica *Claudianus* vocat

Virtutis fatale ſolum, *memorabile buſtum*
barbariæ . . . .

& loci cujuſdam in Aquitania, cui nomen fuit *mors Gothorum* meminit *Aimoinus*.
Waltdorp, ſeu *Waltorf*,
Waltdolpheshuſon,
Weſtheim,
Weziloch, *Wezzinloch*, hodie Wieſenloch. Oppidum magis quàm villa, in quo etiam habitare olim veteres Principes Palatini non dedignabantur. Partem caſtri, ante quatuor ſecula eos reperio emiſſe à Dominis de *VVinſperg*, cujus rei documentum affert *Freher*. (q) *Engelhardus* enim ſenior & *Conradus* junior de *VVinsberg* Ludvvico, Comiti Palatino, Rheni, Duci Bavariæ, cum conſenſu uxorum ſuarum, *Agnetis* de *Levvenſtein* & *Lukardis* de *Niſen*, nec non *Conradi* junioris de *VVinsberg* & *Eliſabetæ* conſortis ſuæ, dictæ de *Katzenelnbogen*, partem ſui caſtri in *VViſenloch* cum omnibus appenditiis vendiderunt. Actum Schurberch anno MCCLXXVII. tertio Kal. Maj.

VVinen-

(q) l. c. c. 7. p. 79.

Winenheim, quod & *Windoheim* & *Windenheim* ſcribitur, villa **Weinheim** hodie, cui impoſitum caſtellum retinet *Wyndeck*.

Wibilingen,

Zozenbach.

LOGANENSIS, *Logengouve*, *Logonehe*, ad *Logonam*, vel *Logonum* fluvium, ui malè *Lona* & *Lanus*, die Lohne/ dicitur. De dominio *Limpurg* auf der Lohn/ quod apud *Chriſtoph. Brouver.* (r) in monte eſt *Lintburg*, fortè à *Linter* aut *Linterbach*, qui rupem allambit in *Loganaho*, ſeu *Loganogouve*, et Lohngow/ vide *Spener.* (ſ) Quî verò ad Trevirenſem Archi-Episcopum jus hujus dominii pervenerit, dicet tibi *Brouverus.* (t) LOGI. Petiit *Warinus*, Abbas Corbeienſis, ut Ludovicus Pius in Ducatu Saxoniæ locum provideret, ubi ſal fieri poſſet ad cibos Monachorum condiendos. Dedit ergo eidem in Ducatu *Budinesvelt*, quantumcunque juris ſui erat in illo ſale, quod eſt ſuper fluvium Wiſera in pago *Logi*. Dat. VI. Id. Jun. anno XX. Imperii Ludovic. Indict. XI. Megmarius Notarius ad vicem Thiatmari (*Schaten* (u) habet Theogonis) recognovit. Quis autem ſcripſit? *in noſtra eleemoſyna contuliſſemus.* In noſtram &c. & quis legit unquam? *Petiit Celſitudini noſtræ*: à Celſitudine noſtra. Ludovicus pius quoque dedit Corbeiæ quasdam villas ſui juris, ſitas in Angariis in *Login*, quarum vocabula ſunt *Sulbicln* & *Hem-*. Hirminmarus Notarius ad vicem Theogonis recognovit. Dat. Id. Maj. anno Imperii Ludoviciani XXI. Indict. XII. Actum Aquisgrani in Palatio Regio.

LOGINGAHA. Autor vitæ S. *Godehardi*, Epiſcopi Hildeſienſis, ſcribit, (vv) in hoc pago fuiſſe caſtellum *Gruona*, ubi *Godehardus*, licèt invitus, Epiſcopus electus & conſecratus fuit. Ibidem *Henricus* II. Imp. cum totius Chriſtianitatis mœrore inæſtimabili, anno vitæ ſuæ LII. Regni XXIV. Imperii II.

(r) Annal. Trevir. L. IX. p. 445. (ſ) Op. Herald. Part. Spec. L. I, c. 53. p. 219. (t) L. XVII. annal. cit. p. 215. (u) l. c. p. 93. (vv) c. 6.

Dominicæ Incarnationis MXXIV. est defunctus & Bavenbergam translatus. *Hofmannus*, (est additio Junioris *Meibomii*) harum rerum peritissimus, pagum *Logingaha* eundem esse cum pago *Laconi*, seu *Lochni*, de quo suprà, asserebat, cui tamen nondum assentiri possum. Scribitur aliàs hic pagus *Loinga*, meoque judicio nomen habuit à fluvio *Leina*, qui & *Laina* & *Loina* vocatur, ut sit pagus seu *gou* ad fluvium *Loinam*. In diplomate *Ottonis* I. apud *Maderum* pagi *Lainga* fit mentio, inque eo locatur curtis *Salta*.

LOMENSIS, seu *Laumensis*, vel *Lummensis*, aliàs & *Lomacensis*, vel *Lomacum*, nunc esse partem magnam Comitatûs *Namurcensis*, & Comitem *Lomensem* eundem esse ac *Namurcensem*, *Miræus* (*x*) aliique scribunt. Quos equidem planè falli existimo, cùm in chronico Monasterii S. *Trudonis* (*y*) alibique à *Namucensibus* Comitibus *Lossenses* Comites diserte distingui repetiam, & *Namurcensem* Comitem *Godefredum* à Comite *Arnulfo* de *Los*, seu ab *Arnulfo*, Comite *Lossensi*. Pagus & Comitatus *Laumensis*, vel *Lomensis*, à recentioribus Scriptoribus (uti arbitror) appellari cœptus est pagus, vel Comitatus *Lossensis*. *Loon* vel *Loën* Flandrensibus, incolis *Lon*, Gallis *Los* dictus, quem Episcopus Leodiensis possidet, in quo est oppidum *Lossense*, *Barchloon*, seu *Borchloën* vulgò dictum, inter Tungros & Monasterium S. Trudonis positum in Diœcesi Leodiensi. Ludovici Comitis de *Los* ad Ludovicum, Regem Francorum, ejus nominis VII. epistolam legimus ante annos D. datam. *Rodulfus*, qui chronicon Monasterii S. *Trudonis* circa annum MCXX. composuit, Comitem *Arnulfum* de *Los* non semel commemorat, sed eundem *Lomensem* Comitem Arnulfum (*z*) vocat *Loënsem* Comitem Arnulfum, (*a*) ita ut pagum *Lomensem* & *Lossensem* unum eundemque esse, apertè indicare videatur. Ludovicus, Germaniæ Rex, *Laubium*, fossas, & alia loca, *Stephano*, Leodicensi Episcopo, attribuens, seu confirmans, anno DCCCCVIII. Comitatum & pagum *Lummensem* conjungit. Monasterium *Bronense* situm erat in pago *Lomacensi*, in Comitatu & Diœcesi Namur-

(*x*) Cod. piar. donat. c. 20. p. 92. (*y*) L. XI. (*z*) L. VII. chron. (*a*) L. XI.

Namurcenſi. (*b*) Pago igitur *Lomenſi* vel *Loſſenſi* nomen dedit oppidum *Los*, ejus pagi Comitatûsque caput, quod olim *Laumum*, & *Lomum*, *Lummum* quoque, ac nonnunquam *Lomacum* dictum eſſe, ac poſtea *Loſſenſe*, vel *Los*, item *Lœum* nuncupatum exſtitiſſe, ex variis pagi Comitatûsque, cujus caput fuit, nominibus apertiſſimè colligitur.

LOSA. Henricus IV. Imp. pro remedio animæ Patris ſui, Sereniſſimi Roman. Imp. Auguſti *Henrici*, & ſtabilitate Regni, conſiliante & precante Dilectiſſima Matre ſua *Agnete*, Imperatrice Auguſta, ob petitionem & fidele ſervitium Amiciſſimi ſui Colonienſis Archi-Epiſcopi *Annonis*, quoddam prœdium, quod dicitur *Loſa*, ſitum in pago *Loſa*, in Comitatu *Bernardi*, cum omnibus pertinentiis, Eccleſiæ Mindenſi contulit anno MLVIII. Indict. XI. Henrici IV. Regis ordinantis IV. Regni II. Actum Mindæ. (*c*) Wuntherius Cancellarius vice Leopoldi Archi-Capellani recognovit. Nuper in libello meo de *pagis* antiquæ Saxoniæ protulit typotheta pagum *Pageloſa*, vitioſè ſic ſcriptum. Fas itaque erit, errores indicâſſe. In *Loſa* (ſcripſeram ego) ſitum erat prœdium *Loſa*, quo de CL. *Meibomius*. Dubium verò, an *Pageloſa* (non Pagoloſa) pagus fuerit. Sic tamen (quæ verba in ſchediasmate meo deſiderantur) ſcribitur in charta *Gunzel. de Luchtering*, in feſto S. Michaëlis Archangeli AD. MXLVIII. ubi diſtinctè mentio fit trium jugerum in pago *Pagehlohs*. Sed ego pro vitio ſcribentis habeo. In literis verò anno MLXII. in feſto S. Nicolai datis Comes de Everſten *Otto* meminit unius manſi cum dimidio in pago *Luſaha*, qui idem eſt cum pago *Loſa*. Hæc ſi addidiſſet typotheta, rem per mihi gratam feciſſet, uti nuper monui in præfatione ad Lectorem Syntagmatis mei Rerum & Antiqq. Germanic.

LUBENIZI. Fuit tractus circa urbem *Wurcenſem*. Indicatur diplomate *Ottonis* III. Imp. anno DCCCCXCIII. & *Wichmanni*, Archi-Epiſcopi Magdeburgici, ad annum MCLXIII. *Ditmaro*,

(*b*) Vid. Henr. Aucup. confirm. anno 932. in Cod. piar. donat. Miræi c. 30. (*c*) vid. dipl. Mindens. à Piſtorio chron. annex. p. 746.

Ditmaro, Episcopo Merseburgico, (*d*) est *Luibanizi*, qui accenset hunc locum iis, quæ *Gisalarius*, Archi-Episcopus Magdeburgensis, Episcopa Merseburgensi dissipatâ, suæ Diœcesi adjunxit. Hodie vocatur *Lubeniz*. (*e*)

LUCIONENSIS. Vid. *Pictavus*.

LUGDUNENSIS. In veteribus gestis Regis *Pipini* memoratus, dictusque pagus *Lugduensis* in pago *Burgundiæ*. Item in divisione Regni Franciæ, quæ Carolo Magno tribuitur vulgò, in vita & rebus Ludovici Pii Aug. & in divisione Regni Lotharii, alibique passim. Diœcesis autem *Lugdunensis* per pagos *Lugdunensem*, *Bellojocensem* & *Forensem*, ac per partem *Brexiæ* agrique *Burbonensis* diffunditur. Precaria Canonicorum Viennensium anno DCCCXII. Dedimus vobis illas res, quæ sunt in pago *Lugdunense* in curte, cui vocabulum est in *Doaciaco*. Præc. Lotharii Imp. anno DCCCXLVIII. dedit *Rostanus Agilmaro* ad proprium in pago *Lugdunensi* sub integritate villam, quæ *Calmis* & *Canonus* nominantur.

LUZICI. Memoratur in bulla *Joannis* XIII. Pontificis Romani, annô sessionis suæ tertio, confirmantis erectionem Episcopatûs Misnensis. *Ditmaro* (*f*) *Luzici* & *Lusici*. Tractus fuit circa *Dobrelucum*, insigne Monasterium ad Elistrum fluvium (quo de vide *Albin.* (*g*)) In fronte hujus pagi fuit urbs *Jarina*, nomen sortita à *Gerone* Marchione, qui in hoc & altero pago *Seltoli* cum imperio fuit. A pago *Lusici* superat nomen *Lusatiæ*, die Lausenitz. (*h*) Anno DCCCCLXV. Otto Imp. Ecclesiæ Magdeburgicæ varios mellis census & decimas in diversis pagis donavit, quos inter Sedepalio tenuerant *Lusici* & *Morcini*. (*i*) Conf. *not. ad Daleminc. Graunii sub lit. L.*

M.

PAGUS MACERACIUS. Locelli in eo dicti *Alticio* meminit *Mabill.* in charta Vandemiris anno DCXC. (*k*)

MADRIACENSIS, *Matriacensis*, *Madreciſus*,

(*d*) L. III. (*e*) Conf. chron. Albin. Misnens. p. 434. (*f*) L. III. & VI. p. 142. 155. VII. p. 192. (*g*) tit. IV. p. 48. tit. XX. p. 254. tit. XXII. p. 298. (*h*) Albin. l. c. p. 434. (*i*) Sagittar. Antiqq. Magdeburg. §. 83. (*k*) L. VI. chart. 14.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1,ZEN Leibn. Marg. 48, [138] - 126

ciſus, *Madricenſius*, *Madricenſis*, *Matricenſis*. A quo *Thietbertus*, vel *Theodebertus*, Comes *Matricenſis* dicitur Eginhardo in Annalibus. Nuncupatur pagus *Madricenſis* inter Ebrecinum & Rodomenſem in Capitulis Caroli M., *Madreciſus* i. e. *Madrecenſis*, nec non *Madricenſis* in Capitulis Caroli ejus Nepotis. Hunc pagum irrigant amnes *Autura*, Eure, *Itta*, Iton, *Arva*, Aure, & *Maldra*, Maude, *Nelfam* alluens, Neaufle, qui *Maldra* Madria dictus eſſe, & Comitatui pagoque *Madricenſi* nomen dediſſe, quibuſdam falsò creditur. Literæ Pipini Regis *Pincionem* montem in Comitatu *Madricenſi* memorant. Ejus pagi meminit in Martyrologio MS. *Uſuardus* his verbis XI. Kal. Jul. In pago *Madriacenſi* S. *Leutfredi* Confeſſoris. Hic eſt *Leutfredus*, Abbas Monaſterii, quod *crux S. Audoëni* primùm, deinde *crux S. Leutfredi* dictum eſt. *Leutfredum* in pago *Ebroicenſi* natum, & in eodem pago Monaſterium ejus ſitum eſſe, libellus de vita ipſius docet: licèt *Uſuardus* aliique cœnobium illud pago *Madriacenſi* attribuant, atque etiam ob id *Madriacenſe* nonnunquam appellent. Pagus *Madriacenſis*, vulgò *Madrie*, olim vocabatur, nomine pridem exoleto; quem pagum ab urbe Ebroicis & Ittone amne ad *Aruam* fluvium, (Aure) & ad Sequanam flumen Verronemque oppidum pertinuiſſe nonnulli arbitrantur. De portione *Sibriaci* villæ in pago *Matriacenſi* annô DCCLII. à Pipino, Francorum Rege, Monachis Dionyſianis data vide *Mabill.* (*l*)

MAGDUNENSIS. Cui *Magdunum* ad Ligerim nomen dedit. In teſtamento *Leodebodi* Abbatis apud *Helgaldum* fit mentio *Rauſedonæ* villæ, quæ eſt in pago *Magdunenſe*, *le Mehunois*.

MAGNIMONTENSIS. Magnus mons, *Maimont* vel *Memont*, caſtrum olim oppidumve fuit in Lingonibus, à quo pagus hic dicitur. In ſiteris *Philippi* I., Franc. Regis, anno MLXXIII. datis, ſignum Ebonis *de monte Celſo* reperitur.

MARSUM. *Heribaldus* Clericus condonabat & tradidit Eccleſiæ in pago *Marſum*, ubi Moſa intrat in mare, cum appenditiis ſuis, & mariſcum, unde berbices naſcuntur. (*m*) Fuit ergo *Mar-*

(*l*) L. VI. chart. 40. Conf. Valeſ. l. a. p. 120. §. 323. (*m*) vid. teſtament. Willibrordi in cod. piar. donat. Miræi c. 8. p. 32.

Marsum propè ostium Mosæ. *Marsacos* nonnulli in hoc tractu collocant. *Mariscum* est locus paludosus, *Moras* Belgis. *Berbices* sunt *Barbeelen*, pisces in Mosa frequentes.

MATISCONENSIS. In divisione Regni Francici à Carolo M. facta, & in Capitulis Caroli Calvi apud Silvacum editis: in veteribus tabulis autem *Matescensis* dicitur, *le Masconois*. Bellojocenses citra Ligerim sitos esse, ob idque Provinciæ Lugdunensi ac Diœcesi *Matisconensi* attribui, prodidit *Massonus*. *Matisco* olim suos, uti *Cabilonum*, Comites habuit præpotentes ac nobiles.

MATTENSIS. Henricus II. prœdium *Ballodium*, seu *balodium*, in pago *Mattensi* affert, *Ballieu en Matoix*. (n)

MAURIPENSIS. Mentionem faciunt Annales Bertiniani annô DCCCXLI. his verbis: Lotharius in Carolum subitò vertitur. Carolus *Loticiam* Parisiorum regressus, transito Sequana flumine, Lotharii molitionibus diu obsistit. Lotharius transpositione fluvii prohibitus, superiores ipsius expetens partes, per *Mauripensem* pagum Senones penetrat. Ex quibus intelligitur, Lotharium circa Lutetiam Sequanam transire prohibitum à Carolo Fratre suo, superiores dextræ ripæ fluminis partes, quà *Corboilum* Parisiorum, *Melodunum* Senonum & *Monasteriolum* posita sunt, petivisse, & transito apud *Monasteriolum* flumine per pagum *Mauripensem* Agedincum Senonum perveniisse, unde ad Cenomanos per fines *Cornutum* contenderit: ita ut *Mauripensem* pagum inter *Sequanam*, *Icaunam* & *Lupam* fluvios jacuisse appareat, hinc ad *Monasteriolum*, *Brajum*, *Novigentum* ad Sequanam, & ad XII. pontes, inde ad villam novam *Gujardi*, pontem *Icaunæ*, *Murittum* ac nemus. Quare in eisdem Annalibus Novientum villa h. e. *Novigentum* ad Sequanam pago *Mauripensi* attribuitur. Anno DCCCLIX. ossa Beatorum Martyrum *Dionysii*, *Rustici* & *Eleutherii*, metu Danorum in pagum *Mauripensem*, in villam sui juris *Novientum* devecta sunt, atque XI. Kal. Octob. in loculis diligenter conlocata. Devecta autem sunt ex Monasterio S. *Dionysii* ossa trium nostrorum Martyrum adverso flumine Sequana, in villam pagi *Mauripensis* Novigentum, quæ Sequanæ imposita & juris ipsorum

(n) Vales. p. 579.

tum erat, abestque ab urbe Lutecia XVII. aut XVIII. leugas, à *Monasteriolo* tres, ac pridem ex villa oppidum evasit. Acta Synodi Svessionis habitæ anno DCCCLXII. pro pago *Mauripensi Morivensem* corruptè appellant, au in o, & p. in u ex more conversis, & inter villas Monasterii S. Dionysii numerant villam Belnam in pago *Vastinensi* sitam, (*Beaune en Gastinois*) villam *Novigentum* super Sequanam, in pago *Morivensi* sitam. Carolus Calvus in quibusdam literis circa idem tempus datis pagi quoque *Morivensis* meminit, & villam *Madriniacum* in *Morivensi* Comitatu sitam, vulgò *Marnay*, atque locum *Buxidum* (Buxoy) eodem in pago commemorat. Villa ergò *Novigentum* ad Sequanam in pago *Mauripensi*, vel *Morivensi* posita erat, & ad Monachos S. Dionysii pertinebat, uti Annales Bertiniani & Acta Synodi Svessionicæ disertè docent. Certè etsi nunc Reges Galliarum *Novigento* ad Sequanam potiuntur, tamen Monasterii S. Dionysii monachi *magnam alnum* (à grande Aune) fundum proximum *Novigento*, atque adeò intra muros ipsius *Novigenti* pleraque jura dominica, inprimis furnos bannales, hodieque possident. Carolus Calvus in Capitulis Silvacensibus anno DCCCLIII. ejus pagi meminit, Morvisumque i. e. *Morvensem* sublatâ I. literulâ vocat pro *Morivensi*, hisce verbis: *Werilo* Episcopus, *Odo* & *Donatus* misit in pago Senonico, Trecasino, Wastoniso, Miliduniso, *Morviso*, Proviniso &c. ubi si quis contendat, *Moriviso* legendum esse, h. e. *Morivensi*, equidem non repugnaverim, cùm videam, à Carolo ipso Calvo suprà pagum *Morivensem* nuncupari, & in Actis Synodi principatu ejus sessionis habitæ: nec verisimile sit, eundem pagum ab eodem aliter atque aliter appellatum fuisse. Ceterùm *Mauripensis* pagus haud dubiè est *Auripensis*, vel *Huripensis*, (le Hurepois) quem nonnullæ tabulæ inter amnes Ligerim & Lupam & Icaunam sub pago *Vastinensi* rectè ponunt. Aliæ inter fluvios *Urbiam*, *Loam*, *Junnam*, & *Sequanam* circa *Dordingum*, *Castra*, *Stampas*, *Firmitatem Adelheidis* atque *Melodunum*. Quidam ab *Hosdenco* castro, seu à Vegeria fluvio ad Maldram, vel Mandram amnem cuncta *Huripensi* pago attribuunt, nimirum montem fortem *Amalarici*, villam petrosam, *Rumbelitum* quoque ad Remandam, quod & vocitant

Rambeüillet en Hurepois, cum parte ſilvæ Aquilinæ, Caproſiam caſtrum ad Ivetam &c. Certè conſtat, partem pagi Pariſiaci trans Sequanam poſitam ad *Beveram*, *Urbiam* & *Junnam* fluvios, ipſam etiam regionem urbis Lutetiæ trans flumen ſitam, quam *Univerſitatem* vocant, pridem à Gallis *Huripenſi*, vel *Heripenſi* pago accenſeri. Quare ſi quis parùm urbanè aliquid fecit aut dixit, qualia Scholaſticis univerſitatis ſœpè accidere & excidere conſueverunt: *hoc pagum Huripenſem ſapere* dicimus, i. e. *univerſitatem*, ejuſque collegia, vel publicas ſcholas. Præterea cùm tres Archi-Diaconos jam pridem habeat Eccleſia Pariſiaca, Majorem ſeu *Pariſienſem*, *Brigenſem*, (de Brie) & *Joviacenſem*, (de Joas) trans Sequanam poſita curantem; Archi-Diaconus *Joviacenſis* olim dictus eſt Archi-Diaconus *Heripenſis*, vel in *Heripenſi*. In quadam deſcriptione Franciæ dicitur pagus *Huripenſis* incipere à Sequana, & à minore parte Lutetiæ Pariſiorum, & ſecundùm flumen Sequanam ad *Corbeilum* Pariſiorum, *Melodunumq.* & *Muritum* Senonum oppida pertingere: apud *Murittum* Lupâ amne à pago *Waſtinenſi* dividi: ubi magnificentiſſimum Regis Galliæ palatium fons *Blaaudi* in ſilva Bieria videtur. Qui ſitus pagi *Huripenſis* convenit planè his, quæ ſuprà de pagi *Mauripenſis* ſitu ex Annalibus Bertinianis obſervavimus. Ex quo colligitur, pagum *Mauripenſem* & *Huripenſem* unum eundemque eſſe. (o)

Mecinga pagus Frisiae, in eo villa Sutdorf. Vid. Trad. Fuld. MS. in quib. etiam est alibi villa quae dicitur Sutdorf in pago Mecinga.

MEDENANTENSIS, *Medenentenſis*, *Medelentenſis*, ab *Audoëno* in vita *S. Eligii* (p) territorium *Medenantenſe*: pagus *Medenenti* in diviſione Regni à Ludovico Pio Aug. facta memoratur; cujus filius Carolus, cognomine Calvus, in literis ſuis enumerans ad Monaſterium S. Petri & S. Bavonis, Gandæ ſuper fluvium Schald ſitum, pertinentes, commemorat in pago *Medelentenſe* villam *Solelnum*, aliàs *Sehelnum*. Aliæ ejusdem Caroli literæ in pago *Medenentenſi* villam Rumcinium collocant. Pagum *Metelentenſem* vocat Lotharius, Franciæ Rex, in tabulis anni DCCCCLXVII. Pagus *Medenantenſis*, ſeu *Medenentenſis* nunc dicitur *le Melantois*, n. literâ in l. converſâ, ùt caſtrum Nantonis *Chaſteaulandon*, unicornem *licorne* Galli vocant. Caput pagi

(o) Valeſ. l. c. p. 326. (p) L. II. c. 7.

pagi *Medenentenſis* eſt *Seclinium*, Seclin, Collegio Canonicorum & S. *Piatonis* Martyris reliquiis nobile, quod *Audoënus* vicum *Sacilinum* appellat.

MEGINENSIS non procul aberat à caſtro *Antunnaco* ad Rhenum poſito, ùt docent Annales Metenſes, ſeu chronicon S. Arnulfi anno DCCCLXXVI. hiſce verbis, quæ & apud *Reginonem* leguntur. (q) *Movit verò abſq; morâ exercitum cum quinquaginta & eò amplius, ùt ferunt, millibus in pago* Meginenſe, *non longè ab* Andernaco *caſtello. Adverſus eum ad pugnam procedit, ſed non ſalvatur ex multa virtute* Carolus Calvus *vel Senior Imperator. Megenenſium* vocatur in diviſione Regni Lotharii anno DCCCLXX. facta, ponitúrque inter *Ripuarias*, vel *Ribuarias*, ſeu *Riparias*, & *Beda gouvam*, ſeu pagum *Bedenſem*. Malè ergò pagum *Meginenſem* accenſet *Brouver.*, quem & *Megnacenſem* à Majoribus dictum falsò aſſerit. Nusquàm enim in veteribus tabulis & literis hoc nomen reperiri memini, ſed pagum *Magniacenſem* in Pipini & Caroli Magni donationibus dici eum invenio, vulgò *Meyland*, inter Moſellam & Rhenum in Treviris. Huic pago nomen dedit *Meginum* vel *Megenum*, vulgò *Meyen* dictum: quem locum ajunt proximum eſſe *Antunnaco* & Bedæ vico, ſeu *Bidburgo*, à quo *Bedenſis* pagus nomen accepit, ac eſſe in Trevirorum finibus oppidulum, *Magniacumq;* etiam nuncupari. *Broverum* in errorem induxêre *Mariani Scoti* verba hæc in rebus anni DCCCLXXV. In *pago Meginenſe*, nomine *Ripuaria*, non longè ab *Andernachin* caſtello &c. Quæ verba perſuasêre *Brouvero*, pagum *Meginenſem* Ripariorum pagis annumerari oportere, cùm pagus *Meginenſis* ſeu *Megenenſis* à Ripariis haud dubiè differat, & *Regino* Annalesque Metenſes ſuprà laudati, unà cum diviſione Regni Lotharii, apertè indicant, apud Marianum duo verba, nomine *Ripuaria*, quæ ab ignaro Geographiæ inſerta, autpotius furtim intruſa fuerunt, expungenda eſſe. Pagi enim *Ripariorum*, & pagus *Meginenſis* proximi quidem ſunt, aut etiam contigui, ſed tamen nihilominus diverſi. (r)

MEINEFELD, *Meinfelt.* In hoc ſitum erat Monaſterium

(r) Valeſ. l. a. p. 330.

sterium puellarum *Kesselenheim*, Keßelnheim / quod, judicio Optimatum Francorum, in jus Imperiale Otton. Imp. devenerat, cùm *Conradus* & *Everhardus*, qui illud hactenus possidere visi sunt, exhæredes & inlegales judicati sunt, quod ideo Otto Ecclesiæ Magdeburgicæ dedit. Datæ sunt literæ VIII. Kal. Sept. anno DCCCCLXVI. Indict. IX. anno Imperii Ottonis Imp. V. Regni autem XXXI. Actum Strazburgo. Villæ in eo, teste *Frehero*, (*f*) hæ sunt:

Alisinza,
Berge,
Chiracha, quod & *Cheiri*,
Chella,
Erchin,
Flammersheim, apud *Aimoin*.
Frachsena,
Husenrode,
Inicha,
Kardana,
Mertilacha,
Moresdorf,
Poleche,
Scissin,
Vankele ad Mosellam,
Wilere.

MELDACENSIS Comitatus, vulgò *le Comte de Mauge*, aliàs *les Mauges* memoratur in literis datis annô DCCCCXXXVIII. his verbis: In Comitatu *Meldacimse*, in pago, qui dicitur *Conedensis*, Conede. Videtur à *Meldaco* (Mauge) oppidulo nomen inveniſſe. Hic pagus nunc Andibus, seu Andicaviæ attribuitur, cùm sit trans Ligerim positus in montibus ac in finibus Pictonum, ac Episcopo Pictavienſi subjectus, parsque veteris pagi Pictavi. Dicitur aliis pagus *Medalcensis*. Item in literis Caroli Calvi pagus *Medalgus* & pagus *Medalgicus*. Quibus in literis Carolus Monasterium S. *Florentini*, aliàs *Florentii*, con-

(*f*) P. II. Orig. Palat. c. 9.

constructum esse super alveum Ligeris in pago *Medalgo*, & *Didonis*, Episcopi Pictavensis, Præsulatui subjacere pagum *Medalgicum* ait. (*t*) In præcepto Ludovici Pii pro commutatione quorundam prædiorum inter *Hilduinum*, Abbatem Dionysianum, & *Ermentrudem*, Abbatissam Jottensem, mentio fit pagi *Meldensis* apud *Mabillon.* (*u*)

MELDENSIS. Vide *Valesium* (*vv*) & *Aimoin.* (*x*) *Megledunensis* Greg. Tur. (*y*) Flod. ann. DCCCCLXII. Synodus XIII. Episcoporum in pago *Meldensi*, super *Naternam* fluvium, ex Remensi videlicet & Senonensi Diœcesi celebratur.

MELDEQVUS. *Theodericus*, Rex Francorum, Vir Illuster, cum consilio Pontificum, vel Optimatum suorum, villam *Latiniacum* in pago *Meldequo* Monasterio S. Dionys. annô DCXC. concessit. (*z*)

MELODUNENSIS. A *Meloduno* Senonum, oppido vetustissimo, nomen accepit. *Milidunensis* pagus, seu Comitatus, est in præcepto *Roberti*, Francorum Regis, pro confirmatione rerum, quas *Burchardus* Comes, & *Rainaldus* Episcopus Fossatensi Monasterio annô DCCCCXCVIII. tradiderunt. (*a*)

MELTIANUS, *Melcianus*, seu *Meldensis*, quem *Gregorius* (*b*) Comitatum *Meldensem*, Gesta Dagoberti Regis territorium *Meldicum* vocant, aut totus, vel ex parte in Capitulis Caroli M. *Melcianus* dicitur, ponitúrque inter pagos *Parisiacum* & *Meliduenensem*, à Ludovico Pio Aug. in divisione Regni inter Filios *Meltianus* vocatur à Carolo, ejus Filio in Capitulis latis in Conventu Silvacensi similiter *Melcianus* pagus: quod scilicet tùm urbs ipsa, *Meldi* pagi caput, *Meltis* & *Melcis* corruptè nuncupabatur à Nithardo (*c*) *Miliciacus*. Certè in antiqua vita S. Pirminii *Meltis* appellatur civitas *Meldorum:* unde *Meltiani* pagi nomen est ortum. Hodieque pars *Meldici* pagi trans Matronam flumen in Belgis sita, vulgò dicitur *Multianum*, *le Multien*, nomine ex *Meltiano* deducto, & unius tantùm mutatione literæ corrupto. Qua ex parte *Meldi* Silvanectum, seu Vadensium & Svessionum fines attingunt. Reliqua agri *Meldici* portio Matronam inter & Sequanam jacet in

(*t*) Vales. l. c. p. 330. B. (*u*) L. VI. chart. 80. (*vv*) l. c. p. 369. B. (*x*) L. V, p. 495. (*y*) L. VI. c. 32. (*z*) Mabill. l. c. chart. 13. (*a*) Id. l. c. chart. 147. (*b*) L. VIII. (*c*) L. IV.

Celticæ pago Briegensi: eaque ex parte *Meldi* Senonum & Parisiorum finibus arctatur. *Multiantum* igitur trans Matronam, & *Goëlla* regiuncula ei proxima, in qua locus Comitatusque Domni Martini, ad *Meldos* pertinent, eisque attribuuntur. Pipinus, Francorum Rex, in literis datis anno I. Regni sui *Melciani* meminit, ut & pagi. *Bragobanti*, i. e. Bracbanti, pagique Briegii. (*d*)

Menapiscus idem qui Menapiscus. Illustr. vita S. Wlmari c. 5. memini.

MENAPISCUS. Nominat eum *Jac. Meyer.* (*e*) ad annum DXXXI. Videtur nomen accepisse à *Menapiis*, de quibus *Strabo.* (*f*) Apud *Miræum* (*g*) dicitur *Menapisco.* In eo fuit *Truncinium*, ubi Collegium Clericorum instituit S. *Amandus.* Ejus vici, seu castella fuêre:

Aldenburgus,
Turholt,
Rodenburgus,
Ostburgus,
Worenholt,
Heclesbeka,
Crombeka,
Strasella,
Groneberg,
Watamum,
Casletum,
Baliolum,
Steinfordium,
Pupumingaheim,
Hypra,
Meschina,
Varmestron,
Cominini,
Longomarca. (*h*)

MERSTEM. In pago *Merstem* in Comitatu Comitis *Helimanni* octo mansi. Otto III. in diplomate anno MII. IV. Id. Januar. in *Brugthem* dato, quo Matronæ cuidam *Helenburg* licenti-

(*d*) Valesi. l. c. p. 335. Conf. Mabill. L. VI. chart. 30. (*e*) L. I. Annal. Flandr. (*f*) L. IV. (*g*) L. I. Donat. Belg. c. 19. p. 40. (*h*) Meyer ibid. Conf. pagum Flandriens.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1,ZEN Leibn. Marg. 48, [146] - 134

centiam dedit faciendi Congregationem Sanctimonialium in villa *Visbike*. (*i*)

METELENTENSIS. Meminit hujus *Valesius*, (*k*) *le Melantois*, & Carolus Calvus in confirmatione prædiorum, *S. Bavonis* Monasterio Gandensi collatorum. (*l*) Pagi hujus caput est *Seclinium*, Seclin, Collegio Canonicorum & lipsanis S. *Piati* Martyris nobile. (*m*)

METENSIS. Pars pagi *Mettensis* inter fluvios Saliam & Nitam Gallicum seu Romanum posita, *Salinensis ager* vocatur, *le Saunoy*, à *Salinis*, quibus abundat circa *Marsalium* præcipuè, & vicum ac castellum *Salinense*, aliisque in locis. *Mettensem* pagum aut totum, vel ex parte, *Metingouv* dictum esse à Germanis accolis, docent me literæ *Sigifridi* Comitis, datæ anno DCCCCLXIII. castellum *Lusilinburch* in pago *Metingouv* super ripam *Alsuntiæ* fluminis memorantes. Ex quibus cognoscitur, pagum istum non *Ornam* modò fluvium, sed etiam *Alsuntiam*, quem Ausonius *Alisontiam* vocat, olim attigisse. Quippe *Luciliburg* vel *Lusilinburch* castellum appositum est *Alsuntiæ*, seu *Alisontiæ* fluvio, vulgò *Alsiz* dicto, & ab urbe *Mettis*, capite pagi cognominis, abest leugas non amplius octo vulgares, seu minores. *Mettingouvam*, ait *Brouverus*, ab urbe Mettis, quam sinu amplectebatur, nomen habere: amplum eum pagum esse, & *Arduennensi* pago, ac *Luciliburgensi* Ducatu, atque valle *Alsontiensi*, quam *Alsontia* Luciliburgensis fluviolus irrigat, terminari. De villa nuncupata *Vidiacum*, Vigii, sita in pago Mettensi, vid. chartam *Hugonis*, Archi-Episcopi Rotomagensis, apud Mabillon. (*n*) Caroli Magni præceptum pro confirmatione commutationis quorundam prædiorum in pago *Mettensi* initæ inter *Fallradum*, Abbatem Dionysianum, & *Eufemiam*, Abbatissam Parthenonis S. Petri in urbe Mettensi, de anno DCCLXXXII. vide apud Eundem. (*o*)

MICTERGA. Anno Dominicæ Incarnationis MXXX. *Conradus* Imperator difficili periculosoque itinere regionem Ungariorum pervasit, & *Meinwerco* sibi ubique devotè obsequenti, inter-

(*i*) vid. Madet. Antiq. Brunsvic. edit. sec. p. 207. & 215. (*k*) l. c. p. 161. B. (*l*) Miræi cod. plan. donat. c. 18. p. 73. (*m*) l. c. c. 37. p. 192. (*n*) in not. ad charr. 29. l. VI. p. 484. B. (*o*) l. c. chart. 57.

interventu *Gislæ* Imperatricis, Filiique Ejus Henrici Regis, Kal. Jun. in Merseburg quondam *Bernardi* Comitis prœdium, *Batberg* dictum, cum decem mansis circa eundem montem jacentibus, in pago *Michtorcha*, in Comitatu *Haholdi* Comitis situm, testamentariâ auctoritate ei contulit, quod ideo hereditario jure in Imperialem potestatem successit, quia Idem Comes *Bernardus* spurius, quod vulgò *Waubortin* dicunt, fuit. Verba sunt Autoris *vitæ Meinwverci.* (p)

MILIDUNENSIS pagus, seu Comitatus est in præcepto *Roberti*, Francorum Regis, pro confirmatione rerum, quas *Burchardus* Comes, & *Rainaldus*, Episcopus, Fossatensi Monasterio annô DCCCCXCVIII. tradiderunt. (q) Conf. *Melodunensem.* Vide sis etiam *Aut. vit. Ludovici* (r) & *Aimoin.* (s)

MILSCA. Nominatur in diplomate Henrici IV. Imp. ad annum MLXXI. citante *Petro Albino.* (t) In hoc fuit villa perampla *Boreliz*, sive *Goreliz*, quo de Idem (u) & *Reinecc. ad Ditmar.* (vv)

MILZENI, seu *Milceni*, *Milcieni.* Meminit ejus *Ditmarus.* (x) Fuit pars Soraborum, ùt notat *Reinecc.* (y) *Albinus* à *Milda* fluvio dictos putat. Bello petitos legimus ab Henrico II. Imp., domitos ab *Eccardo* I. Marchione Misnensi.

MINERVENSIS. Nomen habet à castro *Minerva.* (z) Dicitur etiam *Minerbensis.* Sunt eædem res in Comitatu Narbonensi, in pago *Minervensi*, in villa *Honeriaco* vel in *Vidrano.* Præc. Caroli Simpl. pro Theodosio ann. DCCCCIV. *Gelasii* II. bulla de privilegiis Monasterii *Caunensis* in Diœcesi Narbonensi anno MCXIX. in *Minerbensi* pago villam, quæ dicitur *libras*, cum Ecclesia sua, villam *Bajani* cum Ecclesia sua, *Ulteſiam* cum Ecclesia sua &c.

MIREBELLENSIS, vel *Miribellensis.* Vid. *Pictavus.*

MOGELLANI, *Mogelini.* Pagus Misniæ. (a) Ditmarus vocat civitatem. Ubi notes velim historiam ejus, repetitam

(p) c. 105. (q) Mabill. l. c. chart. 147. (r) c. 1. (s) L. V. p. 495. (t) l. a. p. 435. (u) l. c. (vv) p. 280. (x) L. I. p. 9. L. V. p. 107. & L. VI. (y) l. c. Conf. chron. Albin. p. 391. & 431. (z) Vales. l. c. p. 339. a. (a) L. V. p. 116.

tam à Fabricio. (*b*) Alibi dicit *Ditmarus*: (*c*) posthæc Henricus cum exercitu ejusdem à finibus suis per *Niseni* & *Daleminci* pagos usque ad *Mogelini* ducitur.

MOILLA. Comitatus aut pagus. Nithardus (*d*) *Moillam* memorat. Et per fines Ribuariorum Comitatus *Moilla*, *Halt*, *Trahammolant*, *Masagobbi*. Quæ verba corrupta hîc emendari oportere puto; *Moilla*, *Hattuarias*, *Hammolant*, *Masagobbi*, vel *Masagovvi*. In Annalibus Bertinianis ad annum DCCCXXXVII. eadem verba mendosa reperiuntur. Comitatus *Moilla*, *Ettraham*, *Melant*, *Mosagao*. Ubi legendum est Comitatus *Moilla*, *Attuariæ*, *Hammelant*. Quanquam audacter forsitan *Haltra* & *Ettra* in *Hattuarias* muto, sed *Hammolant*, vel *Hammelant* feliciter restituo, quem Comitatum *Hamarlant* iidem Annales anno DCCCXXXIX. nuncupant, ac inter Ducatum Frisiæ & Comitatum Batavorum locant. Et *Hammolant* quidem, vel *Hammelant*, aut *Hamarlant* nomen esse germanicum, compositum ex *Ham*, quod *vicum* significat, & ex *land* seu *lant*, quod est *terra*, vel *regio*, quivis videt; quam regionem pro *Hammoland* postea dictam esse putat Valesius *Hollandiam*. *Moilla* verò *Moila* vocatur in testamento *Everardi* Comitis & *Gislæ*. Judith autem volumus, ut habeat curtem nostram in pago *Moila Helissem*. (*e*) Est ejus nominis villa & Monasterium Præmonstratensium apud Thenas, oppidum Hasbaniæ Brabantinæ, vulgò *Heylleſſem* ad Hasbam fluvium. Quæ curtis & Abbatia si hêc designetur, docet Comitatum & pagum *Moillam*, vel *Moilam*, partem olim Hasbaniæ, & unum de quatuor ejus Comitatibus exstitisse.

MORANGANO. Fuit in eo regia curtis *Maranga*, in Comitatu *Bernardi* Comitis, quam *Unvvanus*, Archi-Episcopus Bremensis, cum manu Advocati sui *Udonis*, Henrico II. Imp., omnium hominum contradictione remotâ, tradidit, & Ipse Imperator pro remedio animæ suæ Prædecessoris tertii *Ottonis*, Divæ memoriæ Imp. Augusti, & incolumitatis suæ vitæ, & spe futuræ, cum omnibus attinentiis *Meinvverco*, Episcopo Padebornensi, concessit

(*b*) in Annal. Miss. urbis sub ann. 1017. (*c*) L. IV. p. 65. (*d*) L. I. (*e*) vid. cod. piar. donat. Miræi c. 21. p. 95.

sit annô MXIII. (*f*) Henricus II. Rex anno MXVI. Ecclesiæ Padebornensi donat villam, seu cortem *Moronge* in pago *Moronga-no*, in Comitatu *Bennonis* sitam. (*g*) Quam curtem *Moronga*, in pago *Moronga*, *Imadus*, Episcopus Padebornensis, Canonicis suis restituit anno MLXXV. (*h*) Vita S. Meinwerci c. 25.

MORASSOW. Anno XXX. Regni IV. Imperii, i. e. anno DCCCCLXV. *Otto* M. Imp. ad petitionem *Adelheidis* Conjugis suæ, *Poponis*, Episcopi Wirtzburgensis, Comitis Hennebergici, & *Geronis* Marchionis, dedit S. Mauritio in Magdeburg duas civitates, *Lauborn* & *Tuchime*, sitas in occidentali parte Albis fluminis, in pago *Morassovorum*, (Moroszanorum) in Comitatu dicti Marchionis. Actum XV. Kal. Jun. in Dornburg. Hæc verba descripsit CL. *Meibom.* ex Registratura, ut vocant, Ecclesiæ Magdeburgensis. (*i*) *Georg. Torquatus* (*k*) in fundatione Monasterii *Lietzke* propè Magdeburgum, Archi-Episcopatûs Magdeburgensis partem transalbinam scribit vocari *Morschoviam*, additque, eam extendi ad Havelam usque fluvium. Eodem attestante, in diplomate Conradi Imp., quô confirmatur institutio Monasterii *Hierochiani*, Provincia hæc *Scholeve* appellatur, ab oppido ejus nominis in citeriori ripa Havelæ.

MOREZINI, *Moritzani*. Fuit hic juxta Magdeburgum, *Ditmaro* teste. (*l*) Fortè idem erit cum pago *Mortasini*, cujus meminit diploma fundationis cœnobii Bergensis propè Magdeburgum. Sed in istis tabulis, quas è *Torquati* chron. MS. affert industrius *Meibomius*, *Motsani* reperio, non *Mortasini*. (*m*) Nec in accuratissimo indice utilissimi Voluminis vel volam, seu vestigium pagi *Mortassini* inveneris, nisi ad pagum *Morezini*. Tomo primo tamen (*n*) *Mortsani* legitur in repetito cœnobii istius diplomate fundationis. In pago *Mortzan* fuit burgvvardium *Driezole*, ut notatur in chronico Magdeburgensi in vita *Dagenonis*.

(*f*) Aut. vit. Meinvverc. c. 25. (*g*) vid. P. I. Annal. Padeborn. p. 418. (*h*) l. c. p. 586. (*i*) conf. Spangenberg. chron. Henneb. L. I. c. 25. (*k*) Annal. Magdeb. & Halberst. P. I. L. II. c. 4. (*l*) L. VI. p. 141. (*m*) vid. utramque edition. chron. Bergens. Helmst. 1669. in 4. p. 2. & T. III. rer. Germ. Meibom. p. 290. (*n*) p. 741.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [150] - 138

nis. *Morſan* ſcribit Anonymus. (o) Pagus *Mortzan*, eſt additio Junioris *Meibomii*, fortaſſis eſt idem cum pago *Moraſſovv*, de quo paulò antè. In diplomate enim Ottonis Imp. pro *Moraſſovorum* in ſuo exemplari legi *Moroszanorum*, notat CL. *Sagittarius*. Anno DCCCCLXV. Otto Imp. Aug. Eccleſiæ Magdeburgenſi varios mel is cenſus & decimas in diverſis pagis, etiam in *Morcini* dedit. Idem *Otto*, ob interventum Conjugis ſuæ *Adelheidis*, filiíque *Wilhelmi*, S. Moguntinæ Sedis Archi-Epiſcopi, ac *Geronis* Marchionis, quasdam ſuæ proprietatis villas *Preſſitz*, *Moſer*, *Nedeliz*, *Puciani* ultra Albiam fluvium, in pago *Moritzani* dicto, & in Comitatu prædicti *Geronis* ſitas, cum omnibus earum appenditiis, Eccleſiæ Magdeburgenſi donavit anno DCCCCLXXI. Burgvvardium *Bitriſi* in pago *Moraſani* dedit Otto III. *Sigiberto* Comiti anno DCCCCXCV. VII. Kal. Nov. Indict. VIII. anno autem tertii Ottonis regnantis XII. Actum Sceninge. (p) Vide pagum *Sprevva*.

MORINORUM pagos Cæſar commemorans apertè indicat, plures fuiſſe. Inter eas erat pagus *Tervannenſis*, & portio ejus *Ternenſis*, le *Ternois*, dictus ab amniculo *Terna*, Ternois. Fuit & pagus *Geſſoriacus*, ſeu *Geſoriacus*, qui & Bononienſis, veteris Comitatus titulo inſignis, *le Boulonnois*, VI. pars Morinorum, cujus *Plinius* (q) ita mentionem facit: *Menapii*, *Morini*, *Oromanſaci*, juncti pago, qui *Geſoriacus* vocatur. Quibus ex verbis colligi poteſt, aut *Oromanſacos* clientes partemque Morinorum proximos fuiſſe pago *Geſoriaco*, aut certè potius eos ac *Geſoriacenſes* unum eundemque pagum, nimirum *Geſoriacenſem*, conſtituiſſe. Quidam huncce pagum, fortè quòd depreſſus ac humilis ſit, à ſitu & natura locorum *foſſam Bononienſem* vocant, *la foſſe du Boulonnois*, ejusque circuitum eſſe XXVI. leugarum ajunt, ſive 80. millia paſſuum. Ibi *Stapulæ*, *Geſoriacum*, vel *Bononia*, pagi caput, & *Amblitolium* ad mare eminent. Bononienſem Comitatum & pagum attingit pagus Comitatusque, *Giſnenſis*, vetus ac inſignis, Morinorum finibus incluſus, *Giſnas*, *Felnas*-

(o) in chron. Magdeb. T. II. cit. Meib. p. 282. (p) vid. Antiquit. Brunſvic. Maderi cit. p. 203. (q) L. IV. c. 17.

Ardamõ, continens, *le Comte de Guines*, aliàs *le haut pays de Guines* vulgò dictus. Pagum Gisnensem excipit ager *Aucensis*, ab *Auca* vico maritimo, Calesio proximo cognominatus, *la terre d' Oye*: cujus portio arari solita, vocatur à Gallis *le haut pays de la terre d' Oye à labeur*. *Ogiam* aliqui appellant hunc agrum, inter Calesium & Gravenengas ad mare Britannicum jacentem. Sequuntur *Gravenengæ* & *Dunkirca* in Morinis ad mare. Ut uno verbo omnia complectar, quicquid terrarum vetus Sedes Bononiensis, & duæ recentes Diœceses ex Tervannensi ortæ, Audomarensis in Comitatu Atrebatico, ac Ipensis in Flandria continent, Morinorum est & Morinis accensendum. Quare quidam latini Scriptores Comites Flandrensium non absurdè *Morinorum* Comites appellaverunt: quippe qui *Morinorum* partis non contemnendæ imperium obtinerent, & majoris partis Turnacensium Diœceseos, Gandenses olim Brugensesque præter ceteros complexæ, quos Turnacenses *Morinis* etiam *Samson* attribuendos putat. Anselmus, Gemblacensis Abbas, in chronico ab anno MCXIII. ad annum MCXXXVI. deducto, Morinos pro Flandrensibus usurpat, & sœpiùs *Comites Morinorum*, quàm Flandriæ Comites, nuncupare solet. Lege sis etiam de Morinis *Cluver.* (r)

MORSETI, *Mormeri.* Septem inter Frisiæ pagos, quos Scholiastes Adami Bremensis recenset, est *Morseti.* Vide fusiùs de hoc pago *Winckelmann.* (s)

MORVINNUS. Fortunatus *de vita S. Germani* (t) Parisiorum Episcopi, *Morvinnum* absolutè vocat, & inter Lutetiam Parisiorum ac Augustodunum Æduorum ponit his verbis: Quoties Augustodunum voluisset accedere, mox ad S. *Symphorianum* hoc dæmones nunciabant, & occurrentes per *Morvinnum* clamabant. Hic pagus vetus nomen servat hodieque. Dicitur enim *le Morvant*. Quædam tabulè corruptè scribunt *Morvant*, qs. à *mortuo vento* nomen habeat, cùm habeat à *Morvinno*, i. in a. mutato. Nomen autem suum debet vico *Morvinno*, cujus fit mentio cap. XXXIII. libri suprà laudati de vita Germani. Cùm de

(r) L. II. German. antiq. c. 28. (s) l. c. L. II. c. 8. (t) c. 30.

de vico Cervedone in *Morvinnum* progreditar, habitatores loci occurrentes suggerunt. *Paschalis* Papa II. in literis ad *Altardum*, Abbatem Vinceliacensem, anno MCIII. scriptis, villam de *Morvenno* in Episcopatu Æduensi numerat inter villas & Ecclesias ad illud Monasterium pertinentes. Vicus locusque *Morvinnus*, aut *Morvinnum*, non longè à *Cervedone* apud *Fortunatum*, & villa *Morvennus* in Diœcesi Augustodunensi apud Paschalem, una res est. Et *Cervedo* quidem haud dubiè est locus dictus *Cervon* in pago *Morvinno*, vel *Morvinnensi*, non procul à flumine Icauna. *Morvinnus* autem vicus, seu villa quid sit, ignoratur. Erricus monachus de miraculis S. Germani *Morvennicos* saltus & loca *Morvennica* memorat, pagum *Morvennicum* literæ *Adilonis* datæ anno XI. Regni Lotharii, quibus *Adilo* iste, vel *Odilo* res suas, sitas in pago Augustidunense, & in pago *Morvenno*, in villa, quæ vocatur *Cavanæ*, Monasterio Floriacensi donat. In pago *Morvinno* est Cussiacum, vulgò à situ cognominatum, *Cussi en Morvan*. *Morvinnus* pagus partim *Nivernensi* pago, partim dominio *castri canini*, (Chasteau Chinon) partim etiam Burgundiæ attribuitur, estque montosa & silvestris regiuncula, fontibus abundans & pascuis. # In codice *Musciacensis* Monasterii reperi vitam S. *Heptadii* Presbyteri, à veteri autore compositam, in qua dicitur *Heptadius*, ne Autissiodorensis Episcopus fieret, *Morvinnum* fugâ petiisse. *Cellulâ suâ relictâ, proripuit se ad deserta* Morvinni, *in montanam solitudinem properavit, & tamdiu ibi mansit* &c. Vel ex eo uno apparet, pagum *Morvinnum*, sicut diximus, montosum & sylvestrem, ac desertum fuisse. (*u*) Rosenti villæ in pago *Morviensi* mentio est in diplomate Caroli Calvi pro Monasterio Cellensi, ùt *Sirmondus* observat. (*vv*) Sunt, qui Vadicasses pro pago *Morvinno* accipunt, ad Icaunam & Choram Araliumque fluvios jacente: quem pagum verò non in Vadicassibus, sed in Æduis positum esse, & ad Augustodunensem Diœcesin pertinere constat.

MORUNGA. Et hunc pagum Monumenta Padebornensia ad suos referunt.

(*u*) Vales. l. c. p. 360. seq. (*vv*) ad tit. 14. Capitular. ejusd. Principis p. 772.

Mabillonij in Act. SS. Ord. Bened. sec. III. p. 1. p. 692. Morvichensem Burgundiæ pagum vocat, in eoq. Corbiniacum prioratum conventualem S. Leonardi vulgo S. Leonard de Corbigny.

MOSANUS. Pagus *Masau*, seu Comitatus *Masagouvi*. A *Mosa*, flumine nobilissimo & maximo, quod Græcis ὁ Μόσας dicitur & Μώσας, *Masau* pagus nomen accepit. *Mosam* enim veteres *Mas*, *Masa* & *Mase* dixerunt, quem posteriores *Maës* vocitârunt: cui rei indicio sunt nomina recentiora locorum *Maestricht*, seu Trajectum ad Mosam. *Mosacum*, seu *Masacum* Comitatus Losſensis clarum oppidum, *Maes eyck* i. e. *quercus Masæ*, *Crommaës* vicus ad flumen Mosam proximus Leodico, seu *Cromium* ad Mosam. *Masau* ergò dictus est nomine germanico pagus *Mosanus*, ùt *Hainau*, vel *Hainou*, pagus *Hainoensis*, ille à *Mosa* fluvio, hic ab *Haina* amne, ita ut au vel ou *pagum* olim linguâ germanicâ significâsse videatur. Ejus pagi meminit ante annos ferè mille *Paulus*, *Verodunensis* Episcopus, in epistola ad *Desiderium* PP. Cardurcensem Antistitem. *De Regis* (Sigeberti) *conditione innotescimus. Nuper per* Virodunum *Remos pergit, ibiq; Nativitatem Domini exspectat: inde autem* Lauduno *accedit, & inde in* Masao, *ac post ripa Rheno pergit.* Ait, *Sigebertum*, Austrasiorum Regem, *Dagoberti* majorem filium, qui circa AC. DCXXXIII. Rex in Austrasia à Patre constitutus, per Verodunum Remos, tum Laudunum, seu Lugdunum Clavatum, inde *Masau*, seu *Mosanum* pagum, ac demum ripam Rheni, à qua Riparii nomen habent, esse petiturum. In divisione Regni Lotharii anno DCCCLXX. facta *Masau* etiam vocatur *Mosanus* pagus, & dividitur in superiorem & inferiorem ex utraque parte fluminis Mosæ sic: in portione, quam sibi Ludovicus accepit: *Hattuarias*, *Masau* subterior de ista parte, item *Masau* superior, quod de ista parte est: *Lingas*, quod de ista parte est: in portione, quam Karolus de eodem Regno accepit, in *Hasbanio* Comitatus IV. *Masau* superior de ista parte Mosæ; *Masau* subterior, quantum de ista parte est. Lingas, quod de ista parte est Mosæ, & pertinet ad Vesatum. Quæ verba docent, pagum *Mosanum*, sive *Masau*, cùm superiorem, tùm inferiorem, non totum *Mosæ* fluminis cursum à capite ad ostium usque designavisse, sed tantùm modicam ejus fluvii partem, quæ dextrâ ripâ ab Attuariis, seu *Nersæ* amnis ostio ad Leodicensem pagum pertinebat; siniſtrâ autem ripâ inter *Hasbaniam* & agrum Leodicensem jacebat. Si tamen inter Leodicen-

censem, vel Lingensem pagum & Hasbanium, qualis nunc uterque est, interjacere pagus alius potuit non contemnendæ magnitudinis, & in superiorem inferioremque divisus. Certè fluminis *Mosæ* ripas hinc & inde attingebant pagi *Bassiniacensis*, *Barrensis*, *Tullensis*, *Verodunensis*, *Vabrensis*, *Mosomagensis*, *Arduennensis*, *Hasbanius*, *Leodicensis*, *Riparius*, *Attuarius*, *Testrabentum*, *Batavia*, aliique pagi. Legi catalogum Abbatum Gemblacensium MS. in quo pagus *Masavv* terminatione germanicâ nuncupatur, sicut suprà *Masau*. *Eginhardus* (x) nomine latino pagum *Mosanum* appellat, quemadmodum alii pagum *Mosariorum*, alii pagum *Mosanorum*. *Eginhardi* verba sunt: *Est fundus regius in pago* Mosano, *octo circiter leugis ab Aquensi vico disparatus*. Gangluden *habitatores appellant*. Nithardus composito nomine germanico Comitatum *Masagobbi*, aliàs *Masagovvi* nuncupat, (y) i. e. *Mosanum* pagum. *Masa* autem Germanis *Mosam*, *gobbi* vel *govvi*, seu *govve* pagum significat. Annales Bertiniani Comitatum *Masagao* anno DCCCXXXVII. germanicè quoque pagum huncce appellavêre, *Nithardo* ad verbum transcripto; *Mosgavam* alii, Comitatum *Maseland* Arnulfus, Rex Francorum Orientalium, qui postea Imperator factus est, in literis, in quibus Abbatiam S. Servatii, quæ vocatur *Trajecta*, i. e. Trajectum Mosæ, in Comitatu *Maseland* consistentem nuncupavit ante AD. DCCCXCVI. Comitatum *Masalant* Otto III. Aug. Ex *Maseland* Germani fecêre *Maesland*, quod nunc in usu est, ex quo latinus Scriptor *Mosalandiam* facere possit. Pagus *Mosanus* superior dicitur à Germanis *Ober-Maesland*, h. e. superior *Mosæ ager*, i. e. *Mosalandia* superior. Pagus *Mosanus* inferior, *order Maesland*, i. e. inferior ad *Mosam* ager, aut terra, seu *Mosalandia* inferior. In diplomate Ottonis III. Imp., quò ratam habet donationem *Conradi* Comitis cœnobio Gortziensi anno DCCCCLXXXII. factam, nominatur pagus *Mosalgovve*, cum curtibus in eo sitis *Morlinga* & *Lazehi*. (z)

MOSDE. Anno DCCCCLIIX. Indict. II. VI. Non. Jul. ab Ottone Rege aucta est Magdeburgensis Ecclesia diversis bonis

(x) L. IV. de translat. SS. Marc. Marcellini & Petri c. 8. (y) L. I. (z) Mabill. L. VI. chart. 141.

nis suæ proprietatis in pagis *Helingen* & *Mosde*, in locis sic nominatis, *Burckstadin* & *Rinckhurst* in Comitatu & legatione *Henrici* Comitis. Per *Mosde* intelligit D. *Sagittarius Mortzan*, (a) quo de CL. *Meibomius*.

MOSELLANUS, *Mosellensis*, *Moslensis*, à *Mosella* fluvio, qui Tullum Leucorum & Divodurum Mediomatricorum, ac Augustam Trevirorum attingit, atque apud Confluentes in Rhenum labitur, à flumine Mosa paucis millibus passuum distat circa Tullum & *Vallem coloris*: ex quibus Tullum *Mosellæ* adjacet. *Vallis coloris* municipium, aut castellum *Mosæ*, quod & *Britto Armoricus Willelmus* scribit hocce disticho: (b)

Millibus à Mosa *distans ubi* Mosula *paucis*
Leucos & Merres speciosis irrigat undis.

Et *Mosella* quidem, etsi est unus & clarissimus Provinciæ Belgicæ primæ fluvius, tamen si non latitudine alvei, & rapiditate atque altitudine aquarum, saltem longitudine cursûs *Mosâ* multò minor est atque inferior, per Provincias Belgicam primam secundamque Germaniam, nimirum per *Verodunum* ac *Namucum*, & per *Leodicum* ac *Ruræmundam*, *Batavia*mq; Oceanum petente. Quapropter *Mosella* haud dubiè dictus est quasi parvus *Mosa*, aut *Mosa* minor, quòd *Mosæ* finitimo flumini magnitudine cederet. A *Mosella* pagus *Mosellanus*, vel *Mosellensis* nomen habet. *Paulus Langobardus* in libro de Episcopis Mettensibus pagi *Mosellensis* meminit ante annos DCCCXXC. cùm de *Chrodegango* Antistite sic refert: ædificavit Monasterium in parœcia B. Stephani, i. e. in parœcia Mettensis Ecclesiæ, cujus Patronus est *Stephanus*, in pago *Mosellensi*, in honore B. Petri Apostoli, & ditavit illud opibus magnis, Monachosque sub regula S.P. Benedicti ibi constituit. Est autem Monasterium S. Petri non procul à fluvio *Salia* & ab urbe *Mettis*. Præceptum Caroli Calvi meminit capellæ in pago *Moslensi* in villa *Jussiaca*, in honorem S. *Hilarii* Confessoris fundatæ. Ejusdem præceptum de Ecclesia in villa *Jussiaca* DCCCLXIX. in pago *Muselense*, in marca *Durense*, has villas *Machare*, *Lorrithe*, *Baldebrunno*, *Hildenesheim* dat Dagobertus II. diplomate apud Henschenium

L.II.

(a) Vid. antiqq. Magdeb. §. 69. (b) L. X. Philippid.

L. II. c. 10. *Mosanus* vocatur L. IV. de translat. SS. Martyr. Marcellini & Petri, autore *Einardo* Abbate. (c) Monachus San-Gallensis: (d) Godefridus, inquit, *Rex Nordmannorum, fines Regni Francorum invasit*, Mosellanumque *pagum in sedem sibi præelegit*. Pagus *Mosellanus*, seu *Mosellensis*, non totum agrum *Mosellæ* utrinque adjacentem, vel totam *Mosellam* à capite ad ostium continebat, sed tantummodò partem ejus circa *Divodurum*, sive regionem circa urbem Mettas jacentem: quem & Comitatum *Mosellensem*, vel contracto nomine *Moslensem* appellatum esse animadverto, nec non *Mosellim*, aut indeclinabile nomen *Mosellis*. Certè in divisione Regni Ludovici Pii inter Filios, inter pagos Laudunensem & Treviricum, qui & ipse ad *Mosellam* est, *Mosellanus* pagus ponitur hisce verbis: Laudunensis, *Mosellis*, Treveris: & divisio Regni Lotharii anno DCCCLXX. facta in eodem pago, quem Comitatum *Moslensem* vocat, civitatem Mettas collocat. Civitatem Mettis cum Abbatia puellari S. Petri & S. Martini, & Comitatu *Moslensi*, cum omnibus villis in eo consistentibus, tàm dominicatis, quàm & vassallorum. Ibidem *Calmontis*, *Tullense*, *Scarponinse*, & *Treveris* memorantur, ut appareat, pagos *Calmontensem*, vel *Calvomontensem*, *Tullensem*, *Scarponnensem* & *Treviricum*, qui ad *Mosellam* erant, à pago Comitatuve *Mosellensi* fuisse distinctos, & pagi Comitatusve *Mosellensis* nomine Mettensem pagum Comitatumvé solùm, seu *Metingouvam* tùm designari consueviſſe. Ut autem *Mosella* & *Musella* dictus est nonnunquam, ac trunco nomine *Mosla*; sic nunc *Moslensem*, nunc *Mosellensem* pagum, interdum & *Mosellanensem*, & *Musellanensem*, non servatâ analogiâ, vocavêre. Germani *Muselachgouvam* i. e. *Moselgouvam*, vulgò *Muselgouv* nuncupant, i. e. *Mosellanum* pagum, quem ad ripas superioris *Mosellæ* esse ajunt. *Muselengouve* à *Musella*, vel *Musula*, ùt veteres scribebant, ceu apparet in *Fortunato* & tabula Peutingeriana. (e) Duces Mosellaniæ legimus apud San-Gallensem. (f)

MOSMENSIS, *Mosminsis*, ager *Mosomensis*. Mosomum hodie oppidum est ad *Mosam*, in quo Synodum olim habitam Flodoardus & Annales Pithœani tradunt.

(c) c. 8. (d) L. II. c. 21. (e) vid. & Scalig. in lect. Auson. l. c. 1. (f) Loc. jam citato.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1,ZEN Leibn. Marg. 48, [157] - 145

MOSOMAGENSIS, à *Mosomago*. Hincmarus in vita S. *Remigii* Duciacum villam in pago *Mosomagensi*, à *Chlodoaldo* Ecclesiæ Remensi donatam esse dicit. Annales Bertiniani referunt, anno DCCCLXII. Ludovicum & Carolum Reges, condicentes placitum sui Conventûs in futuro mense Octobri, in confinio *Mosomagensis* & Vongensis Comitatûs, ab invicem secessisse. Busiacum in pago *Mosomagensi* ad fluvium Charem, Frodoardus in Chronico & in historia Ecclesiæ Remensis *Duodeciacum* latino nomine numerali, quidam *Duodeciacum* vicum, alii *Duciacum* & *Dociacum*, alii *Dusicam* villam appellant, vulgò *Douzi les Prez*, quem locum *Chlodovaldus* Regis *Chlodomeris* Filiis Remensi Ecclesiæ legavit, uti scribit *Hincmarus* in libro de vita S. Remigii. Synodi ibi duæ Episcoporum sunt habitæ, prior AC. DCCCLXXI. posterior anno DCCCLXXIV. In quibus *Busiacum* villam Provinciæ Remensis, & corruptè *Duziacum* villam secus municipium *Mosomum* Remensis paroeciæ vocari animadverto. In chartulario Cluniacensi, quod Bibliotheca *Thuanéa* servat, in literis datis anno DCCCCXXXIX. *Dociacum* villam. Actum in querceto juxta *Dociacam* villam super fluvium Caram XII. Kal. Jul. indict. XII. anno IV. regnante Ludovico Rege nimirum Transmarino. Quidam *Tusiacum* audacter pro *Dusiaco* vocant, locum, ubi Synodus, teste *Hincmarò*, habita est, & *Tuysi* interpretantur; qui est vicus ad flumen *Vidulam*, tribus ab urbe *Durocortoro* leugis distans, à Monasterio S. *Basoli* interfluente amne divisus. Quos errare vel ex eo apparet, quòd *Dusiacum*, vel *Duciacum*, ubi Synodus habita est, constat ad flumen Charem, & in pago *Mosomagensi* positum fuisse: qui situs vico *Tuysi* non convenit. Est quidem *Tusiacum* Tullo proximum, ubi Concilium anno DCCCLX. habitum est, vulgò *Touysi* dictum, sed ad *Dusiacum* nostrum in Remis & ad vicum *Tuisy* nihil attinet.

MOYNGOWE, *Monachgovve*, *Menigau* scribit *Trithemius*. Est tractus ad ripam fluminis Mœni. *Henricus* S. per interventum & petitionem *Cunegundæ* suæ, nec non *Richardi*, Fuldensis Abbatis, ad altare S. Bonifacii ibidem liberaliter tradidit Comitatum *Stoddenstat*, situm in pago *Moyngovve*. Tabulas donationis

vide

vide apud *Brovverum.* (*g*) Secundùm Annales Francicos Autoris Anonymi ad annum DCCCXX & DCCCXXIII. Francia orientalis illa regio est, quam hodie *Franconiam* indigitamus, vocabulo, ut *Althamer* in *Tacitum* notat, novitio. Exstat tamen apud *Adam. Bremens.* (*h*) *Sigfried. Presbyt.* (*i*) & *Gobelin. Person.* (*k*) De eodem *Krantz.* (*l*) Francia Germanica nunc per injuriam appellatur *Franconia.* Servant tamen nonnulli Scriptores illi Provinciæ suum nomen & honorem, ut *Franciam* vocent *orientalem*, & cum *Rhenano* (*m*) scribit, etiam *Austrasiam* appellatam; unde colligo, Autori Anonymo vitæ Ludovici Pii ejus incolas Francos Australes nominari. *Trithemius* (*n*) Franciam hanc orientalem primùm pagum *Moingavv*, deinde Franciam dictam affirmat. (*o*) Inter prima Monasterio Fuldensi à Rege Pipino in Buchonia veteri obvenit vicus *Omenestade* in pago *Moinigouvve*, ceu *Mœni* fluminis *agrum* diceres. Quippe Mœnum invenias, veteri perpetuâ *Reginonis* & coætaneorum scripturâ, *Mohin*, aut aspiratione demtâ, *Moin* nuncupatum. (*p*) In donatione Ludovici Pii, quâ fidelem quendam *Enhardum* de quibusdam rebus proprietatis suæ honorare, atque in sui juris potestatem, liberalitatis suæ gratiam conferre voluit, alia inter villam dedit, quæ dicitur *Mulinheim*, in pago *Moinecgauve* sitam, supra ripam fluminis *Moyni*, quæ quondam *Drogonis* Comitis possessio fuit, & habet basilicam parvam muro factam: in qua villa sunt mansi XVIIII. & servi præsenti tempore manentes cum uxoribus & liberis numero XIII. &c. Data hæc charta III. Idus Januar. anno Christo propitio primo Imperii Domni Ludovici Piissimi Imp. Aug. Indict. VII. Aquisgrani Palatio Regio.#

Traditio Warin. Com. Fuld. Mense Febr: in pago Moyngouve loco nuncupatum Bibe rach. v. Chart. Mss. Fuld. Henricus II. Imp. Monasterio Fuld. Diplo. scripto Donavit Comitatum Stod derstad situm in pago Moyngouve.

Mulechgewe. Ejus meminit Conradi Rex in dipl. Mstto Fuldens. Monasterio anno 913. concesso. In ea villa ejus

MURACHGOWE apud *Freherum.* (Trad. Fuld. Mstis occurrit Alahtorf.)

Pagus Mulchgeme (forte Mulechgewe) forte non procul Aquisgrano. Annalium ann. 966.

(*g*) L. III. Antiquit. Fuld. c. 15. (*h*) L. I. c. 8. (*i*) L. I. (*k*) Cosmodr. ætat. I. c. 7. & ætat. VI. c. 18. (*l*) L. II. Saxon. c. 1. (*m*) L. I. rer. Germ. (*n*) L. I. comp. Annal. (*o*) Vid. Meibom. not. in Annal. Witteeh. T. I. Rer. Germ. p. 678. (*p*) Brovver. L. I. Antiq. Fuld. c. 2.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [159] - 147

N.

PAGUS NACHGOWE, *Nahgevve.* Ottoni Imp. prœdium in jus ſuum, judicio Procerum, Wormatiæ adjudicatum erat: ideo per admonitionem Filii ſui *Wilhelmi*, Mogontiacenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopi, partem illius prœdii in pago *Nahgevve*, ſcilicet infra urbem Magontiæ Monaſterium, quod vocatur *Hagemünſter*, cum omnibus ad id jure pertinentibus, Eccleſiæ Magdeburgenſi dedit, nec non in eodem pago in Comitatu *Emichonis* Comitis, in loco, qui dicitur *Gogenheim*; quicquid ad eundem locum pertinet, anno DCCCCLXVI. VI. Kal. Sept. Indict. IX. Actum Rincbach. Eſt autem hic pagus ad *Navum*, vel *Navam* fluvium, hodie die Nahe / qui apud Bingium Rheno illabitur. De quo in vita S. *Ruperti*, nec non apud *Tacitum* & *Auſonium in Moſella* multa mentio. (q) Hunico pago proximus eſt, & paulò cultior illo, quippe vini & frugum ferax, nec villas incelebres ab antiquo habebat, antequam Hunni in viciniam inducerentur. Nam quo loco Auſonius nuper *metata arva Saraumatum* colonis dicit, eôdem cujusdam loci meminit, qui jam cognitus fuerit, *Dumniſſi*, inquam, cujus antiquitatem illuſtrabimus. Vidi enim alia inter Inſtrumenta litteraria vicini Monaſterii *Ravengerspurgenſis* authenticum diploma Ottonis III., quô proprietatis ſuæ prœdium *Domniſſam*, in pago *Nachogvve*, in Comitatu *Emichonis* ſitum, *Becilino* cuidam donat. Dat. XIII. Kal. Decembr. anno DCCCCXCV. Indict. VIII. anno tertii Ottonis regnantis XII. Actum Aquisgrani. (r) Exteriùs inſcriptum erat: *Scriptum ſuper Dumneſa.* In alio itidem: *De Denſen* littera Ottonis Regis. Ut dubium nullum ſit, eſſe illam ipſam *Auſonii* verſibus nobilitatum

Dumniſſum *arentem ſitientibus undiq; terris*,

Nam in eo unicus, isque modicus fons eſt, & circumquaque magna aquæ & pecori potabilis materia. Et ſubinde reperta ibi rudera veterum ædificiorum, effoſſa numiſmata, fragmina cruſtarum & columnarum, antiquitatem loci priſcum utcunque nomen reti-

(q) vid. & Scalig. d. l. (r) vid. Freher. P. II. Orig. Palat. c. II. p. 44.

retinentis, hodie Densen, satis asserunt. Quamvis fama ejus deinceps obscurata fuerit *Kirchbergæ* nomine, posito in colle imminenti oppido insigni & arce, & Comitatûs quoque deinceps titulo nobili, quique inter alia jura advocatiam cœnobii *Ravengeresburgensis* habuerit. Quam invenio circa annum MCCCCVIII., defuncto *Gerardo* Comite de *Kirperg*, ejus familiæ ultimo, caducitatis lege ad Palatinatum recidisse, & à *Ruperto*, Romanorum Rege, receptam, deinceps in jure Palatino mansisse. In hoc pago *Gemundium* oppidum, *caput montium* olim dictum, & *Ingelnheim*. Sunt in eo præterea villæ sequentes:

Alagastesheim
Bildichingen, seu *Bildechingen*,
Birgermarca,
Dissenheim,
Gantsingen,
Giselstetin,
Gimminsheim,
Graolfesheim, hodie Grolsheim/
Kircheim,
Laubersheim,
Longistheim,
Lefritesheim,
Munzach,
Naarheim, *Narheim*,
Nerstat, hodie Nierstadt/
Seufersheim. (*f*)

NAGLAGOWE, *Nadeldaegovve.*

NAMNETICUS. Vid. de hoc pago *Valesius*. (*t*) *Robbertus* Comes Nortmannis Brittanniam, quam vastaverant, cum *Nannetico* pago concessit. Flodoard. ann. DCCCCXXI. Idem DCCCCXXVII. Nordmanni datis acceptisque obsidibus, & concesso sibi pago *Nannetico*, pacem pepigêre Francis.

NARBONENSIS. Judicium pro *Daniele*, Archi-

(*f*) Id. l. c. (*t*) l. c. p. 367. seq.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1,ZEN Leibn. Marg. 48, [161] - 149

chi Episcopo *Narbonensi* adversùs *Milonem* Comitem annô DCCLXXXIII. *Talles* villas, quæ sunt in pago *Narbonense*. Præc. Caroli M. pro quodam *Joanne*, qui Saracenos debellaverat: petierat in pago *Narbonense* villare heremum ad laborandum quem dicunt Fontes ann. DCCXCV. Præc. Ludovici Pii Imp. pro quodam *Joanne* in pago *Narbonense* anno DCCCXV. Præc. Caroli Calvi pro Monasterio *Crassensi* in Diœcesi *Carcassonensi* anno DCCCXLIV. Monast. S. Laurent., quod situm est in pago *Narbonense* super fluvium *Rigella*. Monasterium *Caunas* situm in hoc pago. Meminit ejus *Gelasius* in bulla de privileg. Monasterii *Caunensis*.

NECCERGOWE. Tractus ad Nicrum, cujus ortum, processum, & loca utrique ripæ adjacentia, donec apud Manheim Rheno absorbetur, describunt *Münster*, (*u*) Irenic. (*vv*) & Crusius. (*x*) Hic pagus in Ducatu Alemanico, vel Provincia Alemania est. Villæ autem hæ magna ex parte *Frehero*, quamvis vicino, incognitæ, ùt ipse fatetur. (*y*)

Adiningen,
Alachbach,
Alanca marca, Eltz/
Asmaresheim,
Baccherheim,
Bangen,
Bissingen, seu *Bettingheim*,
Benenheim,
Bubsinga,
Diepenbach,
Dunnestet: seu *Tunnestat*,
Dudunburc,
Greozheim, seu *Greozisheim*,
Gundolfesheim, hodie Gundelsheim/
Gruoningheim,

Hoch-

(*u*) L. III. Cosmograph. c. 312. (*vv*) L. III. c. 34. (*x*) P. II. Svevic. c. 11. f. 413.
(*y*) l. a. p. 80.

Hochhuſen, ubi memorabilis & fortè fabuloſus ille ſpecus, dictus der Nortpurger Loch/
Hubaracheim,
Haſmarsheim,
Iſinisheim,
Larbach, hodie Lohrbach/
Nabera,
Nydlinga,
Oſinga, Oſingen/
Offenheim,
Offenbach,
Sadelerhuſen,
Scenibol, ſeu *Skeninbol*,
Schlochtra, hodie Schluchtern/
Specka,
Sultzbach,
Turmeſtat,
Tutheim,
Uffingen,
Wellenberg,
Willenheim, ſeu *Wilheim*, vel *Wylham*.
Zazenhuſen.

NEDELICE. Hic alibi vocatur *Netecice* (z) & *Neledice*. (a) *Otto* M. ob amorem Dei, Regnique æterni manſionem, ob remedium animæ Patris ſui *Henrici* Regis, ac pro incolumitate *Mathildis*, Matris ſuæ, ac pro ſtatu & incolumitate Regni, vel Imperii, Conjugisque ſuæ *Adelheidis*, ac Filii ſui *Ottonis*, inſtinctu & monitu *Wilhelmi*, Archi-Epiſcopi Moguntinæ Sedis, dedit Eccleſiæ S. Mauritii, Martyris in Magdeburg, omnem rem pagumque *Nedelice*, omnemque utilitatem, cum omnibus ad eum pertinentibus. Actum Wiſibadun II. Id. April. AD. DCCCCLXV. Fuit in eo pago urbs *Gibucanſtein*, & oppida nonnulla alia, *Dobrogora*, *Rodible*. (b) De donatione mellis in pago *Neletici* in Comitatu *Bilingi* Comitis alibi. (c) NE-

(z) vid. dipl. Otton. M. T. I. Rer. Germ. Meib. p. 745. (a) l. c. p. 748. (b) vid. dipl. Otton. a Meibom. edit. p. 748, & Antiqq Magdeburg. Sagittar. §. 75. 78. & 85. De
(c) vid. eaſd. Antiqq. §. 83.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [163] - 151

NEMAUSENSIS. *Sumerium* non procul abest à *Salvia* oppidulo & Vicariatu (Vigverie) *Nemausensis* pagi, *Sauve. Salvia* autem à *Salvio*, quod nomen Viri proprium apud Romanos fuit, appellationem accepit. In pago hoc multæ res datæ sunt cœnobio *Psalmodiensi* anno DCCCXV. (*d*)

NEMETENSIS, seu *Nemeticus*. In Annalibus Bertinianis vocatur composito nomine germanico *Sperohgauvvi*, i. e. *Spirensis* pagus, & in Ducatu Ripariorum poni videtur his verbis: Anno DCCCXXXIX. *Ducatum Ribuariorum, Wormazfelda*, Speroh-gauvvi. Vid. pagus *Spirensis*.

NETEGA. Mortuo anno MXXI. XIV. Kal. Sept. *Dodicone*, Comite de Wartberge, *Meinvvercus*, Padebornensis Episcopus, Imperatorem Henricum II. post natalem Domini Patherbrunne invitavit, & Comitatum, quem idem *Dodico*, dum vixit, tenuit, in pago *Hessiga*, Netega, *Niterga* situm, ab eo impetravit. Verba sunt Autoris *vitæ Meinvverci*. (*e*) De prædio Comitis *Bernardi*, dicto *Padiberg*, in pago *Nithega*, in Comitatu *Hahobli*, eidem *Meinvverco* dato hereditario jure, vide literas Conradi II. de anno MXXX. Indict. XIII. Kal. Jun. Eidem *Meginvvercho* Præsuli idem Conradus anno MXXXIII. totum *Bernhardi* Comitis quondam Comitatum, situm in locis *Hesse*, Nitergo, *Nege* & *Bothereſgo*, legitimâ traditione reddidit. (*f*) Spurius erat iste *Bernardus* Comes, quod *Wanburtich* vocant. (*g*) Idem *Conradus* eidem Antistiti integrum Comitatum *Hermanni* donavit, situm in tribus pagis *Auga*, *Netege* & *Hessiga*. (*h*)

NIECITI. Meminit hujus Otto Imp. anno DCCCCLXV. V. Kal. Aug. Dedit enim omnem mellis decimam, suæ Imperiali autoritati pertinentem, Ecclesiæ Magdeburgicæ. v. Leuber. Stapul. nun. 1607. Antiq. Magdeb. Sagittarii p. 48.

NIORTENSIS. Vid. *Pictavus*.

NISENI. Hujus meminit *Ditmarus*, (*i*) & diploma *Henrici* II. Imp. anno MXIII. in bulla confirmationis Episcopæ Misnensis appellat *Nisici* & *Nisen*, Henricus IV. Imp. *Nisani*. Chron. Pegaviens. anno MLXXX. Regno Boëmiæ paruisse, & *Wiperto*,

(*d*) Mabill. L. VI. chart. 203. (*e*) c. 71. P. I. Annal. Padeborn. p. 442. (*f*) Annal. cit. p. 493. (*g*) l. a. p. 477. (*h*) l. c. p. 488. (*i*) L. IV. p. 65.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1,ZEN Leibn. Marg. 48, [164] - 152

Wiperto, Comiti Groicensi, à Rege donatum affirmat. Fuêre in hoc pago burgvvardia duo *Weoz*, (Woz) & *Biustrizzi*; item *Scarpenberg*, præterea villa *Brochotinachetla*. Complexus est pagus hic partem Misniæ superioris & Lusatiæ. (*k*) Vid. not. ad Daleminc. Graun. sub lit. K.

NIBALGAUVENSIS apud *Goldastum*. (*l*)

NITENSIS, *Nitachgouve*, *Nitgouve*, *Nitachouva* ad *Nidam* fluvium in Lotharingia. Mentio ejus in Annal. Franc. (*m*) Nomen habet à *Nita*, quem recentes Scriptores latini *Nidam* appellitant. Memoratur in Annal. Fuldens. his verbis: Hoc anno DCCCLXXX. in Wormacense, & in *Nitense*, & in plurimis locis Regni Hludovvici sterilitas frugum germanicum populum affixit. Nimirum pagus Wormacensis *Nitensisq.*, ùt situ proximi erant, in relatione conjunguntur, propterea quòd Wormatia à fluminibus *Nava*, *Saravo* & *Nita* non longè abest. Hic pagus in divisione Regni Lotharii inter Reges Hludovicum & Karolum anno DCCCLXX. facta vocatur *Nitachouva*, & inter *Bedagouvam* ac *Sarachouvam* inferiorem ponitur. *Nitachouva* autem linguâ germanicâ est *Nitensis* pagus, aut pagus ad *Nitam*: quem amnem ante annos octingentos *Nitam* dictum esse, ex eo loco intelligitur. *Eginhardus* primus omnium pagi hujus mentionem fecit ante annos DCCCLXX. (*n*) & *Nitagouve* germanicè appellavit. In pago *Nithagouve* fundus est, *Urfella* vocatus, &c. De eodem pago scribit *Brovverus*, (*o*) qui *Nitachouvam*, aliàs *Nitahgouvam Nitgouvam* vocat, & à *Neta*, vel *Nita* Aiflensi, sive Eiflensi rivo dictam esse conjicit.

NITERGA. Donatur ab Henrico II. Imp. *Meinvvercо* Padebornensi anno MXX. XIV. Kal. Mart. Vide quæ de pago *Netega* modò diximus. Cùm anno MXXXII. Conradus II. cum Imperatrice & filia Padebornæ apud dictum *Meinvvercum* subsisteret, donatio areæ & XL. jugerum in pago *Nitherga*, & villa *Holthusana*, ab *Hildelino*, Nobili Viro, atque *Oda*, ejus conjuge,

(*k*) conf. Albin. chron. cit. p. 391. 432. 435. seq. (*l*) chart. 70. & 77. cujus etiam præfatio videatur pag. 5. (*m*) 875. & 880, Add. Miræi cod. piar. donat. c. 20. (*n*) L. III. c. 15. (*o*) c. 13. & 19.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1,ZEN Leibn. Marg. 48, [165] - 153

antehac facta, abs eodem confirmata est. (*p*) Monumenta Padebornensia (*q*) simpliciter hunc pagum referunt ad Padebornenses.

NITGOW. Memoratur in chronico Halberstadensi MS. Fuit in eo villa *Brunnesheim*, in qua *Henricus* IV. Imp. vineas aliquot largitur *Burcardo*, Episcopo Halberstad.

NITHERSI. *Arnulfus* Rex facultatem dedit Corbeiensibus commutandi quædam bona. Scilicet res proprietatis suæ in *Godelessen*, & in pago *Nitherfi*, Oddoni Comiti beneficiatas, ad Monasterium novæ Corbeiæ, cui *Bovo* I. præerat, cum omnibus familiis, mancipiis, terris, pratis &c. in jus proprietatis tradidit. (*r*) Aspertus Cancellarius ad vicem Theotmari recognovit. Dat. IV. Id. Jun. anno DCCCLXXXVIII. Indict. VI. anno autem Arnulfi, Largissimi Regis, primo. Actum Franckhonofurt palatio regio. Otto II. Imp. bona quædam cum *Ludolfo*, Abbate Corbeiensi XII. permutat. Dedit nimirum hic per manum Advocati sui Liudolfi duas marcas, *Megirinchesdorp* & *Mimileuru* dictas, in pago *Hassegavve*. Vid. pagum *Hassegun*.

NITNSIS. Memoratur in Annalibus Francic. à P. *Pithœo* evulgatis ad annum DCCCLXXV. Vid. *Nitensis*.

NIVERNENSIS. Ex Comitatu & Pariatu à *Francisco* Franc. Rege anno MDXXXVIII. in Ducatum & Pariatum evectus, nomen dat pago Ducatuique Nivernensi, *le pays & Duche de Nivernois*. Pagi hujus mentio fit in divisione Regni Caroli M. inter filios hisce verbis: De civitate *Nivernis*, quæ sita est super flu. vium *Ligerem*, cum ipso pago *Nivernense*. Item in Capitulis Caroli Calvi apud Silvacum annô DCCCLIV. editis, ubi *Nivernisus* ex more dicitur pro *Nivernensis*. In *Nivernensi* pago, uti ait *Coquillius*, sunt urbes ac oppida, & castella præcipua, *Nivernum*, *Dececia*, *Climiciacum*, Clamecy, *Molæ*, vel *Molinæ Engilbertorum*, Moulins les Engilbers, *S. Petri Monasterium*, S. Pierre le Moustier, *S. Salvius*, S. Sauve, *Luciacum*, Luzy, *Primariacum*, Premery, *Corbiniacum ad S. Leonardum*, Corbigny, *Donziacum*, vel *Donzejum* caput pagi cognominis, Donzi, *Dreva*, *Interamnis*, aliàs mendosè *Interranis*, tota ferè stagnis cincta, Entrain, S. *Servatoris*, S. Sauver

en

(*p*) P. I. Ann. Padeborn. p. 487. (*q*) p. 82. (*r*) vid. ipsas lit. cod. Vol. Ann. cit. p. 213.

en Puisaye, *Condate*, Cosne, *Cusiacum*, *castrum censorium*. Sed multò latiùs patet pagus *Nivernensis* in Diœcesi *Nivernensi*. Nam *Climiciacum* & *Condate* & *Interamnis*, ne de ceteris loquar, pagi quidem *Nivernenses* sunt, sed Diœcesi. Autissiodurensis. S. *Petri Monasterium*, *Castellio* in agro Bassensi, Chastillon en Basois, & *Dececia* sunt ùt pagi, sic & Diœceseos *Nivernensis*, quæ CCLXX. parœcias sibi subjectas habet.

vel NORDI. Vid. *Herolga*, & sequens *Nordgoa*.

NORDGOA, *Nordgovve*, *Noricum*, in quo & burgum, residentia Comitis, unde *Noricus mons*, *Noricum castrum*, & *Noriberga* dicta, Burggravii olim Sedes. Fit ejus mentio in vita S. *Ludgeri*, primi Monasterienſis Episcopi. (*s*) Alibi vocatur *Nordergoa*. Scholia ad Adam. Bremens. (*t*) inculcant pagum *Nordi*, assignatum à Carolo M. Ecclesiæ Bremensi, quem CL. *Meibom.* eundem cum hoc esse putat. Nomen accepit à *Norda*, civitate Frisiæ orientalis, hodieque florente. *Henricus Wolter* (*u*) vocat *Norderdam*. Dicitur *Nordgoa* etiam, ùt alii volunt.

NORDOGOVVE. Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Bambergensis XX. constat Canonicis, ad quorum stipendia *Henricus* II. Imperator locum suæ proprietatis, *Furt* dictum, in pago *Nordogovve*, seu rectius *Nordogovve*, in Comitatu *Berengeri* Comitis, primo à Norinberga lapide ad *Pegnesis* & *Regnesi* confluvium, unà cum omnibus pertinentiis, donavit. Tabulæ signatæ sunt Francofurti Kal. Nov. anno MVII. *Ingoldestat* & *Lutrahahof*, quas nos quondam beneficiavimus, pertinent ad pagum, qui dicitur *Nortgouve*. Carolus M. in charta divisionis anno DCCCVI. Pagus *Nordgave* occurrit etiam in charta divisionis Ludovici Pii, inter Filios Lotharium, Pippinum & Ludovicum.

NORDTHURINGIA, seu *Northuringi*, vel *Northringovve*. Hic pagus ordinatione Caroli M. cessit Ecclesiæ Halberstadensi, constructæ in honorem Christi, suique Proto-Martyris *Stephani*, super fluvium *Holtemna*, ut Ludovici Pii habet confir-

(*s*) L. II. c. 1. (*t*) c. 9. (*u*) in chron. Brem.

confirmatio, data anno DCCCXIV. Indict. VIII. IV. Non. Sept. Aquisgrani. Habet eadem confirmatio *Henrici* III. Imp., ùt testatur chron. MS. *Halberstad. Ditmaro* est *Northuringou.* (vv) *Torquatus* (x) ista habet: *omnis terra illa, quæ jacet inter* Herciniam, Salam, Albim, *imò ultra quoq;* Brandenburgum, *usq; ad* Haveli *ripas, & Ducatum Brunsvicensem, seu* Alarim *amnem, dicebatur* pagus Northuringorum. CL. *Budæus* pagi hujus terminos intra *Albim, Bodam* & *Ohram* fluvios, proximè pagum *Derlingovve* constituit. *Sigfried Presbyter.* (y) scribit: Thuringiam terram fuisse spatiosam, quæ à natione Francorum protendebatur usque ad Oceanum contra Septentrionem. Extant diplomata Ottonis I. & II. Imp., quibus memorantur multi vici *Northuringoviæ*, quos ordine alphabetico, ùt loqui solemus, recitabimus.

Adinge, seu *Atinge*,
Addunstondorf,
Aldenvvaddinga,
Amenburgon,
Apendorf,
Bardrichsdorf,
Biere,
Bischopesdorf,
Bizunzi,
Bunesburg,
Bruniſtedt,
Buchuvi,
Bobelstorf.
Butturichsdorf,
Buzoboro,
Calva, curtis, alibi urbs,
Chotirodizzi,
Crupsize,
Cununsteti, *Crullin-*

(vv) L. VIII. chron. (x) Annal. Magdeburg. & Halberstad. P. I. L. II. c. 6. (y) L. I.

Crullingi,
Dreylebe,
Dudulon,
Dunenſte, ſeu *Dunnenſteti*,
Dudize,
Flatungun,
Fridumarsleben,
Froſa, Ditmaro (z) *Fraſu*,
Glinde,
Griemi,
Hurtarareſtorf,
Haldenslebe,
Heldun,
Helmeſtede, in vita *Hildegrini*, Epiſcopi Halberſtad.
Hiſtardesdorf,
Heresleven,
Immenvvaddinge, vel *Himenvvattinge*,
Intesleven,
Iſtaresdorf,
Kemundeſtorf,
Kevoldeſtorf,
Koboldenſtorf,
Kurlingovv,
Liemen,
Liemanneſtorf,
Liegrize,
Magadaburg caſtellum,
Makkenſtede,
Mantesleve,
Moriſani,
Moſavv, vel *Moſan*,
Medubeke,
Michanantorf,
Narturi,
Narteſtorf, alibi *Narturiteſtorf*,

(z) L. IV.

Nienvvaddingen,
Oſtervvattinga,
Oskersleve,
Oihinga,
Peleniz,
Peſekendorf,
Pitinizi,
Pridiſci,
Plochaniſci,
Pretalizi,
Radible,
Rodenburdi,
Rhuodhardesdorf,
Rinchardesdorf,
Stauſchid,
Suldorf,
Tachebechi,
Thiechiresdorf,
Trumiſice,
Valedorp,
Velboze,
Velpuchi,
Vnnesburg caſtrum, alibi *Vnneresburg*,
Vppelingen,
Waddinga, alibi *Wattinga*, & *Wedinga*,
Wahharesdahl,
Wansleve, ùt chron. Gandersheim. rythmicum,
Warandesdorf,
Wanderesdal,
Watanesleba,
Weſtervvatinga,
Winculdorf,
Witeresdorf,
Wodenesvvege,
Wutiridesdorf,

Walpa-

Walpuchi,
Winzuburo,
Zolicî,
Zeliel,
Zizice. (*a*)

Ex his, addit Junior *Meibomius*, plurimi in noſtra vincinia adhuc ſuperſunt, quamvis nomina nonnihil corrupta. *Flatungen* ſcribitur aliàs *Flagitungen*, & videtur eſſe *Flechtingen*, Nobilium *Schenckiorum* hodie ſedes, uti conjicit *Sagittarius*, ſicut *Tunninſteti* & *Dunſtet* iisdem hodie paret. *Hildegrinum* fratrem S. *Ludgeri*, Epiſcopum Halberſtadenſem, Northuringorum populis circa *Helmſtadium* Evangelium prædicâſſe, ex vita rythmica S. *Ludgeri* affirmat *Brovverus*. (*b*) Hos pagos à *Meibomio* recitatos, debere eum credit Sagittar. (*c*) excerptis diplomatum à *Marco Wagnero* Frimarienſi allatis, commentatiunculâ germanicâ, quâ Thuringiam veterem in pagos diſtributam dedit. Thüringen Königreichs / daß es für und für nach Chriſti Geburt in pagos getheilt geweſen / wahrhafftiger / kurtzer / gegründeter Auszug aus Antiquitatibus. (*d*) Sed parum præſtitit, nec titulo promiſſoque ſuo fecit ſatis. Addimus ex chartis Ottonianis, quæ fortè præterviſa ſunt. In Comitatu *Thietmari* reperio *Watereſvveg* & *Lieboldesdorp*: in Comitatu *Chriſtiani Grimberesleva* & *Helveldui* ex diplom. Otton. Reg. dat. XI. Kal. Octobr. anno DCCCCXXXVII. Indict. XI. anno verò Ottonis Piiſſimi Regis II. Actum in Magdeburg, Poppone Cancellario ad vicem Friderici recognoſcente. In ejusdem diplomate V. Id. Octobr. eôdem anno & Indictione in *Toremburg* dato, in Comitatu *Chriſtiani*, eſt *Germersleve*, in Comitatu *Dietmari* verò, *Knohartesdorp* & *Ottersleve*. In alio diplomate ejusdem anni in *Svanuburgon* XX. litos cum colonis idem Rex Eccleſiæ Magdaburgcæ dedit. In diplomate dato IV. Kal. Febr. anno DCCCCXLVI. Indict. IV. anno X. Regni Ottonis in *Godeburg* (fortè Magdeburg) Brunone Cancellario ad vicem Friderici recognoſcente. In Comi-

(*a*) Conf. D. Sagittar. L. II. Regni Thuring. Antiqq. c. 2. (*b*) in not. ad vitam iſtius c. 34. (*c*) Hiſt. Halberſtad. §. 31. (*d*) excus. Jen. 1593.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [171] - 159

Comitatu *Geronis* vidi *Brunnen*, *Trullinge*, *Adenſtadede*: (Adeſtanſtede, quicquid in his villis proprii habuit Rex, in uſum cœnobii Magdeburg. dedit. Cùm eôdem anno IV. Kal. Aug. Otto à *Bernardo*, Epiſcopo Halberſtad., bona quædam impetraret, aliis bonis redemta, quæ mox etiam adſcripſit Magdeburgenſi ſuo Monaſterio, meminit in Comitatu Geronis *Ottoresleba* & *Liobboldesdorp*. Octo M. in palatio Ingelhem V. Kal. April. anno DCCCCLXV. eidem Eccleſiæ donat curtem juris ſui *Calvam*, in pago *Northuringorum* ſitam. Anno DCCCCLXI. datur eidem Monaſterio in eodem pago *Tuinſteti*, *Nunſtede* & *Waſſerdat*. Dat. IV. Kal. Aug. indict. IV. anno Ottonis XXVI. In privilegio Ottonis Imp. III. Non. Novemb. anno DCCCCLXXV. Indict. IV. *Palathe* in Gandesheimenſi Monaſterio dato vidi. Aſſerunt diplomata Ottoniana, pagum *Nordthuringium* latiore accipi ſignificatu pro regione Thuringica, quæ quarta pars Regni Thuringici, quod manifeſtius evadit, dum in diplomatibus iſtis ſubinde pagorum conceſſorum ſtricto quoque ſignificatu fit mentio. Catalogum pagorum longè ſtrictimque pro ditione, regiuncula, ditiuncula & regione, vicis villisque ſumtorum, exque chartis ejusmodi Ottonianis excerptorum, *Knichio* exhibuit diligens horum indagator M. *Quirinus*, *Thalman*, COS. Iſnacenſis. (*e*)

NOVIOMENSIS. Charta *Bertæ* ſororis Ludovici Imp. meminit villæ *Bernogillo* in pago *Noviomenſe* ſuper fluvium *Axona*, apud *Mabillon.*, (*f*) & villæ *Seneſicurte* in eodem pago Carolus Simplex. (*g*) *Waldeberti*, Epiſcopi *Noviomenſis*, charta pro donatione *Oduiz*, nobilis Matronæ, uxoris *Adelgaudi*, quæ Monaſterio S. *Eligii* prœdia quædam in pago *Noviomenſi*, nominatim in villa *Seuviliaco*, conceſſit annô DCCCCXXXIII. videatur apud Eundem. (*h*) *Noviomagenſis* à *Noviomago* Veromanduorum nomen habet, qui & à *Noviomo Noviomenſis* recentioribus dictus eſt: in Capitulis Caroli Calvi *Noviomiſius*, *le Noyonois*.

(*e*) vid. tr. ej. de jure territorii c. 4. num. 189. ſeqq. Add. Sagittar. Antiqq. Regn. Thuring. L. II. c. 12. §. 28. & Antiqq. Magdeb. §. 45. 49. 54. 75. 76. 124. (*f*) L. VI. chart. 67. (*g*) l. c. chart. 127. (*h*) chart. 134.

noûs. Frodoardo (*i*) quoque pagus *Noviomensis*, à quo nominantur loca trans flumen Isaram in pago *Noviomensi*, *Varinæ*, *Trapiacus*, *Jerusalem*. (*k*) Odo Filius; *Heriberti* pagum Svessionicum atque *Noviomensem* prœdiis incendiisque prolexit. Flod. an. DCCCCXXXIII. Defuncto anno DXLVI. S. *Eleutherio*, Tornacensium Episcopo, S. *Medardus*, *Noviomagensis*, seu *Noviomensis*, Episcopus curam Ecclesiæ Tornacensis quoque suscepit. Ex eo tempore Episcopatus *Noviomensis* ac Tornacensis manserunt uniti usque ad ann. MCXLVI. quô eos divisit *Eugenius* III. procurante S. *Bernardo*, Abbate Claræ Vallis.

NUDCICI, *Nudzichi*, *Nudiczi*, *Nusidici*, & *Nudisici*. In eo fuit urbs *Sputinesburg*, cujus burgvvardium, seu munitio ab Ottone M. donatur Monasterio Magdeburgensi, constructo anno DCCCLXI. IV. Kal. Aug. ita CL. *Meibom.* Sed error erit calculi, typothetæ tamen imputandus. Otto enim Magnus ad res Italiæ profecturus, instinctu & monitu *Wilhelmi* Moguntini, urbem *Sputinesburg* (num *Rodemburg*) in pago *Nudiczi* (Nusicensi) sitam, quam *Wichart* in beneficium habet, ex integro & cum omnibus appenditiis, ad *Monasterium*, quod construere volebat in civitate Magdeburg, in honorem S. Petri, nec non SS. Mauritii & Innocent., jure perenni in proprium donavit. Data VIII. Kal. Aug. anno DCCCCLXI. Indict. IV. anno Regni Otton. XXVI. Actum Ordorf. Ludolf Cancellarius ad vicem Brunonis Archi-capellani recognovit. Quod verò *Otto* dicat, se Monasterium in Magdeburg construere velle, non capio, cùm id post pugnam Ungaricam constructum sit. (*l*)

O.

PAGUS OBOTRITORUM. Civitas eorum Miklinburgk. (*m*) Ipsi populi *Meclenburgenses* & *Sverinenses*. Scholiastes Ditmari (*n*) addit *Lubeccenses*. Eusius passim de iis *Helmold.* & *Ditmar.* (*o*) nec non

(*i*) Hist. Remens. L. II. (*k*) Vales. l. a. p. 387. B. (*l*) conf. Sagittar. Antiqq cit. Magdeb. §. 75. & Meibom. T. I. rer. Germ. p. 745. (*m*) Helmold. L. I. c. 2. num. 9. (*n*) L. VIII. p. 235. (*o*) in chron. specialiter L. I. p. 6. & L. VIII. p. 235.

Ad. Bremenſ. (*p*) *Obotritarum* titulum regionemque repræſentat hodie titulus Ducis *Meckelnburgici.*

ODORNENSIS. Nithardus (*q*) pagpm hunc inter *Tullenſem* & *Bedenſem* ponit in Burgundia, ùt & *Bleſenſem*, *Partenſem*, aliosque, magno errore: cùm *Tullum* Leucorum & *Beda* vicus, pagique Tullenſis, *Odornenſis*, Bedenſis, Bleſenſis, atque Parienſis (ne de ceteris loquar) Auſtriæ ſemper fuerint, non Burgundiæ. Pagus Odornenſis in duos Comitatus & partes dividebatur Principatu Filiorum Ludovici Pii. Pars una *Sarachouvæ* ſuperiori prima, anno DCCCLXX. Altera pars, quam *Tetmarus* Comes obtinuerat, inter territorium Tullenſe & Barrenſe poſita, obvenit Carolo, Galliarum Regi, in diviſione Regni Lotharii, in qua pars prior vocatur *Odornenſe*, quod *Bernardus* habuit; poſterior aliud *Odornenſe*, quod *Tetmarus* habuit. *Odornenſi* pago nomen dediſſe mihi videtur *Odorna*, aliàs *Orna* fluvius, vulgò l'*Orne*, Fortunato notus, (*r*) qui in Moſellam effluit, medio inter Mettas & Theodonis villam ſpatio, & fonti ſuo appoſitum habet vicum, *Odornam*, vel *Ornam*, *Orne*, inter Moſam & Moſellam ſitum, ſed Maſæ propiorem, ab urbe Veroduno & caſtello Domini-Villari non multùm diſtantem. *Odorna*, vel *Orna*, alluit *Odornam*, vel *Ornam* villam, ſtagnum, caſtellum *Eſtain*, Boſciacum *Buſy*, Confluentem *Conflan*, ubi fluviolum recipit, & ad Ricomontem, *Richmont*, in Moſellam devolvitur, navium minimè capax. Pagus ei adjacens vocatur *Odornenſis*, vel *Ornenſis*, vulgò *l'Ornois*, &, ùt *Wilthemius* ſcribit, à vico *Orna* ad Moſellam usque promittitur. Legi literas *Drogonis*, Mettenſis Epiſcopi, in quibus *Bibonis mons* (Bomont) in pago *Wabrinſe* ſuper fluvium *Orna* memoratur. In tabulis ſcriptis anno DCCCLXXXV. *Gandriliſia* (Jandeliſe ſur Orne) in pago *Virduninſe*, ſive *VVabrinſe*. In una fronte fluvius *Orna* currit. In tabulis *Adalberonis*, Mettenſis Epiſcopi, datis anno DCCCCXXXIII. mentio fit Confluentis (Conflan) in pago *VVabrinſe*, in Comitatu Virduninſe ſuper fluvium *Horna*. Ex quibus apparet, pagum iſtum *Odornenſem*, vel *Ornen-*

(*p*) in hiſt. Eccleſ. (*q*) L. I. (*r*) L. X. carm. 12.

Pagus Opingor. Cang. in voce Barſalcus p. 498.

Ornenſem pagi *Vabrenſis* finibus comprehenſum olim fuiſſe, ac velut ejus partem extitiſſe.

ORGELLENSIS. Notitia judicati pro *Ermengardo*, Epiſcopo Urgellenſi, adversùs *Durandum* Abbatem S. Cæciliæ annô MXXIV. iſtarum parrochiarum *Orgellenſium* pagus cum omnibus Eccleſiis, quæ ibi conſtructæ ſunt.

OSCARENSIS, ſeu *Uſcarenſis*, ab *Oſcara* fluvio, Divionem alluente, *Ouſche* vulgò dicto, & *Suſione* rivo, vel amniculo *Suſon*, pagus hic dicitur. Nominatur quoque *Orcharenſis*. Præceptum Caroli Calvi anno DCCCLIX. pro Eccleſia Auguſtodunenſi: villa, quæ vocatur *Tiliniacus*, & ſita eſt in pago *Orcharenſe* ſuper fluvium *Sagonnam*. Præceptum Odonis Regis pro eadem Eccleſia: villa *Tiliniacum* ſita in pago *Oſcarenſi* ſuprà fluvium *Sagonnam*.

OSNINGE apud *Freherum*. In diplomate Ottonis II. Imp., quô donatio *Conradi* Comitis *Gortzienſi* Monaſterio facta confirmatur, reperitur pagus *Oſning*, in eoque curtis *Langlar*, in Comitatu *Gozilonù*. (*ſ*)

OSTRACHA, Sabellico *Aſtrachia*, Suffriedo *Æſtrachia*, in ſcholiis Adami Bremenſis *Oſtzing*, Emmio *Oſtergoa*. Memoratur in vita D. *Ludgeri*, hodie die Oſter-Goive. Incipit à *Leouvardia*, & extendit ſe in orientem usque ad *Lanum* fluvium, eſtque pars Friſiæ occidentalis. In pago hoc fuit *Doccum*, ubi S. *Bonifacius* martyrio affectus eſt. (*t*) Vid. *Aſtringa*.

OSTREBANTUS. Meminit ejus Carolus Calvus in confirmatione prædiorum Abbatiæ *Haſnonienſis* anno DCCCLXXVII. (*u*) *Oſtrebanti*, ſeu *Oſtrovandiæ* Comitatus, olim ſub Comitatu *Atrebatenſi*, (in qua Diœceſi etiamnum eſt) nunc ſub Hannoniæ Comitatu comprehenditur. *Oſtrovandiæ* caput eſt hodie Buccinium, *Bouchain*, oppidum ad Scaldim. Olim & Duacum fuit in *Oſtrovandiæ* Comitatu. *Haſnonium* verò utriuſque ſexûs Monaſterium, à Viro Nobili *Joanne*, ejusque ſorore *Eulalia*, anno DCLXX. fundatum, & à *Vindiciano*, Epiſcopo Camera-

(*ſ*) Mabill. L. VI. chart. 141. (*t*) Trithem. de Orig. Francor. Winckelman. l. c. L. II. c. 5. §. 7. & 66. (*u*) Vid. cod. piar. donat. c. 22.

meracensi, in honorem S. Petri dicatum. Hodie est Illustris Monachorum Benedictinorum Abbatia ad Scarpum fluvium in Diœcesi Atrebatensi sita, qua de fusiùs egit *Miræus.* (vv)

OTMENSIS. Vid. *Flodoard. Histor. Rhemens.* (x)

OXIMENSIS, *Ostismensis.* Fortunatus (y) pagum hunc primus, aut inter primos memoravit, & in eo villam *Tassiliacum*, vulgò *Taillac* dictam. Hic pagus in epistolis Caroli Calvi vocatur *Oxmisus*, i. e. *Oxmensis*, & inter pagos *Corilisum* & *Lisvinum* i.e. Corilensem & Lexovien sem ponitur. *Oxonensis* vocatur idem in Capitulis Caroli M., & Livino pago conjungitur, corruptè ita dicto pro *Lixuvino*. *Oximensis* pagus *Orderico*, (z) in literis *Richardi* II. Normannorum Ducis, & *Alexandri* Papæ III. vulgò *l' Hiesmois*, aut *l' pays d' Hiesmois*. Apud *Wilhelmum* Gemetricensem (a) *Oximensis* Comitatus. In miraculis S. *Vulframni* invenio, in pago *Oximensi* situm esse castrum, quod *Falesia* nuncupatur. Illustris nomine *Bertus* portionem aliquam de villa *Bigmaniaco*, quæ sita est in pago *Ossimensi*, in centena *Alancionensi*, & illam rem, quæ vocatur *Venda* in centena *Sagiense* affert. Ex quibus intelligitur, pagum *Oximensem*, vel *Ossimensem*, pagos minores duos, sive centenas, nimirum *Alentionensem* & *Saiensem* tùm continuisse. *Aimoin.* (b) pagi *Oximensis* meminit: meminit & *Adalhelmus*, Saiensis Episcopus, in libro de vita S. *Opportunæ* Virginis, quem sub finem seculi noni composuit. Pagi *Oximensis*, inque eo villarum *Villare*, *Arannio*, *Ociciaco*, & *Lubariaci* meminit *Mabill.* (c)

P.

PAGUS PABULENSIS. Sœpius *Pabula* dicitur, & *mons in Pabula*, nomine neutrius generis, quale pabulum est, in nomen feminini generis mutato, scilicet *pabulam*. Rectius *mons in pabulo*, seu *pabulis* vocatur. Gregorius Papa IX. in lit. dat. anno MCCXXXVII. apud *Pabulam* unum molendinum, *Montes in Pabula*, vallem super Suminam fluvium & Attejas Atrebatensi Monasterio S. Vedasti asseruit, & terras

(vv) in Origin. suis Benedictinis. (x) L. II. c. 18. (y) de vita S. Germani c. 54. (z) L. XI. (a) L. V. c. 3. (b) L. II. de Mirac. S. German. c. 1. (c) L. VI. chart. 14.

Palliarensis pagus ad montes Pyrenæos. Mabil. T. III. Annal. Ben. p. 173. n. 28.

terras Monasterii liberas à gavelo esse jussit, i. e. à gabella. Monachus, qui *Guillelmi Nangiacensis* chronicon ab anno MCCC. ad annum MCCCXL. perduxit, *montem in Pabula* similiter appellavit.

PARA apud *Goldastum.* (*d*)

PARINGE. Ad hunc villæ *Espiu*, *Ostheim*, *Nordheim*, *Pladungon*, (Fladungon) *Sundheim*, *Westheim*, *Wolfolvestrevva* (olim Puotritresstrevva) *spectârunt.* (*e*)

PARISIENSIS, *Parisiacensis*, *Parisiacus*, quo de *Valesius* & *Mabillon.* (*f*) Dicitur *terminus*, *ager*, *pagus Parisiacus*, *Parrhisiacus*, *Parrhisiorum.* In pago *Parisiaco*, in loco, qui vocatur *Sulciacus.* In parvo chartulario Ecclesiæ *Parisiensis.* Præceptum Caroli Calvi anno DCCCLV. in pago *Parisiaco*, in Vicaria *Buciacinse*, in villa *Dulro.* Sunt autem hæ res in pago *Parisiacense* sitæ in villa *Christoilo.* Caroli Simplicis præceptum pro Ecclesia S. Christophori de *Christoilo* in Diœcesi Paris. DCCCC. Flodoard. anno DCCCXXII. in pago Parisiace, in villa, quæ dicitur *Gesedis*, videatur Idem. (*g*)

PATHERGA. Meminit ejus Autor vit. *Meinvverci*, c. 21. (*h*) affirmans, Comitatus super pagos *Patherga*, *Aga*, *Trevereſcha*, Trevereſga, *Auga*, *Soreth velt*, datos pro decimis novæ Corbejæ ad Monasterium pertinentes. Fuêre in hoc pago *Alslaën* & *Eltinum* (Etlinum) in Comitatu *Amilungi* Comitis, quæ *Meinvvercus*, Episcopus Padebornensis, ab Imperatore *Conrado* obtinuit anno MXXXI., ùt idem habet Autor. (*i*) Nominatur *Paderga*, ut intelligatur, pagum nomen accepisse à *Padèra*, saluberrimorum fontium amœnitate incomparabili, de quo prolixè *Gobelin.* (*k*)

Pembrochianus pagus. Mabil. T. III. Annal. p. 242. n. 71.

PEDENSIS apud *Freherum.*

PERNAFFA apud Eundem.

PERTENSIS, *Partensis*, *Portensis*, le *Partois*, ab oppidulo ejusdem nominis adjacente flumini Matronæ (Marne) appella-

(*d*) charta 85. (*e*) vid. L. II. Tradit. Fuld. num. 15. 64. 69. & 136. (*f*) itel. c. p. 400. seq. hic L. VI. chart. 5. 24. 28. 43. 48. 50. 72. 73. 76. 81. 85. 86. 97. 147. 151. & alibi, conf. Aimoin. L. II. c. 20 L. IV. c. 30. L. V. p. 495. (*g*) ann. 940. & 945. (*h*) c. 9. (*i*) c. 106. Conf. P. I. Annal. Padeborn. ad h. a. p. 355. 367. 394. & 478. Mon. Padeborn. p. 82. p. 142. & 146. (*k*) Cosmodr. æt. VI. c. 38. Monum. cit. p. 92. seqq.

paulliacensis pagus apud Aldrevaldum in Miracc. S. Benedicti c. 37. Mabillon. putat Vaudiacum Pouilly oppidum in Nivernesse. In Testamento S. Wideradi in pago Vaudiacense quatur Meloria cum (Maidoray) Cœcsiacum (Cessoray), Vallinse (la Vaux). v. Acta SS. Benedict. sec. III. P. I. p. 684.

Idem S. Widradi Test. in eo nomit Aciacum, nec non Balmam et Cornicicacum.

pellationem traxit. In præcepto Ludovici Imp. Aug. anno XIX. Imperii ejus dato, memoratur his verbis: *Audo*, Venerabilis Abbas Monasterii, cujus vocabulum est *Ders*, quod constat esse constructum in pago *Pertense* super fluvium *Ivera*, quod olim vocabatur *Puteolus*, à S. *Berchario* Abbate, cujus corpus ibidem requiescit, *Childerico*, Francorum Rege, constructum. Hic pagus Campaniæ Gallicæ *Pertisus* etiamnum dicitur in Capitulis Caroli Calvi i. e. *Pertensis*, *Partensis*. Nithardo (*l*) pagus *Portinsis* h. e. *Portensis*, Flodoardo in Hist. Eccles. Remensis, *Portensis* quoque in divisione Regni Lotharii sic: *Barrense*, Portense, *Salmoringum*. *Partensem* quoque Barrensibus proximum facit Nithardus libro locoque laudato, eum pagum inter Blesensem & utrosque Barrenses ponens. Ut appareat, *Partensem* pagum Nithardi & *Portensem* in Capitulis Caroli Calvi, seu in divisione Regni Lotharii unum eundemque esse. Tu sancta heres mea Remensis Ecclesia, colonos, quos in *Portensi* habeo territorio, possidebis: nec non villas, agrosque, quos possideo in *solo Portensi* &c. ait S. *Remigius*, Remorum Archi-Episcopus, Francorum Belgarumque Apostolus, in Testamento suo apud *Miræum*. (*m*) Fatendum tamen est, pagum *Portensem* in divisione Regni Lotharii, & apud Frodoardum non malè pro pago *Portiano* accipi posse. Caroli Simplicis præceptum, quô *Frederunæ* uxori *Corbiniacum* & *Pontigonem* in pago *Pertensi* super fluvios Saltum & Bruscionem dotalitio jure concedebat, habet *Mabill.* (*n*)

PERTICENSIS, seu *Perticus*. *Gregorius*, Turonicus Episcopus, in libro *de gloria Confessorum* ejusdem meminit ita: *Avitus*, Abbas *Carnoteni* pagi, quem *Pertensem* vocant, honorificè apud Aurelianensem urbem humatus est: super quem fideles Christiani Ecclesiam construxerunt; Cumque anniversarius ejus assumtionis dies cum summo coleretur honore &c. Legendum autem omninò emendandumque *Perticensem*. Erat enim *Avitus* Abbas, & monasterium suum habebat in ea parte pagi *Perticensis*, quæ ad Carnutes Diœcesinque *Carnutinam* pertinebat, & ob id non sua solùm & propriâ, sed etiam pagi *Carnoteni* appellatione potuit designari. Apparet igitur, jam ante annos MXXC. *Perticiac Perticensis* pagi

(*l*) L. I. (*m*) Cod. piar. donat. c. 1. (*n*) chart. 123.

gi nomen notum ac usitatum, & literis mandatum fuisse à Scriptore Gallo, cujus sedes ab ipso pago non longè aberat.

PETIVERENSIS, vel *Pituerensis*, à castro *Petiverio* nomen suum habet, *C*arolo *C*alvo aliisque memoratus, *le Pitueraù*: in quo est *Jovіacum* cum sua S. Andreæ Ecclesia baptismali, *Jouy en Petueraù* vulgò dictum.

PETRALATENSIS. Monasterium S. Petri, quod est situm in pago *Petralatensi* in ipso monte, quod dicitur *Rodas* subtus castrum *Verdariæ*, subtus ipsum mare magnum. In *Pontii* Comitis Emporitani donatione anno MLXIII.

PETRAPERTUSENSIS. Affert eum *Valesius*. (*o*)

PETROCORICUS, *Petrogoricus*, *Petrocorreus*, *Petrecorregus*, vulgò *le Perigord*, quasi *Petrigordius*, dividitur in superiorem & inferiorem. *Petricordia tellus* Theodulfo dictus. Hunc *pagum Petrogoricum* appellat *Gregorius*, quem Gesta Dagoberti & Aimoinus sequuntur. *Petrocorecum* & *pagum Petrocoréum* Fredegarius; *Petregoricum* & *pagum Petrocorrecum* Gesta Pipini, Francorum Regis *territorium Petragoricum* Eginhardus; *Petrocorium* rectè veteres rerum Pipini Annales. Hic pagus ante annos CCC. *Pierregort* & *Peregort* dicebatur. Ex quibus intelligitur, ùt in priscis notitiis, sic à Veteribus rerum Francicarum Scriptoribus nomen Gentis *Petrocoriorum*, vel *Petrocororum* variè esse corruptum, & nunc *Petrogoras*, nunc *Petragoros*, & *Petregoros* multò sœpiùs, quàm *Petrocoros* eos appellatos fuisse.

PEULE. Errat *Samson*, Geographus Regius, cùm *Pleumosios*, à Cæsare nominatos, pago *Peule* in Diœcesi Turnacensi & Flandria Wallensi, seu Gallicana, nomen dedisse ait.

PHUNZINGOWE apud *Freherum*.

PICTAVUS, ager *Pictonum*, Pictavensem olim Episcopatum tantummodò continebat, nunc tres Episcopatus complectitur, *Pictavensem* veterem, *Malliacensem* & *Lucionensem* recentiores, ex Monasteriis factos, imminuto *Pictavensi*. Regionem *Pictonum* Gregorius Turonicus non semel *Pictavum terminum* vocat, *Pictavum* quoque absolutè, (*p*) ubi aut agrum, vel pagum, seu territori-

(*o*) l. c. p. 339. a. (*p*) cùm L. IX. c. 19. tùm alibi.

torium, aut terminum subaudiri necessum est: *pagum Pictavum* appellat *Hincmarus*, vulgò dicitur *le Poitou*, recentioribus Scriptoribus latinis *Pictavia* & *Pectavia*, ac *Pictonia*, dividiturque in superiorem & inferiorem. Inferior ad Oceanum Aquitanicum jacet, superior mediterranea est, & ab Oceano remotior. Pagus hic Comitibus olim suis insignis, ut est maximus, & longè latèque patens, ab ortu Turonibus, Biturigibus & Lemovicibus, ab occasu Oceano Aquitanico, à Septentrione Namnetibus, Andicavis & Turonibus, à meridie Santonibus, Ecolismensibus Lemovicibusque terminatur, & minores pagos non paucos continet. In his pagis *Castellairaldensis*, le Chasteleraudois, *Lausdunensis*, le Ludonois, *Mirebellensis*, vel *Miribellensis*, le Mirebalais, à castro *Miribello* dictus Mirebeau: *Toarcensis*, Toüarcois, cui nomen dedit castrum *Toarcus*, *Vastinensis*, Gastinois, à squalore & silvis suis ita cognominatus; pagus *Ratiatensis*, vel *Ratensis*, Annalibus Bertinianis notus, Pays & Duché de Rais, vel Rez, pagus *Arbatilicus* à Gregorio Turonico memoratus, Arbauge, pagus *Lucionensis*, le Loussonois. Pagus *Niortensis*, le Niortois, *Medalcensis* à Medalco nuncupatus, in charta Caroli Calvi pagus *Medalgus*, nec non *Medalgicus* dictus, les Mauges: *Tefalgicus* eidem Regi memoratus, à *Taifalia* nomen habens. Præc. Caroli Calvi de *Nantriaco* villa Ecclesiæ Parisiensis DCCCLXVIII. Villa *Nintriacum* in pago *Pictavo* secus fluvium *Clinnum* sita. Flod. anno DCCCCLX. *Hugonem* Rex Ducem constituit, addito illi pago *Pictavensi* ad terram, quam Pater ipsius tenuerat.

PINCIACENSIS, *Pinceciſus*, à *Pinciaco*, *Poiſſi* vulgò, in finibus Carnutum ad Sequanam, dicitur memoraturque in Capitulis Caroli M. propè Carnotensem pagum, ac in privilegiis Caroli Calvi: in Capitulis ejusdem Caroli posterioris *Pinceciſus* h. e. *Pincecensis*, vel *Pincianensis* dictus, & inter pagos *Caſtriſum* & *Madreciſum* i. e. Castrensem & Madricensem, vel Madriacensem positus, *le Poiſſiois*. *Helgaldus* in vita Rotberti, Franc. Regis, Pisciacum, Sedem Regalem, suprà Sequanam positam, Francorum Regibus satis i. e. valde esse opportunatam ait, in qua Monasteria antiqua tria sunt, S. *Mariæ*, S. *Joannis*, & S. *Martini*. *Sugerius* in vita Ludovici

Crassi

Crassi castrum *Pinciacum* melius *Helgaldo*, IVo pro *Pinciaco* corrupto jam nomine *Pixiacum* appellat, *Pexejum* Odericus Vitalis, (q) castrum *Poissiacum* Gvillelmus Nangiacensis. Ecclesia S. Petri *de Ver* in liti *Gaufridi*, Episcopi Carnutensis memoratur, quæ vulgò dicitur *Ver en Pincerais*, i. e. Ver in pago Pinciacensi. Est & inter sex Archi Diaconatus Ecclesiæ Episcopatusvé Carnutensis unus &quartus vulgò dictus *Archi Diacre en Pinserais*, h. e. Archi-Diaconus Pinciacensis, ut appareat, istum pagum, qui nunc appellatur *le Poissois*, olim nuncupatum esse *le Pincerais*, nomine ad vetus loci vocabulum, nimirum *Pinciacum*, accedente. *Aimoinus* (r) pagum *Pinciacensem* memorat his verbis: ex quadam possessione ipsius B. Viri, *Germani*, Parisiensis Episcopi, quæ in pago *Pinciacensi* sita, *Prunidus* dicitur: fuit homo enim *Adoardus* &c. *Prunidus*, Prunay vulgò dicitur: quem vicum *Prunetum* primò dictum esse non dubito à copia *prunorum* arborum, ac postea corruptè *Prunidum*. *Irmino*, Abbati Monasterii S. Germani, in libello *censibus cœnobii* villam *Magedonem*, vulgò *Meignon*, pago *Pinciacensi* attribuit: quæ hodieque *Pinciaco* & Sequanæ proxima est. Ludovicus Pius Augustus in literis datis anno Imperii tertio in pago *Pinciacensi* villam, *Rioilum*, aliàs *Karolivennam* ponit. Carolus, cognomine Simplex, suis in literis *Surisnas* quoque in eodem collocat pago. *Karolivenna* autem & *Surisnæ* sunt Parisiorum & in Parisiaca Diœcesi. Ex quo videtur colligi posse, *Pinciacensem* pagum duarum fuisse Diœceseon ac duorum populorum, & partim ad Carnutes, partim ad Parisios pertinuisse. Caroli M. placitum, quò adversùs *Herchenradum* Seniorem, Episcopum Parisiensem, *Placinium* Monasterium in pago *Pinciacense* Monasterio S. Dionys. adscribitur anno DCCLXXV. vide apud *Mabill.* (s) Caroli Calvi præceptum, quò prædia quædam in pago *Pinciacensi* sita *Hincmaro* Presbytero conceduntur anno DCCCXLIV. dabit idem. (t)

Pisciacensis pagus. Mabil. An. 898. n. 20. p. 302.

LEONUNGETHAL. Hujus meminit fundatio Monasterii *Wiesenstaigensis* de anno DCCCLXI. Indict. X, re-

(q) L. XII. hist. (r) L. II. Mirac. S. German. c. 4. (s) L. VI. chart. 91. (t) chart. 84.

gnante Domino *Ludovico* Rege ſuper Orientales regiones anno XXVIII. Regni ejus. Erant autem in pago iſto locus ipſe vulgo dictus *Wiſonſtaiga*, juxta fluvium *Filiſa*, qui eſt in *Grubingavv* in Comitatu *Warinhari* Comitis. (*u*)

PLISNI. Meminit hujus *Ditmarus* Merſeburgicus. (*vv*) *Bruno*, inquiens, Comes *Pliſnenſis*, (non Pariſienſis, quod typothetæ vitium eſt in editione Meibomiana.) locuples, cùm nullam haberet maſculam ſobolem (unicus enim ejus filius in venatione perierat,) de conſenſu uxoris *Willæ*, aliorumque heredum ſuorum, fundavit Monaſterium Virginum *Smollenſe*, illudque adeò ditavit, ut tertiam *pagi Pliſnenſis* partem cœnobio conferret, Filiâ *Gerburge* Abbatiſſa conſtitutâ, anno MCXXVII. Monialibus parùm religiosè viventibus, Monachi Ciſtertienſes, Fundatoris conſenſu, ibi nidificaverunt, ſed paulò poſt Portam migrârunt annô MCXXXVII. (*x*) *Pliſnam* invenies etiam apud *Adam. Bremenſ.* (*y*). Pagi nomen profluxit ab amne *Pleiſſa*, inter quem & *Eliſtrum* ſitus fuit. *Aldenburgum*, Miſniæ urbem, olim *Pliſne* dictam fuiſſe, ſcribit *Arnold. Lubecenſ.*, (*z*) exque co repetit *Kranz.* (*a*)

PLONIM. In hoc *Otto* Imp. totam decimam mellis, ſeu ad ſuam manum illam habuiſſet, ſeu alicui in beneficium conceſſa fuiſſet, anno DCCCCLXV. V. Kal. Aug. Eccleſiæ Magdeburgenſi dedit.

PLUMGOWE, vel *Phlumgovve*, in quo ſita eſt *ſilva Ottonis*, Ottenwald / de qua *Münſterus.* (*b*) & *Freher.* (*c*) In donatione *Enhardi* & *Immæ* de Cella *Michlenſtat*, ſita in pago *Plumgouve*, in ſilva, quæ dicitur *Odonenvvald*, ſuper fluvium *Mümblingen*, extat charta data in Laureshamo Monaſterio II. Id.

(*u*) vid. Cruſ. P. II. annal. Svev. L. II. c. 11. Conf. Vorburg. hiſtor. Vol. XIV p. 165. (*vv*) L. III. p. 46. & 55. & L. VIII. (*x*) vid. Pertuch. chron. Portenſ. L. I. p. 8. ſeqq. Lang. chron. Citiz. p. 783. Ecſtorm. chron. Walkenried. p. 45 ſeq. Albin. l. c. p. 435. D. Sagittar. in hiſt. Epiſcop. Numburg. §. 14. & chr. Numb. à me edit. p. 133. (*y*) L. III. c. 30. L. IV. c. 24. (*z*) L. VII. c. 18. (*a*) L. VII. Saxon. c. 27. conf. Ditmar. L. III. p. 49. (*b*) L. III. c. 359. (*c*) P. II. Orig. Palat. c. 6.

Id. Sept. anno VI. Regni Domini Ludovici, Glorioſiſſimi Imperatoris. (*d*)

PLUNENSIS. Nominatur ab *Helmoldo*, (*e*) cui etiam eſt *terra Plunenſis*. (*f*) Caſtri & urbis *Plunenſis*, à quo nomen, mentionem Idem fecerat jam ante. (*g*)

PODIENSIS. Vid. *Antiſiodurenſis*. (*h*)

POLABORUM, ſeu *Bolavorum*. Unus ex Slaviæ pagis eſt. Inde versùs nos *Polabi*; civitas eorum *Racisburg*. (*i*) Rugiani cum *Polabis* & *Obotritis* Kanuti Regis partes juvant. (*k*) Sunt igitur *Polabi* Razeburgenſes. *Pribislaus* II. Nicoloti F. AC. MCLXXII. cum *Henrico Leone*, Saxoniæ Duce, (à quo debellatus quidem, ſed reſtitutus erat,) aliisque vicinis Epiſcopis & Comitibus, in terram ſanctam profectus eſt. Redux verò Lyneburgi in certamine equeſtri ſub *Henrico* I. Imp. inſtituto obiit, relicto herede Filio *Henrico Burevino*. *Dobberani* in templo, quod cum Monaſterio condiderat, à Monachis ſuis ſepultus eſt, ubi epitaphium ejus antiquos Regum Vandalorum Obotritarumque ſeu Meckelnburgenſium, titulos talemq; inſcriptionem habet:

Pribislaus primus Fundator hujus Monaſterii, qui fuit Filius Nicoloti, Vagriorum, Circipanorum, Polaborum, Obotritarum, Keſſinorum, Vandalorumque Rex Illuſtriſſimus.

POLETHE. Meminit iſtius chronicon Monaſterii *Gozecenſis* ad annum MLIII. *Dedo*, inquiens, Comes Palatinus, apud pagum *Polethe*, à quodam Clerico, quem ob crimina ſibi objecta à Fratre ſuo, Bremenſi Epiſcopo, cuſtodiendum ſuſceperat, ſimulato obſequio aggreditur, & in ingvina, dum ſcandit equum, occultato enſe perfoditur.

PONTIVUS. Meminit hujus appendix chronici *Fredegarii*, cùm *Ebroinus* Theodoricum Francorum Regem, vel potius

Alemannus in vita S. Richarii Ab. Centul. cap. 1. Richarius quidam, nativus villa Lenbula provinciæ Pontivæ.

(*d*) vid. Spener. Oper. Herald. Part. ſpecial. L. II. c. 22. p. 440. (*e*) L. I. c. 58. (*f*) l. c. c. 97. (*g*) c. 25. (*h*) ap. Valeſ. (*i*) Helmold. L. I. c. 2. num. 9. (*k*) Id. L. VI. c. 9. num. 2.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1,ZEN Leibn. Marg. 48, [183] - 171

potius *Leudesium*, Majorem Domus ejus persequens, *Crisceetum* villam venisse in *Pontio* dicitur. *Crisciacum* vocant villam hanc regiam, seu publicam, Gesta Francorum, Galli *Crecy*: à qua & silva *Crisciacensis* in vita S. *Richarii*, Abbatis Centulensis, memorata, fiscalis & ipsa, nomen accepit, *la foresť de Crecy*. *Alcuinus* de vita *Richarii* Provinciam *Pontivam* appellat, & *Richarium* natum in villa *Centula* Provinciæ *Pontivæ* tradit, villa unà cum Monasterio S. *Richarii* appellatione censetur S. *Riquier*. Pagum *Pontivum* antiquis plenum nemoribus, desertum & invium vetus liber de vita S. *Judoci* vocat; vocat & liber vetustissimus de vita B. *Furséi* Abbatis; & ambæ vitæ *Haimonem* Ducem in eo pago sedem habuisse tradunt. Ex quo intelligitur, idem pago *Pontivo*, quod Campaniæ Gallicæ, contigisse, ut de Ducatu postea Comitatus fieret. In veteribus notitiis Provinciarum & Civitatum Galliæ nunc, ùt suprà *Pontium*, nunc corruptè *Ponticum* vocatur pro *Pontivum* sic: civitas Morenum, Taravanna, *Pontium*. Civitas Morinorum i. e. *Ponticum*, vel civitas Morinûm, i. e. *Ponticum*. At *Pontium*, vel *Pontivus* pagus non est in Morinis, sed in Ambianis, non in Diœcesi Tarvennensi, sed in Ambianensi. Literæ Ludovici Pii Augusti de divisione Regni sui inter tres Filios Pontium nominavêre, sicuti appendix Fredegarii & notitiæ quædam Galliarum. Ultra Sequanam pagi XVIII. i. e. Catalonis, Meltianum, Ambiensis (Ambianensis) & *Pontium* usq; in mare. In Capitulis Caroli Regis, qui Ludovici istius Filius fuit, anno DCCCLIII. apud Silvacum editis, *Pontium* quoq; dicitur sic: Missi in Rotmense, Tellau, Vitnau, *Pontium*, Ambianense. Rectè & Ludovicus & Carolus *Pontium*, seu pagum *Pontivum* cum pago Ambianensi conjungunt. Est enim pagus *Pontivus* magna pars veterum Ambianorum, inter Suminam & Altejam amnes jacens, & vulgo hodieque *le Pontieu* nuncupatur, Comitatûs appellatione veteri nobilis. *Pontivi* autem pagi, vel *Pontium* nomen est Gallicum, uti *Tellau* & *Vitmau*. Quò fit, ut conjecturam *Cluverii* probare non possim, à *pontibus* in itinerario *Æthici* memoratis, & ostio Altejæ proximis vulgare nomen pagi

Ponti-

Ponticum deducentis. Qui si Autores gallicos legisset, haud dubiè aliter sensurus fuisset. Certè à *ponte*, vel *pontibus* fieret pagus *Pontinus*, seu *Pontanus*, non *Pontivus*, vel *Pontius*. Hæc *Valesius*.

PORTENSIS, vel *Portuensis*, si *Vignerio* creditur, nunc obscurus est. Vid. *Pertensis*.

PORTIANUS. Situs est inter Laudunensem & Svessionicum pagum, fitque ejus mentio in Capitulis Caroli Calvi. Qui pagus *Portianus* inter Vongensem & Remensem in præcepto Domini Ludovici Aug. de divisione Regni inter Filios nuncupatur, de nunc pago *Reitestino* continetur, *le Retelois*, & à Frodoardo in *Hist. Eccles. Remens.* & in chronico pagus *Porcensis* non semel appellatur, qui villam augustam in pago *Porcensi* memorat. Eidem Frodoardo idem *pagus Porticensis* videtur dici, cùm ait, *Hugonem* à Laudano in pagum *Porticensem* profectum, & suprà Caldionem castra metatum esse. Item (*l*) pagus *Portianus* inter Vadensem & Tardonensem. Anno DCCCCXXXIII. *Richarius*, Episcopus Tungrensis, quoddam castellum, quod *Bernardus* Comes apud Archejas in pago *Porcinse* construxerat, evertit, eò, quòd suæ in Ecclesiæ terrâ situm esset, inquit Frodoardus in chronico. Archejæ illæ in pago *Porcensi* & in Diœcesi Tungrensi, sunt omninò *Arc*, vel *Arche* ad Mosam, inter Macerias & Caroli villam in pago *Reitestensi*: qui locus, aut vicus Principatûs titulo nunc insignis est, à quo Dux *Nivernensis* & *Reitestensis* Princeps Archensis in nummis suis cognominabatur inscribebaturque ætate nostrâ, & in cujus Principatûs finibus Caroli villa condita est. Ceterùm quidam pagum *Portianum* vocant linguâ gallicâ nunc Comitatum *Portianum*, *la Comté de Porcean*, nunc absolutè *Porcean* sæpius quàm *Porcien*. Castrum autem *Portianum*, caput pagi cognominis, modò *Chasteau-Porcean*, & *Chasceau-Porcien*, i. e. castrum in *Portiano* pago, modò etiam *Chastel en Porcean*. Et à pago oppidula quædam cognominantur, videlicet *calvus mons* in *Portiano*, *Chaumont en Porcean*, Asclejum in *Portiano*, *Esclyen Porcean*. Vid. *Flodoard.* (*m*)

PRETTIN. Paruit olim Archi-Episcopo Magdeburgensi, etsi situs esset in Diœcesi Misnensi. Anno MCLXIII. inter

(*l*) L. II. Hist. Remens. c. 18. (*m*) ann. 926. 941. & 948.

ter *Wigmannum*, Archi-Episcopum Magdeburg. & *Gerungum* Misnensem facta est permutatio, ut decimas *Prettinensium* agrorum perciperet Magdeburgensis, & quæ in pago *Lubenizi* provenirent, cederent Ecclesiæ Misnensi. Urbs *Prettin* hodieque superest non procul ab urbe *Torga*. (n)

PYSCHPORN. In vetusta chartula attrita fœdeque polluta, *Everart.*, C. de *Mossergk* donâsse dicitur S. Bonifacio anno MCXX. in pago *Pyschporn* unum cum dimidio mansum. *Mossebergios* olim Comites fuisse, ex forma compositionis inter Ottonem Imp. & Ludovicum, Bavariæ Ducem, factam Francofurti anno MCCXII. XIII. Kal. April. Indict. XV. didici, (o) ubi testes inter est Comes *de Mosberc*. Num per pagum *Pysch-* seu *Bischporn* intelligam exiguum pagellum *Bischofshorn*, non *Biclofshorn*, quo de *Fridericus* Imp. in charta, à *Pistorio* (p) allata de limitibus Diœcesi. Constantiensis, dat. Constant. anno MCLV. Indict. IV. V. Kal. Sept. anno Regiminis Fridericiani IV. Imperii vero I. *Termini autem* pagelli, *qui dicitur* Bischofshorn, *aliorumq; circumquaq; commorantium populorum, hi sunt: à Rheno fluvio inter* Legenvveiler *&* Tribeltingen *in* Gravvenstein, *ac deinde in medium* Falckmoss, *inde in superius* Falckmoss, *inde in superiorem partem* Luthenriet, *ac deinde in* Sarmos, *inde in* Buttenrieth, *inde in* Fortenbach, *& per* Fortebach *in* Comum &c.

Q.

PAGUS QVADRIGELLENSIS, vel *Kadrellensis*. *Quadrigellas* in veteribus tabulis vocari latino nomine *Charolles*, ait *Blondelius*, quæ pago *Quadrigellensi* nomen suum dederint, *le Charlois*. Hoc oppidum, Comitatûs titulo illustre, ita dictum esse, nunquàm vidi. Fides sit penes Autorem. *Cadrellas* passim nuncupari video atque *Kadrellas*, quod nomen truncatum duabus literis, & ex *Quadrigellis* deductum aliqui credunt. Ego *Cadrellas* esse dictas puto, quæ primùm sincero nomine *Quadrellæ* appellarentur, à forma *quadrata*, sicut de

(n) vid. Albin. l. c. p. 435. Fuld. p. 623. (o) vid. Antiqq. Brunsvic. Mader. p. 132. (p) L. II. Antiqq.

de bello *quadro* bellum *cadrum* recentiores Scriptores fecerunt. Ita quadrum vel quadratum Galli vocitant *carré* & *cadre*, quin c. convertendo. *Bartholomæus* Archi-Presbyter de *Kadrellis* in Episcopatu Æduensi, seu Augustodunensi in literis datis anno MCCLXXVII. & MCCXXCIV. memoratur.

QVINTZINGOWE. In quo Monasterium *Altaha* situm fuit, scilicet in territorio, quod est inter *Suveinaha* & ipsum Monasterium. Huic Ludovicus Rex tradidit res proprietatis suæ. Literæ datæ sunt XV. Kal. Sept. ann. XXV. Regni Serenissimi Regis in Orientali Francia regnantis, Indict. V. Actum Ratisbon.

R.

PAGUS RANGOWE apud *Freherum*. RANORUM, seu *Rugianorum*. Unus è Slaviæ pagis, quo de benè multa apud *Helmoldum* in chron., *Kranz.* in Vandalia, aliosque.

Radensis pagus. Rabod. T. III. Annal. p. 694

RATIATENSIS, aut *Ratensis*. Vicus *Ratiatensis* quem Gregorius libro de gloria Confessorum propè urbem Namnetas in finibus Pictonum ponit, nomen dedit *Ratiatensi* pago, *Ratensi* in Annalibus Bertinianis dicto. In quibus invenio, *Herispoium*, Brittonum Ducem, regiâ veste & paternæ potestatis honore, h. e. patrio Regno à Carolo Calvo, Francorum Rege, donatum esse, additis Redonis, Namnetis & *Ratensi* pago, qui ex eo tempore Britanniæ, à qua flumine *Ligere* dividebatur, pars esse cœpit. Verba Annalium sunt: Anno DCCCLI. *Respogius*, Filius *Nomenogenii*, ad Carolum veniens, in urbe Andegavorum datis manibus suscipitur, & tàm regalibus indumentis, quàm paternæ potestatis ditione donatur, additis insuper ei Redonibus, Namnetis & *Ratense*. *Ratiatensis*, vel *Ratensis* pagus in finibus Pictonum, *Ligere* amne à Britannia, cui tamen attribuitur, divisus, Ducatûs titulo gaudet, ac vulgò nuncupatur *le pays & Duche de Raitz*, aliàs *Retz*. Gregorius in libro suprà laudato sic scribit: Intra ipsum Pictavorum terminum, qui adjacet civitati Namneticæ, i. e. in vico *Ratiatensi*, Lupianus quidam à B. Hilario baptizatus, in albis defunctus quiescit. Vid. *Pictavus*.

RE-

REDENSIS. Oppidum olim non infrequens ac incelebre fuit nomine *Redæ*, inter Carcassonem & Narbonem positum, de quo *Theodulfus*, Aurelianensis Episcopus, in Paræneſi ad judices:

Inde revisentes te Carcassona Redasque,
mœnibus inferimus nos citò, Narbo, *tuis.*

Et locus ille quidem nunc obscurus est & ignotus, at pagus *Redensis*, ab eo cognominatus, clarus notusque est. Vocatur enim *le pays & Comte de Rasez*, vel *Razez*, & *Electam* (Alet) ad castrum *Limosum* continet. Pagus *Redensis* nuncupatur *Rasez*, ùt pagus Cussacensis *Cuzaguez*. In literis Stephani Papæ V. ad *Arnustum*, Archi-Episcopum Narbonensem, datis anno I. Imperii Arnulfi Comitatus hujus fit mentio. Tàm in Comitatu Narbonense, quàm & *Reddense*, seu & Minerbense atque Ausonnense, nec non & Biterrense, sive etiam Nemausense. Archi-Diaconi *Reddensis* in Ecclesia Narbonensi mentionem quóque inferunt priscæ tabulæ. Præc. Caroli Calvi. In pago *Redense* in villa, quæ dicitur *Limosus*. Præceptum Odonis Regis Franc. anno DCCCLXXXVIII. in pago *Redensi* locum, qui dicitur S. *Vincentii*, in villa *Ceria*, & villa, quæ dicitur *Anulvilla*, quæ est sita in pago *Redensi*. Gelasii II. bulla de privileg. Monast. Caunens, in Diœcesi Narbonensi anno MCXIX. in pago *Redensi* villam *Recemiro* cum Ecclesia sua.

REDONICUS. Pagum hunc *Gregorius* (q) vocat *regionem Redonicam*, *territorium Redonicum*, (r) *Rennois*.

REGOMAGO apud *Freherum*.

REITESTINUS. *Reitestæ*, vulgò *Retest* primò, post *Retel* dictum ad flumen *Axonam* in finibus Remorum, olim Comitem suum habuit, ac demum in *Ducatûs* titulum atque *Pariatûs* beneficio *Henrici* III. Francorum Regis adscendit. Ab eo nomen habet novum pagus *Reitestinus*, le *Retelois*, qui olim pagi *Portiani* nomine & finibus continebatur ex parte designaturque. Vicus olim tantummodo fuit. Quippe villa *Reitestæ* vocatur in vita MS. S. *Arnulfi*, cujus pater *Cyriacus* primò, post baptismum *Rogatianus* dictus, & Mater *Quintiana*, postea *Euphrasia* nuncupata, omnia, quæ in villa, *Reitestæ* nomine, habere videbantur, S. *Remigio* tradiderunt,

(q). L. V. Hist. c. 30. (r) L. IX. c. 14.

derunt, ut ejus meritis sibi filius condonaretur. Quidam *Regiteste* mendosè appellitant, alii & corrupto vocabulo *Reistetum* & *Registete*. Willelmus Brito (*s*) *Restellam* vocat, nomine ad vulgare vocabulum accedente, & *Restellæ* ac *Cocii* i. e. *Codiciaci* Comites memorat hoc versu :

Restellæ, *Cocii Comites*, *Dominus q. roseti*
certatim Ecclesiæ patrimonia dilapidabant.

Rosetum illud, cujus Dominus Clerum Remensem cum duobus istis Comitibus vexabat, est *Rosetum in Theorecia*, *Rosoy en Tierache*, non autem *Rosetum in Briegio*, *Rosoy en Brie*. Joannes quoque Parisiensis in memoriali Historiarum *Restellensem* Comitatum semper appellat, & in eo villam de *Maceriis* positam fuisse docet, i. e. *Macerias*, *Mesieres ad* Mosam flumen. *Restellum* nuncupat appendix chronici *Willelmi Nangiacensis*. Ex *Restello* aut *Restella* factum est à Gallis demum *Retel*. Inter *Philippi* Augusti milites vexillarios Campaniæ sex Comites nominantur, Comes *Jovigniaci*, Comes *Brenæ*, Comes *Registestis*, Comes *Grandisprati*, Comes de *Chigni* i. e. Cisneji, & Comes *Rociaci*, cum Dominis *Trianguli*, Treynel, *Montis Mirabilis*, *castri Villani*, Chasteau Villain, *Nantolii*, Guengnorou i. e. *Vangionis rivi*, *Capparum*, Chapes, *Brecarum*, Brojes, *Viennæ*, *Alneti*, *Asperi montis*, *Dampetræ*, Chaumont, seu *Calvi montis*.

REMENSIS, *Remtianus*, corruptè dicitur *Remegensis* in divisione Regni Ludovici Aug. inter Filios, & in media Francia inter pagos Portianum ac Laudunensem ponitur. Idem in Capitulis Caroli Calvi apud Silvacum anno DCCCLIII. editis *Remtianus* dicitur, sicut à Fredegario (*t*) *Remetiana* urbs, vel *Remiciana* urbs pro *Remensis*. In vita S. *Arnulfi* legimus, Comitatum *Remensem* ei à Rege Clodovéo esse delatum. Comitatus Remensis idem est atque pagus *Remensis*. Nam cuique pago suus plerunque præerat Comes, caput autem pagi præcipuumve oppidum Sedes Comitis erat. Frodoardus in pago *Remensi* Proviliacum ponit, locum Abbatiæ titulo illustrem, vulgò *Preüilli*. Sunt in Diœcesi *Remensi*, qualis hodie est, non qualis olim fuit, seu *Remorum* finibus conti-

(*s*) in L. I. Philippid. (*t*) L. IV. chron. c. 16.

Rhenensis pagus. Habit. ad an. 899. n. 28. p. 305.

continentur plures pagi, nimirum *Remensis*, i. e. ager *Durocortori* suburbanus, *Dulcumensis* seu *Dolomensis*, *Vongensis*, *Castrensis*, *Stadonensis*, sive *Stadinensis*, *Portianus*, *Mosomagensis*, *Reitestinus* recentior pagus, pars *Treoraviæ*, *Montania*, la Montagne, silva & pagus *Argonna*, vel *Argonia*, *Argonne*, aliique pagi sub majore Archi-Diacono Campaniæ, qui sunt duo Ecclesiæ Remensis Archi-Diaconi. Flodoard. in chron. ann. DCCCXIX. Hôc annô nihil vini in pago *Remensi*, nisi parùm admodum fuit. Id. DCCCCXXXI. Exercitus Regis atque Hugonis Laudunensem & *Remensem* pagum deprædantur. Præc. *Dagoberti* Reg. Ex villa cognominante *Germiniaco* in pago *Remense*. (*u*)

RETHARIORUM. Unus è Slavicis pagis. Sunt autem *Rhedarii*, *Ridarii*, seu *Riaduri* Stolpenses & Ancklamenses. Post *Odoræ* igitur lenem meatum, & varios Pomeranorum populos ad occidentalem plagam occurrit *Winulorum* Provincia, eorum qui *Tholenzi*, sive *Redarii* dicuntur. (*vv*) *Riaduri*, seu *Tolenzi*, propter antiquissimam urbem & celeberrimum illud fanum, in quo simulacrum *Radigast* (quod depictum nobis dedit CL. *Bangertus*, (*x*)) ostenditur, regnare volebant, adscribentes sibi singularem nobilitatis honorem, eò quòd ab omnibus populis Slavorum frequentaretur propter responsa & annuas sacrificiorum impensiones. Porro *Circipani* atque *Kycini* servire detrectabant, imò libertatem suam armis defendebant. Crescente igitur paulatim seditione, tandem pervenitur ad prœlium, ubi inter validissimas pugnas *Riaduri* atque *Tolenzi* fusi sunt. (*y*) Suprà conjunxerat *Riaduros* & *Tolenzos*, hîc separat. Inter Slavorum populos, qui Albiam inter & Odderam degunt, medii potentissimique omnium sunt *Retharii*. Civitas eorum vulgatissima *Rethre*, sedes idololatriæ. Templum ibi constructum est dæmonibus magnum, quorum princeps *Redigast*. Simulacrum ejus auro, lectus ostro paratus. Civitas ipsa novem portas habet, undique lacu profundo inclusa; pons ligneus transitum præbet, per quem

(*u*) Vid. Henschen. de tribus Dagobert. c. 8. & confirmat. Grimoldi Ducis ap. eund. (*vv*) Helmold. L. I. c. 2. num. 6. (*x*) p. 126. (*y*) Id. Helmold. l. c. 21. num. 1. & 2.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1,ZEN Leibn. Marg. 48, [190] - 178

quem tantùm ſacrificantibus via conceditur. *Adam. Bremenſis* (z) alibi eos vocat *Rheteros.* (a)

RETTEGA vel *Rittega.* Fuit in eo prœdium *Marsfelde*, in Comitatu *Udonis* Comitis, quod *Conradus* Salicus Imp. interventu *Gislæ* Imperatricis & dilecti Filii Regis *Henrici*, ob ſervitium, ſecundum votum ſibi ſœpe impenſum, *Meinvverco*, Epiſcopo Padebornenſi, donat anno MXXXIII. III. Id. Maji. Noviomagi. (b) Præterea fuit in eo prœdium *Hojeſtede*, in Comitatu *Bernardi* Comitis, quod Idem Epiſcopus ab *Henrico* II. Imp. anno MXIII. acquiſivit cum omnibus appendiciis & utilitatibus, quibus id *Unvvanus*, Archi-Epiſcopus Bremenſis, poſſederat, eique dederat legaliter. (c) Idem *Henricus* II. Imp. interventu *Benedicti* Papæ, Patris ſui ſpiritualis, *Cunigundæ* Imperatricis, *Erchanbaldi* Moguntini Archi-Epiſcopi, aliorumque Epiſcoporum, quondam curtem *Hammenſtede*, ſitam in pago *Rittega*, in Comitatu *Udonis*, *Meinvverco* Epiſcopo donat annô MXXI. (d) *Heinricus*, Dux Bavariæ & Saxoniæ, adiit *Fridericum* I. Imp., eique oſtendit privilegium Progenitoris ſui divæ memoriæ *Conradi* Imp., in quo continebatur, quòd Comes quidam olim, *Uto* nomine, prœdium uxoris ſuæ *Beatricis*, *Hiordinge* nominatum, ſitum in pago *Hrittega*, cum omnibus pertinentiis ſuis, præfato *Conrado* in proprium donaverit, ùt pleniùs habetur in ipſis tabulis apud *Maderum.* (e)

RHENENSIS, *Rhinecgovve*, *Rinicgovve.* Fuſiùs hunc pagum explicat *Freherus*, cùm ùt error ſupra perſtrictus, (f) de Comite hujus pagi cum Palatinis Rheni Patris honorem, ad quem usque à ſtrata montana hic pagus extenditur, tùm denique ob loci vetuſtatem & religionem, cœnobio præſertim illo totâ Germaniâ famoſiſſimo & antiquiſſimo, quod *Laurisham* vocatur, memorabilem. Hoc enim eſt illud, quod tempore Pipini Regis *Cancor*, Illuſtris Rhenenſis pagi Comes, *Ruperti* F., *Adelhelmi* Nepos, (ùt Annales ejus cœnobii teſtantur,) cum Matre

(z) L. II. c. 11. (a) L. III. c. 24. (b) P. I. Ann Padeb. p. 490. ſeq. (c) conf. Monum. Padeborn. edit. prim. p. 83. (d) Aut. vit. Meinvverc. c. 23. 68. & 121. (e) in Antiqq. Brunſvic. p. 118. (f) vid. Freher. l. c. c. 3. p. 44. ſeq.

sua *Villùvvinda*, *Raperti* Comitis Vidua, in Insula, *Aldenmünster* nominatâ, primus fundavit & magnificè dotavit: posteaque *Rutgangus*, Metensis Archi-Episcopus, B. *Nazario*, allatis Româ istuc ejus lipsanis, consecravit. Carolus denique Magnus, qui & præsens consecrationi adfuit, multis prœdiis, privilegiis, & donationibus exornavit, aliique Principes, Comites, Barones, Proceres, Ingenui, omniumque omnium Ordinum homines per totum Rheni tractum, ad infimam usque Germaniam habitantes, admirabili studio quasi certatim locupletârunt, ut cum magno Episcopatu, vel Principatu conferri potuerit. Eò *Tassilonem*, Bojariæ Ducem, iteratò rebellantem, & graviora meritum, Carolus M. detrusit, ùt varii Annales, vita Caroli M. à Pithœo edita referunt, & *Frisingensis* (g) testatur, etiam ipsius ibi monumentum adhuc visitur cum hac inscriptione:

Conditur hâc foveâ, quem, pie Christe, beca.
Tessilo *Dux primùm, post Rex, Monachus sed ad imum,*
Idibus in terrâ decesserat iste Decembrù. (h)

Villæ autem ad hunc pagum Rhenensem pertinentes hæ sunt:
Altenmünster Insula, ubi Monasterium *Lauresham* postea positum est, super fluvium *Wizgoz*. De hoc capiendus est locus veteris Scriptoris de vita Caroli Magni edit. Pith. (i) Et *interrogavit* Tassilonem, *quid agere vellet? ille verò postulavit licentiam sibi tonsurandi, & in Monasterium introeundi. Similiter Filius ejus* Theodo *judicatus est: & ambo facti sunt Monachi in* Olto Monasterio, (Alden-Münster) *ubi S. Bonifacius* (legendum credo *Nazarius*) requiescit.

Altdolfesbach,

Antverpia etiam sita est in pago *Rhenensi*. In literis ante annos DCLX. datis vocatur pagus *Rien*, & Comitatus *Rien*, in vetustioribus autem *Renensis*.

Babestat,

Basinesheim, *Buosinesheim*, super fluvium *Liutra*, hodie Bensheim.

Bettenheim,

Bice-

(g) L. V. chron. c. 25. (h) vid. Freher. P. I. Orig. Palat. c. 6. & Meibom. not. ad diplom. Tassilon. T. III. Rer. Germ. p. 193. (i) p. 253.

Bicehunbach, seu *Bickenbach*. Fuit aliquando Baronia, hodie in jure Landgravii Hassiæ, residentis *Darmestadii*, Comitum *Erpacensium*.

Birstatt,

Bibinfloz, super fluvium *Wügoz*, hodie Bibles/

Birckenovva,

Cambden villa,

Dornheim, Clingenburg situm in pago Rinecgave super fluvium Sulaha. Trad. Fuld. Mss.

Eccandorph,

Elimaresburg, rectiùs *Elimaresbach*,

Erifeldon, seu *Ehrfelden*.

Eberstat, seu *Heberstat*,

Frenckenvelt vicus, hodie Franckenstein/ arx Equestris familiæ ejus nominis.

Frigbodesdorphe,

Gaulago villa,

Gobaha, Trad. Fuld. Mss. *Gunnenbach*,

Gernesheim, seu *Kerenesheim*, vel *Gernichesheim*, hodie Gernsheim/

Geravv villa propè Triburiam, à qua tota illa regiuncula, pars Comitatûs Catzenelenbogensis anterioris, (hodie das Geraver Ländlein) nomen habet.

Gisenheim, Trad. Fuld. Mss. *Hemingesbach* villa, hodie Hemspach.

Hephenheim villa, Heppenheim an der Bergstraß/ cujus terminationem ex antiquissimis Monumentis apponam.

Hæc est descriptio marchæ, sive terminus silvæ, quæ pertinet ad Hephenheim in *pago Rhenensi:* sicut semper ex tempore antiquo Ducibus & Regibus ad eandem villam tenebatur, usque dum eam Carolus Imperator tradidit ad S. *Nazarium* pro remedio animæ suæ.

Inprimis incipit à loco, qui dicitur *Steinvortovva*, ubi *Germanesheim* marca adjungitur ad *Hephenheim* marcam. Inde ad *Langvvata*, inde in *Ginnesloch*, inde in *Woladam:* inde ad *Adolvesbach*, inde in *Felsberck*, de *Felsberck* in *Reonga*. Inde in *Wintercasten*, inde in mediam *Arezgreste*, inde in *Welinehove*, deinde in summitatem *Hildegeresbrunno*. Inde in *Burgunthart*, de *Burgunthart* in *Eichesharz*,

hart, ubi *Rado* Domini Regis Missus fecit tumulum (cumulum) in confinio silvæ, quæ ad *Michlinstat* pertinet. De illo tumulo in *Ulsbrunnen*, inde in *Mosehart*, ubi alius tumulus est factus. Deinde in *Lintbrunnen*, ubi est tertius tumulus. Inde in *Albvvinesſneida* usque in *Moresberck* in fluvium *Necker*, ubi *Lutra* rivulus intrat in Necker. Deinde juxta *Ulvenam* usque in *Franckonodal* summitatem, ubi *Steinhahar* rivulus incipit manare. Deinde ad pendentem *Rocham*. Inde in *Gunnesbach* summitatem. Et sic per totam silvam in longum usque in medium *Katesberch*. Inde in stratam publicam, quæ ducit de pago *Lobodonense*. Et sic pervenit in *Wugoz*: & sic per longum *VVugoz* (langs der Weschwitz) usque ad *Lauresham*. Inde iterum in *Steinvortovva*. Hanc villam cum silva habuerunt in beneficio *VVegenlenzo* Pater *VVarini*, & post eum *VVarinus* Comes, Filius ejus in ministerium habuit ad opus Regis, & post eum *Bongolfus* Comes, quousque eam Carolus Rex S. *Nazario* tradidit. Iste *VVarinus* ex præcepto Caroli Regis anno XXVII. Regni ejus mediante Mense Augusto placitum in eadem silva ad tumulum, qui dicitur *VValineboug*, habuit, & cum Illustrium Virorum judicio & testimonio terminum & divisionem ejus faciens, eam à silva, quæ pertinet ad *Moyneegovve*, & ab omnibus circumpositis marchis sub certis & designatis limitibus disterminavit, quorum limitum hæc sunt vocabula: *Steinfurt*, *Ginnesloch*, *VValodam*, *Adolfesbach*, *Felisberck*, *VVinterchasto*, *Gelicheberga*, *Aresgreste*, *VValehinboug*, *Burgunthart*, *Eichenes hart*, *Heldigeresbrunno*, *Mosahart*, *Lintbrunno*, *Cravvinberck*, *Abvvinesſneita*, *Mauresberck*, *Gamenesbach*, *Igilesburch*, *Rennolfesſol*, usque in *Ulvena*, quæ influit in Necchar. Ab *Ulvena* usque in *Franconodal*. Ad petram in *Kasenovva*, ad petram in *Hirselanden*, *Loubvvisa*, *Marlachar Musa*, *Aganrod*. Infra hos limites juxta decursum fluvii *VVugoz*, qui ex duobus fontibus scatet, secus duos rivulos, videlicet *Manoldescella* & *Richgisesbura*, sitæ sunt hæ villæ: *Furte*, *Rintbach*, *Morlenbach*, *Birckenovva*, *VVinenheim*, *Hemmingisbach*, *Lutenbach*, (hodie Lautenbach/) *Hephenhaim*, *Besinsheim*, *Urbach*, *Lauresham*, *Biseſtat*. Huic determinationi hi testes interfuerunt. De Lobodengovve *Dieprecht*, *Erpolt*, *Engilbrecht*, *Leitrad*, *Isenbrecht*, *Reginbrecht*,

ginbrecht, *Hertrinc*, *Hadebrecht*, *Bubo*, *Erkenbrecht*, *Nauthoch*, *Holmbrecht*.

DE WINGARTEIBA *Adelbodo*, *Snelhart*, *Waldrich*, *Boddof*, *Albrich*, *Dragebodo*, *Gebehart*, *Moor*.

DE MOYNICGOWE & RINECGOWE: *Rupertus* Comes, *Gerhart*, *Wolfhart*, *Rado*, *Lambodo*, *Tieto*, *Rugger*, *VVacher*, *Beinung*, *Duodo*, *Hereman*, *Hererat*, *Regenher*, *German*, *VVachmunt*, *Rudolf*, *Uga*. Sed & terminatio Ecclesiæ in *Heppenheim* facta sub Carolo M., & ad perennem memoriam saxo inciſa adhuc ibi extat in æde parochiali prædicti oppidi, ad parietem fixa, digna, quæ ad teſtandam loci antiquitatem apponatur. Eſt autem talis:

Hæc eſt terminatio iſtius Eccleſiæ, *Gadero*, *Ruodhardesloch*, *Anzen*, *Haſal*, *Hagenbuocha*, ſuper montem *Emminesberc* usque ad *Cilevvardesdorſul*, *Kecelberg*, *Rorenſulon*, à *Hurnenecga* usque ad *Scenbach*, à *Scenbach* usque ad *Razenhagan*, à *Razenhagan* usque ad parvum *Ludenvviſcoz*, à *Ludenvviſcoz* usque ad *Mitdelecdrun*, *Richmanneſten* usque *Albenesbach*, una *Albenesbach* huc altera illuc *Fronerut*, *Stentenros* usque *Scelmenedal*, *Megenzenrut*, *Sultzbach* usque ad medium fretum *VVagendenror*, *Bluenesbuohel*, *Hadellenbac*, *Herdengesrunno*, *Snellengiezo*, usque in medium *VViſgoz*, & in medietate *VViſgoz* usque ad *Gaderen*. Hæc terminatio facta eſt anno Dominicæ Incarnationis DCCCV à Magno Carolo, Romanorum Imperatore.

Hoven, Trad Fuld. 105.

Herulfesheim,

Huſun, villa in *Baſinsheimer* marcha,

Langundun, cujus terminationem veterem adjicit *Freher*, hodie Langen.

Notitia hubarum, quæ attinent *Langunge*.

Incipit enim à loco, qui dicitur *Rodesbach*, deinde ſuper medium *Stafuleshart*, inde ad *Lohhenſuvve*, inde *Ginnesheim reine*, inde ad *Driechlahha*, (drey Eichlacha/) inde ad *Bucheivvege*, inde ad *Spiren Dilinger* marca, inde ſuper *Roſſeshart*, inde ſuper *Cuberesbart*, inde ſuper *Ovemda*, Offendahl / inde iterum in *Rodesbach*.

Hæc

Hæc nomina Virorum, qui juraverunt, præsente *Ruthardo* Comite & Misso Regis Ludovici Junioris, quòd secundùm descriptionem istorum locorum semper eadem silva pertineret ad *Langunga*, & ita habuit eum in beneficium quidam Vir nomine *Folcrat*, & post eum *Osther*, donec sub ipso *Osthero* servi Regis de Triburen eandem silvam per vim intraverunt, & sibi eam deinceps vendicare cœperunt. Isti sunt, qui juraverunt:
Rudoch, *Lintumvvare*, *Gozalach*, *Ratger*, *Liubuart*, *Beinher*, *Adelhelm*, *Godehelm*, *Berchtunc*, *Drasemunt*.
Isti sunt, qui audierunt: *Ruthardus* Comes, *Cilevvart*, *Gernant*, *Rambertus*, *Herivvic*, *Hildebalt*, *Adelhun*, *Rutart*. Item *Gernant*, *Adelhelm*, *Ruotvvic*, *Altvvin*, *Willefrit*, & alii multi.
Leheim villa,
Lieberesbach,
Locheim superius & inferius,
Liuthershusen,
Lauresham Monasterium, ubi S. *Nazarius* (cujus natalis in Martyrologiis habetur XII. Junii) in corpore requiescit,) in Comitatu *Gebehardi*, *Burcardi* Advocati. Ita video scriptum in veteribus diplomatis plusquàm sexcentis, jam inde à fundatione prima, & sequenti ævo Carolino. Et apud *Luitprand.* (*k*) ac in Annalibus à *Pithœo* editis (*l*) *Lauresheim.* Scriptores tamen quidam recentiores *Laureacense* Monasterium vocant, ùt *Frisingensis*, (*m*) alii etiam *Laurissam*, ùt *Trithem.* passim. Vid. etiam *Münster.* (*n*)
Oncular,
Pisinheim, vel
Pisinhanno marca,
Phungestat, Fuckstadt/
Raureheim, seu *Rorheim*,
Rigimago,
Scarra,
Seheim villa, hodie in jure Comitum *Erpacensium.*
Steine, locus juxta fluvium Rhenum situs, in Comitatu *Cunradi* Ducis. Suain-

(*k*) L. IV. c. 5. (*l*) p. 105. (*m*) L. V. chron. c. 25. (*n*) L. III. c. 354.

Suainheim, seu *Sueinheim*, de qua veterem actum subjicere operæ pretium est. In Trad. Fuld. Mstis ad Steinaho.

Notitia de inquisitione *Hurfeldermarcha*, in qua villa, quæ dicitur *Sueinheim*, sita est.

In anno XIV. Regni Domini nostri Glorioſissimi Imperatoris Caroli M. publico apud Eundem Principem habito placito, facta est inquisitio de *Suenheim*, si per *drictum*, gallicè per droict, haberet attingere ad villam *Hurfeldo* marcam, quam ipse Dominus & semper nominandus Carolus dedit in eleemosyna ad partem S. *Nazarii*.

Hæc sunt nomina testium, qui in ipso placito fuerunt. *Heinricus* Comes, Filius Dominæ nostræ *VVillisvvindæ*, *VVidrat*, *Franco*, *Folcrat*, *Erbivvart*, *Benno*, *Friderich*, *Erunst*, *Irmenivvulf*, *VValtheri*, *Heiltung*. Ibi fuerunt etiam Missi Domini Regis, *Guntrammus* & *Herirardus* Cancellarius, & Scabini, & testes quorum ista sunt nomina. *Guntramnus* Comes, *Albraat*, *Rado*, *Rutger*, *Riphvvin*, *Stahal*, Filius *Massæ*, *VVelafrid*, *Huchertus*, *VVillehelm*. Isti omnes attestati sunt, quòd absque ulla ambiguitate per drictum in eleemosyna Domini Regis ad partem S. *Nazarii* villa *Sueinheim*, cum omnibus adjacentiis suis attingere deberet, eò, quòd infra marcum *Hurfeldun* ipsa villa *Suenheim* sita est. Igitur in illo die Lunæ, quem nos dicimus secundam feriam, proximo, qui fuit VIII. Id. Junii venerunt Missi Domini Regis, *Richartus* & *Guntramus* Comes, in jam dictam villam *Sueinheim* cum præfatis Scabinis & testibus, & similiter omnes consona voce sicut prius in primo placito dixerunt; ac sic præcepto Regali testificatio illorum confirmata est.

Suarzaha fluvius,

Sultzbach,

Thornheim,

Triburia, villa Regia & publica, de qua alibi plura.

Virnunheim, *Virnheim*, cujus terminationem saltem hîc adjiciam. Conscriptio marchæ & silvæ, quæ pertinet ad *Virnunheim*, in pago *Rhincgovve*, sicut eam *Chunradus* Rex ad manum suam habuit, & per *Liutfridum* ipsius Comitem, ceterosque suos fideles limitibus, collibus, vallibus, lapidibus, tumulis, viis, interdistingvere jussit, sunt infrà habetur.

Ab oriente incipit à petra, quæ ſtat in *Aldaha*, & ſic vadit ad vallum, ubi confinium eſt *Liuthereshuſon* & *Hetenesheim*. Deinde ad furnum calcis. Deinde per medium *Michilinrieth*. Deinde per medium *Rincvviſon*. Deinde ad *Sol*, quod eſt in confinio *Strazheim* & *Virnunheim*. Deinde ad agrum Regis. Deinde ad *Stochvvege*. Deinde ad lapidem, qui ſtat in vico, qui dicitur *Geberti*. Deinde ad tumulum, (cumulum) nam hodie dicitur der Kümmel. Deinde ad publicam ſtratam. Deinde ad lapidem, quæ ſtat in via, quæ pergit ad *Lorſam*. Et ſic iterum in *Aldaha*, ùt ſuprà dictum eſt.

VVadtinheim, *VVatenheim*, in Comitatu *Utonis*.

VVugoz, *VViſchoz*, fluvius, hodie die Weſchwitz/

Zullenſtein, villa, in ripa & portu Rheni fluminis.

Hæ ſunt hujus pagi villæ, quas omnes Carolinis temporibus extitiſſe, vetera inſtrumenta fidem faciunt. Et hodie omnes ferè in Præfectura, ſive Burggraviatu *Starckenburgenſi* continentur, ita ut ea nil aliud, quàm vetus ille *pagus Rhenenſis* eſſe videatur. Nec eſt, quòd mireris, eadem aliquando villarum nomina ſub diverſis pagis reperiri, ùt *Scarram*, *Virnheim*, & alia, ſive quòd plures ejuſdem nominis villæ eſſe potuerint diverſis in pagis, ſive quòd eadem villa, fortè in confinio poſita, pluribus pagis annumerari, ùt & hodie controverſias videmus de finibus, Streit um die Gemarcke und Ende.

Rhetia pagus Traditio Pipini Regis Fuld. Monast. fratres Lougiacum, Tiningum, Holtzkirchun sitas in pago Retiæ super fluvium Aquera & Danubium. v. Charbul. Mſſ. Fuldenſe. aliud Pipini Diploma: Villa Agrum dicitur Ottingen sitam in pago Recia. Trad. Fuld. Mſſ. in pago Recia in villa Sneiten juxta fluvium Brenze.

RHINGOWE, in Rhætia, diverſus à priore, quo devide Tſchud. (o)

RHIUSTRI. In Annalibus Francicis *Adelmi*, Monachi Benedictini, à *Juſto Reubero* JCto editis, (p) collocatur ad Viſaram, qui & Viſurgis. Scriptor vitæ Ludovici Pii Imp. vocabulum corrumpens, vocat *Hhriuſtri* (alii *Ruſtri*, *Ruſtringe*, vel *Ruſtringiæ* pagum, *Hthriuſtri*,) ſimulque addit, fuiſſe Comitatum Friſiæ, datum ab eodem Imperatore *Harioldo*, Daniæ Regi, recens baptizato, ut ſi propter chriſtianiſmum patriâ ejiceretur, hoſpitium ibi & alimenta haberet. *Adamus Bremenſis* varians, *Horicum* (*Roriſtam* in pago *Roſcia*) ſcribit *Lazius*, (q) *Harioldi*, ſeu *Haraldi* fratrem (alii malunt filium,)

(o) c. 12. (p) ad ann. 793. f. 400. (q) L. III. de migrat. Gent. f. 113.

filium) *Ruſtriam* ab Imperatore accepiſſe affirmat. Scholiaſtes ejus (*r*) *Ruſtringe* vocat. (*ſ*) Supereſt etiamnum *Ruſtringiæ* nomen, eſtque tertia pars *Jeverenſis* ditionis, quam *Jada* mediam ſcindens in duas partes dirimit. Qui cis *Jadam* habitant, vetus *Ruſtiorum* nomen retinent: ultra Jadani *Butjadæ* i. e. Transjadani & Stattlandi appellantur. In *Ruſtriâ* fuit villa *Pleccaze*, hodie *Blexen*, locus emortualis *VVillehadi*, primi Archi-Epiſcopi Bremenſis. (*t*) Hiſtoria Antiſtitum illorum à *Lindenbrogio* edita corruptè admodum ſcribit *Blökegen*: & perperam ſanè pagum hunc ex hodierna pagi ſignificatione interpretatur. (*u*) Terminos quippe ejus nimis anguſtè definiunt Scriptores, qui ampliſſimi olim erant, priuſquam à maris violentia abſorberentur. (*vv*) Totam occidentalem Viſurgis ripam usque ad ſalſum mare comprêndit. *Ju eo vitam Smalonſlet memorat Anſchario in mirac. S. Willehadi c. VII.*

RHUENSIS, fortè eſt *Rivenſis*, *de Rieux*. (*x*)

RIEN. Meminit ejus *Jacob. Meyer*. (*y*) Fuit in eo *Boucholt* quod cum ſuis pertinentiis Otto II. Imp. reſtituit & confirmavit Eccleſiæ Gandenſi ad ann. DCCCCLXXIV. (*z*) Illuſter Vir *Rohingus* & conjux ejus *Bebelina* donat Eccleſiæ Petri & Pauli, quam Dominus *Amandus* Pontifex in *Antverpo* conſtruxit, villam ſuam in pago *Renenſium*, ſuper fluvium *Nutta*. Pagus *Renenſium* potius dicitur *Rienſium*, *het land van Ryen*, cujus pagi caput eſt *Antverpia*. *Nutta* verò, ſeu *Neta* fluviolus per pagum *Rienſem* & *Liram* oppidum, in Rupelam, ac demum in Scaldim devolvitur. *Rohingus* tradit Eccleſiæ, quæ conſtructa eſt in *Antverpo* caſtello, ſuper fluvium Scalde in pago *Renenſium*, cum appendiciis ſuis, villas denominatas his nominibus *Bacvvalde*, *Winnelincheime*, *Furgalare*, & in ipſo caſtello Antverpo tertiam partem de illo teloneo. (*a*) *Bacvvalde* hodie *Bocchot* & *Winnelincheime* Wyneghem dicitur. Suntque duo vici Campaniæ Brabantinæ propè Antverpiam. *Furgalare* verò nunc *Voghelaer*. *Aufriedus*, ex Bratnſpantium, ſeu Lovanienſium & Hojenſium, Comite factus Epiſcopus Ultrajectinus,

(*r*) c. p. (*ſ*) vid. cit. Aut. Annal. Francic. ad ann. 826. f. 428 ſeqq. Add. Furmer. L. V. Annal. Friſic. p. 137. (*t*) Ad. Brem. L. I. c. 10. Conf Winckelman. l. c. L. II. c. 5. num. 48. ſeqq. (*u*) in chr. Carol. M. f. 169. (*vv*) Winckelman. l. c. I. l. c. 3. num. 42. ſeq. & L. II. c. 5. § 1 ſeqq. (*x*) Valeſ. l. c. p. 339. (*y*) L. II. Annal. Flandr. (*z*) vid. cod. piar. donat. Miræi c. 39 p. 162. (*a*) l. c. c. 8.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1,ZEN Leibn. Marg. 48, [199] - 187

dedit eidem Eccleſiæ *Weſterlo*, *Oldlobolo*, *Mierbeke*, *Hoybeck* &c. in pago *Rienſi*, haud procul ab *Herentalia*, Campaniæ Brabantinæ oppido, ſitas, quas hodieque Baro *Peterſemius*, caput illuſtris familiæ *Merodiæ*, ſub annuo cenſu poſſidet. (*b*)

RIGORENSIS apud *Freherum*.

RIGUERNENSIS. Vide *Fredegarium* (*c*)

RINAHGAWE, *Rinahgevve*, *Rinangavve*, & *Rinangevve*. (*d*) Paruit ei villa *Gigenheim*. (*e*)

RINCKGOWE. Diverſus ab utroque priore, ex adverſo Moguntiaci & Bingii, ad dextram Rheni ripam. Quem pagum *Obrincum*, quaſi Ober-Rinckaw veteribus dictum fuiſſe, contra *Ptolomæum* oſtendere nititur *Baſil. Herold*, (*f*) & noviſſimè Serarius. (*g*)

RIPAGURCENSIS. Acta conſecrationis Eccleſiæ Urgellenſis anno DCCCXIX. in pago Ripagurcenſi atque Geſtabienſi locum S. Mariæ, quem vocant *Alaone*, nobis monſtrant.

RIPUARIUS ſitus in Regno Auſtraſiæ, cujus mentio apud *Frodoardum*. (*h*) Anonymus in vita Ludovici Pii *Flameresheim* in pagum *Ripuarium* venit. LL. antiquæ *Ripuar*. (*i*) vocant *Provinciam Ripuariam*. De terra *Ripuariorum* (qui & *Riparioli* dicti, gallicè *Ribaroles*, (*k*)) in qua Aquiſgranum &c. & de *Ripuariæ* Comitatu latè agit *Freher*. (*l*) *Ribuarii*, ſeu potius *Ripuarii*, ad Ruram in Annalibus *Pithœanis* diſtinctè collocantur, ſuntque *Juliacenſes* hodie cum accolis. Compilator chronici *Trudonenſis*, quòd apud *Miræum* (*m*) MS. extitit, ſic: Eſt autem *Ribuaria* terra victualibus abundans, ſub qua Comitatus *Juliacenſis*, aliorumque Principum fortalitia continentur. *Duria*, vel *Dura* villa regia fuit in pago *Riparienſi*, regnantibus *Caroli Martelli* poſteris notiſſima. In chronico S. *Arnulfi*, quod *Andreas Cheſnius* cùm ederet, *Annalium Metenſium* titulo donare maluit, anno DCCXLVIII. *Pipinus*, Dux & Princeps Francorum, in villa Duria conventum gentis égit, & anno D. I. DCCLXI. *Pipinus* Rex conventum Francorum

(*b*) l. c. c. 43. (*c*) p. 163. (*d*) vid. L. I. Tradit. Fuldenſ. num. 13. (*e*) L. II. num. 21. (*f*) in lib. de ſtation. legion. in veteri German. c. 25. (*g*) in Mogunt. L. I. c. 12. (*h*) in chron. ſub ann. 881. & 923. (*i*) tit. 88. §. 5. (*k*) vid. Herm. Com. de Neuenaare de Gall. Belg. p. 19. (*l*) L. II. Orig. Palat. c. 8. & 9. (*m*) P. I. L. II. c. 20.

rum habuit in *Duria*, villa publica. De eodem generali conventu Francorum anno X. Regni *Pipini* habito in villa *Duria*, cum omnibus Optimatibus gentis, vide append. *chronic. Fredegar. Duram* in pago *Ripuariense* vocans. Veteres eam *Marcodurum Ubiorum* vicum appellavêre, quo de nomine truncato *Dura* est facta, vel *Duria*, & vulgare vocabulum *Duren*.

RITTBARIENSIS. *Esik*, Vir Illuster & Comes, res proprietatis suæ in hoc pago, in Comitatu *Bunnensi*, in villa *Castinacha*, Monasterio Corbeiensi donavit, confirmante id Lothario Imp. Aug. Hrotmundus Notarius ad vicem Kiliani recognovit.

RODE apud *Freherum*.

ROSSONTENSIS. Gregorius ejus pagi & loci meminit his verbis. (*n*) Convenit, ut *Silvanectis* Domnus *Childebertus* in integritate teneat, & quantum tertia Domni *Guntchrammi* exinde debita competit, de tertia Domni *Childeberti*, quæ est in *Rossontensi* (aliàs *Rosontisso*) D. *Guntchrammi* partibus compensetur. *Rossontum*, vel *Rosontum*, quod pago *Rossontensi*, vel *Rossontico*, i. e. *Rosontensi* nomen dedit, esse omninò puto locum ad Axonæ fluminis ripas, positum inter Augustam Svessionum & vicum ad Axonam, *Viz sur Aisne*, hodiequé *Rossontum longum* cognominatum, *Rosson le Long*. Qui vicus nomen vetus servat, & cognomine suo testatur, olim se majus aliquid, quàm nunc est, fuisse, atqué ab urbe *Silvanectis* XIII. circiter leugas abest. In vita S. *Amandi*, Episcopi Trajectensis, aliud *Rossontum* video memorari in Bellovacis, in Beluacensi pago locum, cui vocabulum *Rossonto*, juxta *Osannam* fluvium. *Aronnam* fluvium alii legunt. Quod *Rossontum* vulgò vocatur *Resson*, & est unus ex novem Archi-Diaconatibus Ecclesiæ Bellovacensis, adjacetqué *Aronæ* fluvio, à quo & *Resson sur Aronde* cognominatur. *Arona* autem, *Aronde*, in Isaram decurrit è regione Compendii.

ROTOMAGENSIS, *Rodomensis*, *Rotmensis*, ad utramqué Sequanæ fluminis ripam jacebat, ex majore parte cis Sequanam, ex minore trans flumen. Pars pagi *Rotomagensis* trans Sequanam, seu minor, in Capitulis Caroli M. anno DCCLXX. latis

(*n*) L. IX. c. 20.

Rotomagenſis pagus vocatur his verbis: In *Cenomanico, Hoxonenſi, Livino, Bajocaſſino, Conſtantino, Abrincatino, Ebrecino* & *Madricenſi*, & de illa parte Sequanæ *Rodomenſi* ſunt Miſſi *Magenardus* Epiſcopus & *Madelgaudus*. Pars ejus pagi Ciſſequana & major in Capitulis Caroli Calvi apud Silvacum editis dicitur *Rotmenſis* à *Rotomago*, quam alii Rodomum & Rotmum nuncupant. Dicitur, inquam, Rotmenſis his verbis P. E. H. E. H. H. Miſſi in *Rotmenſe, Tellau, Vitnau, Pontio, Ambianenſe*. Tellau autem & Vitnau, ſeu Vinemacus, & pagi Pontivi ac Ambianenſis, unà cum ipſâ urbe *Rotomago* circa Sequanam ſunt: ſicuti trans Sequanam Cenomani, Oximenſes, Lexovii, Bajacaſſes, Conſtantini, Abrincatini, Ebroicini, & Madricenſes. Hodieque *Rotomagenſis* pagi ea pars, quæ trans Sequanam in Nortmannia propriè dicta eſt poſita inter Sequanam & Riſelam fluvios, vocatur *le Romois* trunco vocabulo, h. e. *Rodomenſis* & burgum Theroldi, pontem Audomari, Brioniam, aliaque loca complectitur. Pagi autem *Rotomagenſis* nomine tantùm ager ſuburbanus, ſeu territorium urbis *Rotomagi* deſignatur, non autem Veliocaſſes & Caleti populi, qui ambo pro capite habent *Rotomagum*, & paroeciæ ejus finibus continentur. Pagi *Rotomagenſis* cis Sequanam meminit & *Robertus*, Dux Normannorum, in literis datis anno MXXX. his verbis: in pago Talou i. e. Tellau, Deppam, Archas, in pago *Rotomagenſi* Antelini villam, cum Eccleſia juxta murum ipſius urbis ſuprà fluviolum Rodebecum. Ejusdem pagi citra Sequanam meminit & Monachus Centulenſis ante annos DCCCLX. (o) ubi *Hildeboldum* de pago *Rodomago* & de prædio *Durclaro*, ſubjacentem Monaſterio *Gemeticenſi* vocat. Pagus ille *Rodomagus* eſt pagus *Rotomagenſis* Ciſſequanicus, ubi *Durclarum*, Ducler, non procul à *Gemetico*. In vita S. *Germani*, Abbatis Flaviacenſis, memoratur Monaſterium *Pentallum* in pago *Rotomagenſe* ſuper fluvium *Lirizinum*, la *Lizaine*. Ibi deſignatur pars pagi *Rotomagenſis*, quæ trans Sequanam ſita eſt. Nam *Pentallum*, vel *Pentale* Monaſterium ad *Liriſinum* amnem, inter *Huneflotum* & pontem *Audomari* fuit. Caroli Simplicis præceptum, quô Ernuſto Diacono & Cancellario mancipia aliquot conceduntur in pago *Rotomagenſi*, vide apud *Mabill.*

(o) L. II. Miraculor. S. Richarii.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [202] - 190

Mabill. (*p*) Flod. ann. DCCCCXXV. Parisiaci partem quandam pagi *Rothomagensis*, qui possidebatur à Nordmannis cis Sequanam depopulati sunt.

RUBIACA. Dagobertus in diplomate, à *Guillimanno* in *Habsburgiacis* allato, fatetur, se Ecclesiæ Argentinensi donare tres curtes, quarum media in pago, qui vocatur *Rubiaca*, & in Comitatu *Illchicha* Guilliman. *Illesich* scribit, sed corruptè. (*q*)

RURIGGOUVE. In hoc curtes regia *Tusburch* erat, in Comitatu *Herimanni*, Comitis Palatini, quam *Henricus* IV. anno MLXV. XVII. Kal. Nov. Indict. III. Goslariæ Ecclesiæ Hamburgensi largitus est. (*r*)

RUSCIONENSIS, *Ruscinonensis, Russilionensis. Ruscino*, licet diritus & ad nihilum redactus, suum nomen dedit pago circumjacenti, quem comitatum & Vicariatum *Ruscinonensem* appellitant, *la Comté & Viguerie de Roussillon*, & cum Comitatu ac Vicariatu *Confluentino* vulgò conjungunt, *la Comté & Viguerie de Conflans*. Alii le *Roussillon* vocant, incolæ *Rossellon*. *Rogerius Hovedenus* ante annos CCCCLX. *terram Rusilun*, in qua est civitas *Atne*, i. e. *Elena*. Comitatus quidem Cerroetaniæ, le *Comté de Cerdagne*, qui *Ruscionensi* Comitatui jungi solet, trans Pyrenæos montes est positus, & ad citeriorem Hispaniam Tarraconensemvé pertinet, non ad Galliam Narbonensem. Caput Comitatûs pagique *Ruscinonensis* nunc est *Perpiniacum*, urbs nova, *Perpinnan*. *Perpiniacum* verò, seu *Perpinianum* propè ruinas veteris urbis *Ruscinonis*, à *Gvinardo*, Comite *Ruscinonensi*, anno MLXVIII. exstructum esse ajunt, ac post id tempus eum pagum nunc Comitatum *Ruscinonensem*, nunc Comitatum *Parpiniacensem* dictum esse. Placitum *Carcassonæ* habitum anno III. Imperante Carolo Imp. in quo *Ermenardus* restituit Monasterio S. *Hilarii* Carcassonensis Nitolarias cellam in pago *Ruscinonensi*, vide apud *Mabillon.*, (*s*) ubi *territorium Rossilionense* dicitur. Conf. *Baluzii* notas ad Capitulum Regum Francorum. (*t*)

RUSTRIN-

(*p*) L. VI. chart. 122. (*q*) vid. Obrecht. Rer. Alsatic. Prodrom. c. 2. p. 7. (*r*) vid. diploma apud Mader, in Sylloge cit. num. 18. (*s*) l. c. chart. 61. (*t*) p. 1103.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1 ZEN Leibn. Marg. 48, [203] - 191

RUSTRINGE, vide *Rhiustri.*

RUTHENICUS. Pagi hujus mentio fit apud D. *Sagittarium,* (*u*) & simul Grafiæ *Cabiniacensis,* villæq;, cujus vocabulum est *Claugniaco. Grafia* nonnunquàm *pagus* dicitur. Pagus *Rutenicus* apud *Valesium* nunc duas Diœceses continet, *Segodunensem* veterem, ac *Vabrensem* recentiorem, & in superiorem inferioremque dividitur, sive in montanum ac planum. Superior vocatur *le haut Roüergue*, inferior *le haut Roüergue. Rutena provincia* nuncupatur in libello de vita S. *Amantii*, *Rutenorum* Episcopi, *terminus Rutenus*, (*vv*) *Rutenicum* absolutè in epistola *Galli* ad *Desiderium*, Cadurcorum Antistitem, ubi territorium subauditur. Alii pagum *Rodinigum* & *Rotenensem* vocant. (*x*)

S.

PAGUS SAGONENSIS, vel *Soonensis*, *le Sonnois*. S. *Lenogisilus* in pago *Asgamnensi* Cenomanorum, villula *Busiaco*, vel *Buxido*, mansisse dicitur in libro de vita ipsius, quem *Bollandus* edidit. Legitur aliàs in pago *Sagonensi*, qui vulgò la *Saonois*, aliàs *Sonnois* dicitur, *Busciacum* autem *Busi. Ordericus Vitalis* (*y*) territorium *Soonnense*, super *Riolci* rivum, in Cenomanis nuncupat, & castrum *Soonam*, à quo pagus *Soonensis* nomen accepit. Sagamna igitur, aut *Sagona*, vel *Soona*, castrum in Cenomanis, vulgò *Songue*, aliis *Sonne*, nomen dedit pago *Sagamnensi*, *Sagonensivé*, aut *Soonensi*, *le Sonnois*, qui Baronatûs titulo olim illustratus erat. In literis *Willermi Talvas* Pontivorum & Belismensium Comitis, quibus Persenienſibus Monachis quasdam immunitates concedit, hic pagus vocatur *terra de Sagonio*, i. e. ager pagusvé *Sagonienſis.* Est autem *Persenia* vulgò *Perseigne* Ordinis Cistertiensis Abbatia, in vico ac silva cognomine, & in pago *Sagonensi*, Cenomanicæ Ecclesiæ subjecto. Pagum hunc *Sagonensem* vel *Sagonienſem*, in Capitulis Caroli Calvi apud Silvacum latis, *Otlingam Saxoniam* à colonis Saxonibus eò translatis appellari, non deerunt forsitan, qui existiment. Ponitur autem

(*u*) L. IV. Antiqq. Ducat. Thuring. c. 6. p. 230. (*vv*) Gregor. L. X. c. 8. (*x*) vid. Vales. l. c. p. 492. (*y*) L. X. Histor.

autem *Otlinga Saxonia* inter pagos Coriliſum & Oxmiſum, ſeu Corilenſem & Oximenſem. In *Sagonenſi* igitur pago ſunt modò *Sagonium*, vel *Soona* caſtrum, ſed etiam villa *Buſciacum*, & ſilva *Perſenia* cum vico ac Monaſterio ejuſdem nominis; præterea *Mamerciæ* caſtellum *Orderico* memoratum, *Mamerciæ in Sagonenſi* à ſitu cognominatum, *Memers en Saonnois*, *Soonæ* olim caſtro, nunc vico, proximum.

SAJENSIS, vel *Sagienſis*, à *Sajis*, vel *Sagiis* nomen habet. In Capitulis Caroli Calvi pagus *Sagiſus* dictus, i. e. *Sagenſis*.

SALAGEW & *Salagoë*, à *Sala*, Franconiam perfluente, ad quam *Neoſtadium* jacet, latiſſimus fuit, ſiquidem in Traditionibus Fuldenſibus multæ villæ ad eum ſpectantes recenſentur, ùt

Adalfriedeshuſon,
Bonlant, in Trad. Fuld. Mſtr Bonlanten.
Chirizzicheim
Dulba, *Tulba*,
Flidinero, *Flideria*, Trad. Fuld. Mſ. Almaha, Trad. Fuld. Mſ. ad eandem fluvium ibidem.
Fuſſeſtat,
Hamaluburg, *Hamalunburg*,
Hengiſtorf,
Hoheim,
Hramnunga,
Iſanhus,
Karagoltesbach,
Kiricha, *Chizzinge*, *Chizzicha*, *Chizzige*, *Chinzicha*. Kizziche Trad. F. Mſ.
Chinzihuervoga,
Chizziheim,
Langendorph,
Lihtolfesbach,
Matölfeshus,
Munricheſtat,
Nittalinga, *Nutilinga*, *Hnutlingi*, *Hnutilingon*. Nutelingen Trad. F. Mſ.
Oſtheim, *Hoëſtheim*,
Otekareſtorp, *Otekareſtorf*,
Perathleibeshuſon,
Rora, *juxta fluvium Veſcera*. Bb Trad. Fuld. Mſ.

Scun-

Kanungen, Trad. Fuld. Mſ.
Scuntar, Scuntzra, Scuntzera, Trad. F. Mſ.
Salungen, Trad. Fuld. Mſ.
Suvabriod, Suabenrode, Trad. Fuld. Mſ. est iuxta rotam Fliedene.
Thiofbach, Tuzzelbach, Trad. Fuld. Mſ.
Vrdorph, Hurdorph, Uridorph, Trad. Fuld. Mſ. est Urdes corrupte.
Uthendorph, Utorph,
Uzzunaha, Wanchein, Trad. Fuld. Mſ.
Wintgraba, Wintgrave locus, Trad. Fuld. Mſ.
Ziuncilesbach. (z).

Coram Heſſe Comite, in conventu publico, in pago *Salagevve*, in villa, quæ vocatur *Karagoltesbach*, *Freibrat* vocatus, *Gozzvvaldi* Convvadio, Vollmächtiger / reſtituit *Leidrado*, Advocato Domini Rabani, præcipiente Comite & Scabinis judicantibus, hoc ita juſtum fieri, & hujus cauſa *Otacar* fidejuſſor extitit, totum & integrum, quicquid præfatus *Gosbaldus*, & Fratres ejus de poteſtate S. Bonifacii injuſtè abſtuleruntin *Chinzucheromarca*, im Kintzinger Flur. (a) Vocatur hic pagus etiam *regio*, ſeu *Provincia Salegoë*. (b) *Hamelburgum* non incelebre Franconiæ jam finitimum oppidum, latè olim diffuſum regale prœdium, quod à *Pipino* prius donatum, Carolus Filius paternæ liberalitati, cum vectigalibus & fundis accenſuit, ipſeque in pago *Salegovv* ſuper fluvio *Sala* ſitum, memorat; à cujus rivi lapſu arx Principum Fuldenſium *Saleca* fert nomen, ut angulo fluvii *Salæ* cognomen dari ſentias. (c)

SALINENSIS. Vid. *Metenſis*.

SALNENSIS, vel *Salninſis*. Vidit *Valeſius* (d) Caroli M. literas, in quibus cellam *Salonam* in pago *Salnenſi* cum *Blithario* villa ſuper fluvium *Saroa* i. e. *Saram*, aut *Saravum* & *Bleſſa* memorari reperiebat. *Bleſa* autem hæc eſt villa, *Bleis* vulgò dicta, ad *Bleſam* flumen poſita. Meminit ejuſdem pagi *Salninſis* ſuper fluvium Salona *Mabillon*. (e)

SALON. Otto III. Imp. cùm anno DCCCCXCVII. *Eltenenſe* Monaſterium in fidem ſuam reciperet, dedit eidem fiſcum & telonium de piſcatione in pago *Salon*, & in flumine *Isla*, qui vulgari

(z) vid. D. Sagittar. cit. Antiqq. p. 207. (a) Tradit. Fuldenſ. L. I. num. 99. (b) Sagittar. d. l. p. 200. (c) Brovver. L. I. Antiqq. Fuld. c. 2. (d) l. c. p. 89. B. (e) L. VI. chart. 54. & 66.

gari nomine *Hachdol* dicitur. Diploma sîs vide apud *Schatenium.* (f)

SALONENSIS. *Fullradi*, Abbatis Monasterii S. Dionysii, & Regis Pipini Archi-Capellani, testamentum edidit *Mabilio*, in quo mentio pagi *Salonensis* fit hisce verbis: Quantumcunque in *Alisacius*, & *Mordinavia*, & *Brisegavia* mihi traditum fuit & datum, per instrumenta chartarum similiter in *Saloninse*, & *Scarponinse*, & *Calmontinse*, & *Blesinse*, & *Rosalinse*, quicquid in ipsis pagis visus sum habere, totum & ad integrum ad partes S. Dionysii delegavi, similiter *Salonam*, ubi ædificavi Ecclesiam in honore S. Mariæ, ubi requiescunt S. *Privatus* Martyr, & S. *Hilarius* Confessor. Hic pagus *Salonensis* haud dubiè est *le Saunoy*, pagus exiguus inter *Saliam* & *Nitam* fluvios jacens, & ad Diœcesin Mettensem pertinens, quem alii *Salinensem*, alii *Salnensem* pagum vocant. Nec dubitare quisquam debet, quin pagus iste sive à *Salico* fluvio, sive à *Salona* municipio, vel à *Salinis* cognominatus sit, & seu *Salonensis* aut *Salinensis* appelletur, nomen *Sali* acceptum referat. Salona autem *Fullradi* forsitan est vicus, nunc *Solone* dictus; non longè à fluvio *Salia* inter vicum *Vic* & castrum *Salinense*, *chasteau Salin.* Conf. *Salnensis.*

SALOSSENSIS, à castro *Salossa*, vel *Saletione* dicitur.

SALTUENSIS, *le pays de Saut*, in Diœcesi Electensi XIX. vicos includens.

Saltzgowe. SALTZGOWE apud *Freherum.*

Trad. Fuld. Miss.: Villon Northej vocatum in pago Saltzgowe in comitatu Otonis comitis. Verba sunt ex Diplomate Ottonis I. imp.

SAMBRENSIS, vel *Sabensis*, à *Sambra*, vel *Saba*, aut *Sabi* dictus, etiam *Sambræus.* *Sambrensis* pagi meminit chronicon *Gemblacense*, qui *Samblensis* ibi mendosè dicitur, meminit & *Fulcuinus* in Gestis Abbatum Laubiensium, qui *Sambrinum* pagum vocat.

SANTERIENSIS. In chartulario B. *Petri de Lehuno*, qui est Prioratus Cluniacensis Ordinis in Ambianensi Diœcesi, cùm ibi reperiantur literæ datæ anno MCXXIV. *Lehunum* & *Lehunensem* Ecclesiam absolutè memorantes, non nisi in literis recentioribus post MCCC. datis pagi *Santerienſis* fit mentio, & nunc *Lihons en Santers* nomine vulgari, nunc *Liehunum* in *sanguine terso*, aliàs

(f) P.I. Annal. Padeborn. p. 343. seqq.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1 ZEN Leibn. Marg. 48, [207] - 195

aliàs *Lihons en Sancters* anno MCCCXVII. MCCCXXIX. ac MCCCXXXIX. appellatur, quod *Paschalis* II. in literis datis anno MC. S. *Petrum de Leuntiis*, alibi *Leontium* vocat. *Honorius* Papa II. anno MCXXV. *Leunum*, *Gvitbertus de Novigento Lehunum* Monasterium, *Iperius* in chronico *Sithiensi sanam terram* & *sangvinem tersum* vocat, quorum alterum *Saine terre*, alterum *Sangters* sonat. In pago (inquit) Ambianensi, in *sana terra*, quæ hodie dicitur *sangvis tersus*, vulgariter *Sangters*, in Referias mansum cum casticiis datum Monasterio *Sithiu* circa annum DCCCXC. quo tùm nomine hic pagus minimè censebatur. Sed *Iperius* suæ ætatis in eo designando appellandoque secutus est. *Santerienſis soli*, seu pagi Prior in chartulario *Lehunensi* & *Iperio* meminit *Britto* (g) ante annos CCCCL.

Sic regio quàm lata patet Viromanica *tota*,
Ambianensis *humus pariter*, *cum* Santeriensis
Ubertate soli, *Regi cessêre* Philippo.

Monstreletius le Santois & le *pays de Santois* pagum hunc vocat, in quo *Villare* & *Lehunum* ponit, *Villiers le Carbonnel* & *Lihons en Santhois*.

SANTONICUS A Fredegario (h) & in Gestis *Dagoberti* memoratus. *Santonicus* absolutè dictus in Gestis Regum Francorum, vocatur à Cæsare *Santonum fines*, à *Dioscoride* (i) Σαντονις χώρα, *Santonis regio*, à Gallis *Saintonge*. Vid. etiam append. *Greg. Tur.* (k)

Sapaudia pagus Vita S. Sulpitii Ep. Bituric. lib. IV. c. 13. Eum in Biturigibus esse mabillonius putat.

SARACHOWA. Est ager ad *Saram*, seu *Saravum* fluvium, cujus meminit divisio Regni Lotharii anno DCCCLXX. (l) Dividitur in superiorem *Sargau*, & subteriorem ad fluvium *Sar* in Loth.

SARLATENSIS, le *Sarladois*, quo de *Valesius*. (m)

SARAVENSIS. A navigabili fluvio *Saravo*, qui apud Augustam Trevirorum in Mosellam effluit, hic pagus nomen habet, in duas partes divisus, *superiorem* & *inferiorem*, uti docet divisio Regni Lotharii inter Reges, *Ludovicum* & *Carolum* Fratres anno DCCCLXX.

(g) L. II. Philippid. (h) L. V. chron. (i) L. III. c. 28. (k) c. 57. (l) vid. cod. piar. donat. Miræi c. 20. (m) l. c. p. 314. a.

Pagus Saviacus T. III. Annal. p. 687.

DCCCLXX. facta ad Mosam, in qua *Sarachouva subterior* & *Sarachouva superior* memoratur. Ex quo intelligitur, *Saravum* nonnunquàm *Saram* appellari consveviſſe. *Sarachouva* enim *Saræ* pagum germanicâ lingvâ significat. *Sargovv* vulgò nunc dicunt. Junge *Sarachovva*.

SCALDIS. Memoratur à *Meyero*. (*n*) Fuêre in eo *Crebca* & *Papinglandia*.

SCARPONENSIS, *Scarponinſis*, seu potius *Scarponenſis*. Nomen dedit *Scarponna* castrum: in testamento *Fullradi*, Abbatis S. Dionysii Monasterii, *Scarponinſis* vocatur, & inter *Saloninſem* & *Calmontinſem* ponitur. *Scarponenſis* vocatur etiam in divisione Regni Lotharii, & Verodunensi proximus locatur. Pagi hujus *Scarponinſis*, inque eo loci *Basigunde-curte*, meminit *Mabill.* (*o*) *Scarponna* nota est *Antonino* in *Itinerario*, & in tabula *Peutingeriana*, nunc vicus *Sanponne* inter Tullum & Metas.

SCITICI. Nostræ proprietatis loca quædam & castella in partibus Slavoniæ, *Olsint*, *Domnkie*, & *Svvecie* dicta, in pago *Scitici* nuncupato, in Comitatu *Geronis* Comitis juxta Orientalem partem Albis fluminis sita. Otto II. in præc. Monasterio *Mimlebiensi* dato anno DCCCCLXXXI. Indict. VIII. anno verò Regni Ottonis II. XXI. Imperii XIV. Actum Walahusen. (*p*) Vid. *Chutici*. Monasterium *Mymeleibin*, nunc *Memmileben*, & *Memleben*, illustre admodum fuit hospitium Monachorum O. S. B. in Thuringia ad fluvium *Unstrut*, ab *Ottone* II. conditum & egregiè dotatum, in quo cùm feria III. ante festum Pentecostes mediâ nocte cum Ascetis ad matutinas consurgeret ac psalleret, & dein minùs bene haberet, lectulo denuo se abdidit, ne tamen sacro Missæ officio non interesset, denuò consurgens, eô auditô, largisque eleemosynis recreans pauperes, invalescente morbo sequenti die svaviſſimè in Domino requievit. (*q*)

SCOPINGON. Vid. *Bursibant*.

(*n*) L. II. Annal. Flandr. (*o*) L. VI. chart. 54. (*p*) vid. Antiqq. Brunsvic. Maderi edit. sec. p. 197. (*q*) Bucelin. G. S. P. II. p. 69. B.

SCUTINGORUM, seu Comitatus *Scudingius*. Vid. *Ultrajuranus*.

SECUSTERONENSIS, vocatur ab *Usuardo* in Martyrologio pagus *Sigistericus*, vel *Segestericus* hisce verbis: XIV. Kal. Sept. in Galliis pago *Sigisterico* B. *Donati* Presbyteri, qui anachoreticam vitam egit multis annis. Vulgò le *Cisteronois* dicitur.

SEDUNENSIS, le *Sionois*, Fredegarius *Sidonense territorium* appellat, (*r*) cùm ait: *Taloardum* & *Nantionem*, Duces Langobardorum, per ostiola in *Sidonense territorium* cum exercitu ingressos, ad Monasterium SS. *Agaunensium* nimiam fecisse stragem. De qua incursione referens *Marianus* in chronico pro ostiolis *clusas*, pro Sedunensi territorio *Vallem* ponit.

SEGUSINUS. De hoc vide *Valesium*. (*f*)

SELON. Meminit hujus *Ditmarus*, (*t*) Fuit vel in Dania, seu ditione aliqua vicina, fortè *Seland* insula, quam *Ad. Bremensis* describit. (*u*)

SELPOLI. Fuit finitimus pago *Lusici*, intra Albim & Oderam, teste bulla confirmationis Episcopæ Misnensis, quam *Joannes* XIII. Pontifex dedit anno DCCCCLVIII. Paruit *Geroni* Marchioni, ùt est apud *Ditmarum*, (*vv*) qui itidem meminit alibi. (*x*) Sed utrobique habet *Selpuli*. (*y*) Conf. not. *ad Dalemine. Graun.* sub lit. L.

SENONICUS, *Senomagus*. Huic *Senones* nomen dedêre. *Severus Sulpicius* (*z*) absolutè vocat *Senonicum* ac *Senonum regionem*, *Senonicum* etiam *Nithardus*; Gesta Francorum (*a*) pagum *Senonicum* super fluvium Aroannam; Capitula item Caroli Calvi Silvanectensia pagum *Senonicum*, ùt & *Aimoinus*. (*b*) At *Fredegarius* (*c*) corruptè pagum *Senogagum* pro *Senonico* appellat, uti *Gregorium* Episcopum *Toronacum* pro Turonico. Mirum ut sit, *Godefridum Henschenium* pagum *Senogagum* istum *Fredegarii*, quem ex *Aimoino*, Fredegarii transcriptore, aliisque discere

(*r*) L. IV. chron. (*f*) l. c. p. 511. (*t*) L. I. (*u*) L. IV. p. 141. (*vv*) L. II. (*x*) L. IV. & VI. (*y*) conf. Albin. l. c. p. 436. (*z*) L. III. de vita S. Martini, (*a*) c. 37. (*b*) L. IV. Hist. c. 9. (*c*) lib. ult. chron. c. 48.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1,ZEN Leibn. Marg. 48, [210] - 198

scere facilè potuit, pagum *Senonicum* esse, circùm *Sennam* fluvium minutum & *Bruxellam* quæsivisse. Pagus autem *Senonicus*, le *Senonois*, non *Senoniam*, (ut cum *Sidonio* & ceteris veteribus loquar,) seu Provinciam Lugdunensem IV. complectitur, ac ne totos quidem *Senonum* fines, à Sequana ad Ligerim longè latèque pertinentes, (nam & *Wastinensis* pagus & *Melodunensis*, & *Stampensis*, aliique *Senonum* finibus continebantur;) sed tantùm agrum suburbanum *Agedinco* Senonum subjectum ac circumfusum. Pagum hunc, seu territorium, inque eo Campo-bassum, affert quoque *Mabill.* (*d*)

SEREMODE & *Sermund.* Otto I. Imp., ob interventum *Ottonis* Ducis, Nepotis sui, concessit cuidam *Livvoni*, Pincernæ suo, villam *Biendorp* in pago *Seremode*, in Comitatu *Thietmanni* sitam, in proprium. Actum Dornburg IV. Non. Novembr. anno DCCCCLXX. Idem Imperator meminit pagi *Sermund*, filio suo Liudolfo in proprietatem donati. *Luidolfus* verò, *Conradi* Ducis & *Marchionis Geronis* interventu, tres marcas ejusdem prædictæ regionis, cum omnibus suis appendiciis, suprà nominato Marchioni suo jure perenni in potestatem manu suâ donavit, sitas in pago *Sermund*, in Comitatu *Theotmari*, Civitatis Osterburgensis. Diploma datum est V. Kal. August. anno DCCCCLII. Indict. IIX. (*e*) Nomen huic pago obvenit à fluvio *Zere*, à viculo hujus nominis, quem præterfluit, ita nuncupatus, prius nomen, die Hammey / amittens, unde pagus hic à quibusdam *Zeremunde* dicitur. Chronicon Pegaviense meminit *Provinciæ Seringorum*, quæ an cum hoc pago eadem sit, pronunciare non audeo. Pagus *Sermundius* complectitur totum istum tractum, quem vulgò *Marchiam Soltvvedelensem*, seu veterem appellant. *Zera* fluvius alio nomine *balsamus* dicitur. Unde hic pagus etiam *balsamorum regio* nuncupatur, das Balsamer Land / Balsamer Weichbild. (*f*) In literis *Gardolfi*, Episcopi Halberstadiensis, ad ann. MCXCVI. mentio fit *Romari*, Archi-Diaconi *balsamiæ*. Pertinuit ad *pagum balsamicum*, notante *Entzelio*,

(*d*) L. VI. chart. 6. (*e*) conf. Meibom. not. ad chron. Comit. Schaumburg. T. I. Rer. Germ. p. 525. & M. Christoph. Enzel. chron. ver. March. p. 88. (*f*) vid. D. Sagittar. March. Soltvvedel. §. 21. seqq. & 34.

tzelio, (g) *Stendalia, Osterburgum* & *Arenburgum.* Adi & *Helmoldum*, (h) & chron. *Pegaviense*, edition. Maderianæ. (i)

Silbiki pagy. Vita S. Meinwerci.

SCHAFLENZGOWE apud *Freherum.*

SILENSIS. Meminit hujus *Ditmarus*, (k) estque regio, illa florentissima, quam hodie *Silesiam* indigitamus. Nomen ab *Elysiis* derivat *Curæus*; alii à novis colonis *Slavis*, prolatione nonnihil mutatâ, ùt habes apud *Peucerum.* (l) *Cromerus* (m) è vocabulo Polonico *Slesak* convenas interpretatur; *Celtes* (n) Silesiæ nomen à *Sleso* fluvio, quem in Oderam se exonerare affirmat. Parùm rectè omnes. Vera nominis derivatio Silesiæ est à monte *excelso* & *grandi*, ùt loquitur *Ditmarus*, cui nomen *Silensi*, quemadmodum ista accuratè exponit idem Autor loco antè dicto. Vulgò mons iste vocatur *Zabothus*, Zottenberg/ de quo vide poëma *Francisci Fabri*, cui titulum *Zabothi* à monte fecit. Vide insuper *Davidis Milesii descriptionem montium Germaniæ*, & Dn. *Frid. Lucæ chron. Silef.* (o)

SILVANECTENSIS, *Selnectinsis.* Pago huic nomen dedêre *Silvanectes. Gregorius* (p) territorium *Silvanectense* vocat, Capitula Caroli Calvi apud Silvacum edita pagum, & à pagis *Melciano*, *Vadensi Urcensiq;* distingvunt. *Silvanectensem* olim mutilato nomine *Servois* dictum puto, i. in e. & l. in r. conversis, ùt in *Olina* fluvio, quem *Ornam* appellamus, in *Ulmo*, quem *Ormum* nuncupamus. Certè tribus circiter leugis distat ab urbe *Silvanectis* vicus, vulgò dictus *la chape en Servois*, aliàs *la chapelle*, hoc est haud dubiè *capa* in *Silvanectensi* pago, quem per contractionem *Servois*, quasi *Silvensem* Galli dixêre. *Grimulfridi* & *Adalvvaræ* ejus filiæ chartam donationis de variis prædiis etiam in pago *Selnectinse* vide apud *Mabill.* (q) Villa *Nauta* in eodem pago apud Eundem. (r) Rex evocato *Arnulfo*, & quibusdam Lothariensium, proficiscitur usque in pagum *Silvanectensem. Flod. ann.* DCCCCXLIX.

Sirafeld pagy. Vita S. Meinw. c. 21.

SIRIMUNCI. Fuit ultrà Salam fluvium. In eo situm erat

(g) in chron. cit. (h) L. I. c. 89. (i) p. 242. seq. (k) L. VII. p. 221. (l) ille in Annal. Silef. hic L. IV. chron. Philipp. (m) L. VI. Hist. Sarmat. (n) L. II. Amor. eleg. 5. (o) P. I. c. 2. p. 35. seq. & P. VII. c. 1. p. 2140. seq. (p) L. VI. c. 14. (q) L. VI. chart. 49. (r) chart. 127.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1 ZEN Leibn. Marg. 48, [212] - 200

erat oppidum *Rosburg*, quod *Otto* M. Imp. anno DCCCCLXV. V. Kal. April. & deinde *Otto* II. Ecclesiæ Magdeburgensi donâ-runt, idque ratum habuit *Otto* III. anno DCCCCXCII. V. Kal. Sept. Regni sui IX. Actum Magdeburg. (*f*)

SISTARICENSIS. De Monasterio in Comitatu & Episcopatu *Sistaricense*, sub monte, in loco, qui dicitur *Baulis*, vide chartam *Joannis*, Episcopi *Sistaricensis*, apud *Mabillon*. (*t*)

SIUSILLI, *Siusili*, *Siusli*. Otto Imp. anno DCCCCLXV. V. Kal. Aug. Ecclesiæ Magdeburgicæ dedit totam decimam mellis in pago *Siusilli*. *Ditmarus* (*u*) vocat *Siusli*; At alio loco *Siusili*. (*vv*) Hodie nominant die Pflege um Seselitz.

SLAVORUM. *Adamus Bremensis* (*x*) *Slavaniam* (sic enim scribit,) in duodeviginti pagos dispertitam fuisse refert, quæ ex eo repetit *Helmoldus*. (*y*) Sunt autem isti, ùt conjicio, pagus *Brizanorum*, *Circipanorum*, *Doxanorum*, *Herulorum*, seu *Heveldorum*, Ditmaro *Hevelunorum* Provincia, *Kizinorum*, *Leubosiorum*, *Linonum*, sive *Lingonum* (Paullus Æmylius habet Livonos) *Obotritorum*, sive *Rinduriorum*, qui alio nomine *Tolentzi*, (*z*) *Rugianorum*, sive *Ranorum*, *Stoderanorum*, *Wagirorum*, *Warnavorum*, *Wilinorum*, *Wiltzorum*, de quibus vide *Helmold.* (*a*) *Ad. Bremens.* (*b*) *Reiner. Reinecc.* (*c*) & *Albin.* (*d*)

SLEST. Offendi alicubi pagum *Sleſt*, fortè *Seleſtadium* indigitatur, qui pagus Imperii est, uti *Bamberga*, *Ulma* & *Hagenoa*. (*e*) Et in hoc sensu ibi positum fuisse, textus evincit.

SMEGOVE, *Smecgovve* apud *Freherum*.

SORETHVELT. Plures inter pagos, seu totos, vel ex parte Ecclesiæ Padebornensi donatos, ùt sunt *Aga*, *Almenga*, seu *Almunga*, *Auga*, *Engere*, *Hessi*, *Hemmerveldun*, *Hertega*, *Hutagoë*, *Lacni*, *Lisna*, *Morunga*, *Nihterga*, *Paterga*, *Rittega* &c. memorat etiam Illustrissimus Autor Monum. Padeborn. (*f*) *Sorethvelt*.

SPECIES. Dagobertus in Diplomate à *Gvillimanno* in *Habsburgiacis* allato fatetur, se Ecclesiæ Argentinensi tres curtes donâsse,

(*f*) vid. Sagittar. Antiqq. Magdeb. §. 76. (*t*) l. c. p. 614. (*u*) L. III p. 46. (*vv*) L. VII. p. 214. (*x*) L. II. c. 17. (*y*) L. I. c. 14. (*z*) Ditmar. (*a*) L. I, c. 2. cum not. Bangert. (*b*) L. I. (*c*) in append. ad Helmold. (*d*) chron. Misnens. p. 371. (*e*) vid. Knipschild. de Civit. Imperial. L. I. c. 2. num. 40. (*f*) edit. prim. p. 82.

nâsse, quarum ultima in pago, qui nuncupatur *Species*, in Comitatu *Burgensi*. (*g*)

SPIRENSIS, *Spiregovve*, *Spirchgovve*, *Spirichgevve*, *Spirgovve*, habuit suum peculiarem Comitem Provincialem, Land-Vogtey im Spirckgaw. Dicitur etiam *Nemetensis*, seu *Nemeticus*, in Annalibus Bertinianis composito nomine germanico *Sperohgouvvi*, & in Ducatu *Ripariorum* poni videtur his verbis: Anno DCCCXXXIX. *Ducatum Ribuariorum*, *Wormazfelda*, *Sperohgouvvi* &c. Nulli populorum Germanorum vetustate & potentiâ cessêre *Nemetes*, cujus rei argumentum esse potest, quòd ab eis sumtum nomen omnibus in universum Germaniæ Nationibus ab exteris tributum fuerit, à Slavis nimirum, eorumque progenie Polonis & Bohemis, quibus *Niemechi* sunt Teutones, à quibus & Græci idipsum acceperunt. Neque enim aliud sunt *Nemitzi*, quos Celticam nationem esse & Constantinopoli sub *Nicephoro Botoniate* militâsse *Zonaras* & *Glycas* meminerunt. (*h*) Otto Imp. anno DCCCCLXVI. VI. Kal. Sept. indict. IX. Rinebachii Ecclesiæ Magdeburgensi in hoc pago *Spirichgevve*, in Comitatu *Gerungi* dedit omne prœdium, quod *Conradus* & *Everhartus* Fratres in villa, quæ dicitur *Spierdorf*, habuerunt. (*i*)

Villæ ad hunc pagum pertinent sequentes.

Affalterloch, *Affolterloch*,
Alarideſtat, seu *Arilateſtat*, etiam *Alerideſtat*, fortè hodie Altestadt/ ubi Præfectura Elect. Palat. cum Episcopo Spirensi communis.
Alasheim,
Anſilheim, *Asſelheim*,
Asſenheim, *Asſonsheim*,
Bellinheim, hodie Bellheim / sive Billighum /
Bettenberg,
Blatmarsheim, Fremersheim /
Bodinchheim, seu *Buchinegheim*, hodie Bockenheim / Bochinheim /
Carlabach,
Dantiſtat, *Danſtat*,

Didines.

(*g*) Obrecht. prodrom. rer. Alsat. c. 2. p. 7. (*h*) vid. Freher. l. c. p. 70. (*i*) Sagitt. in Antiqq. Magdeb. §. 89.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1 ZEN Leibn. Marg. 48, [214] - 202

Didineshaym, hodie Deydesheim / optimi vini ferax,
Fiſchilingen,
Flamaringen, Flemingen /
Forcheim,
Fridolfesheim, hodie Friedelsheim / venatoria domo & cultiſſimis hortis Principis inſignis.
Frimarsheim,
Gemmingesheim, addit *Lehman.*
Ginheim, ſeu *Ginninheim*, Genheim /
Godmarſteine, Godramſtein /
Grazolfeshuſen,
Gunzinheim, ſeu *Guntzingen*, Gensheim /
Hagenheim, Haſenloch /
Hemmingesheim, Gemmingesheim /
Hergiſesheim, hodie Herxheim /
Hirſavv addit *Lehman.*
Hochtorp, ſeu *Hochſtat*,
Hubenſtat, ſeu *Hubeſtat*, Hubſtadt /
Huglincheim, ſeu *Huchilincheim*, hodie Heuchelheim /
Huiſingen,
Iſenburg addit *Lehman*, nec non
S. Lamprecht,
Landau &
Limburg civitates, etiam Kaiſerslautern /
Liutmarsheim, *Lintmacheim*,
Luſtheim, ſeu *Luſtat*, vel *Luſtatheim.* Pagus hodie duplex, Ober- und Nieder-Luſtadt. Uterque pingviſſimâ glebâ notus, quæ, præter fruges, omne genus etiam copiam cepæ & allii, crocique ſilveſtris uberrimè producit. Quem *Terpſipolin* meam ludibundus appellare ſoleo, qnòd in utroque ruſculi aliquid partim beneficio Palatino (nam ab Equeſtri familia de *Zeukeim* extinctâ, recepto feudo, Sereniſſimus Princeps *Fridericus* IV. Elector me meosque Filios munificè donavit, hominesque ſuos eſſe voluit,) partim proprio jure poſſidendam. Fuit autem & olim ibi nobilis familia illorum de *Luſtat*, dudum emortua.

Maccenheim, seu *Makkenheim*, Machen- seu Meckenheim/
Mudach, *Mudahen*, Mudachen/
Murdeger, marca,
Mutenstat, seu *Muderstat*,
Neustad an der Hart/ addit Lehman.
Olinsheim, Lehman habet *Offintsheim*, *Offintzheim*,
Richinesheim,
Richmersheim, seu *Rucheim*,
Rotlehesheim, Rettersheim/
Scurheim, Lehman habet *Seucheim*, Seßheim/
Sigulfingheim, Igelheim/
Snoringen,
Stratvelt,
Suotzingen &
Svechenheim addit *Lehman*,
Thurnesheim, Türckheim an der Hart/
Vdomarsheim, seu *Vdemarsheim*, Ottersheim/
Wackenheim, hodie Wachenheim/ oppidum elegans, generoso vino nobile.
Walahesheim, Waltzen/
Wenzingen, hodie Wintzingen/ pagus & castrum insigne propè Neostadium,
Weisenburgum addit *Lehman*,
Wipgarda, seu *Wingartheim*, hodie Weingarten/
Wilere villa,
Wisere marca,
Zezzincheim, Heppingen/
Zothingovv, Zotingen. (*k*)

At Liberam & Imperialem *Spiram* solidè & fusè nobis dedit *Christoph. Lehman*, quô *an quis peritior fuerit Rerum Imperii nostri* dubitat Exc. *Conringius*. (*l*) *Diligentissimus siquidem Rerum Germanicarum indagator fuit*, (*m*) *nec alius quisquam hactenus* Lehman-

(*k*) add. Lehman. chron. Spirens. L. IV. c. 7. seq., qui cap. 9. etiam dicet Comites & Ministeriales pago huic subjectos. (*l*) de Orig. Jur. Germ. c. 28. (*m*) ibid. c. 33.

manno *præstitit paria*, (*n*) *cujus incomparabili & nunquàm satis laudando operi infra dignitatem* Chron. Spirens. *nomen inditum est.* (*o*)

SPREWA. Idem Otto Imp. anno DCCCCLXV. V. Kal. Augùst. donavit similiter in pagis ita nuncupatis *Nicieti* & *Sprevva* ex utraque fluminis parte, quod dicitur *Sprevva*, nec non in *Lusici* & *Morcini*, atque ex utraque parte fluminis, quod dicitur *Milda*, omnem decimam mellis suæ Imperiali auctoritati pertinentem.

STADING. Hujus pagi meminit *Cluver.* (*p*) An verò eadem sit *Statlandia* cum *Stedingia*, multi dubitant, & unum idemque nomen fuisse, sed in diversam terminationem & significationem abiisse, existimant. Ego ita sentio, *Stedingiam* proprium constituisse pagum, siquidem illa circa *Visurgim*, hæc verò ultra *Huntam* usque ad *Uchtam* fluvium consistit. Quod verò *Stedingia* Rustringiæ olim annumerata fuerit, facilè concedo, & dico cum Cl. *Frehero*, (*q*) alios pagos esse latiores, & generaliores, alios specialiores & angustiores, quique sub illis continentur. Idem confirmant literæ de anno, MCCCXXXII. & MCCCXLI. quæ sic incipiunt: *Nos Judices totusq; populus Stedingorum terræ Rustringiæ.* Extant apud *Hamelmannum.* (*r*) Exinde colligitur, *Stedingiorum* specialiorum pagum sub *Rustringiorum* latiori comprehensum fuisse. Vide fusiùs *Winckelmann.* (*s*)

STADONENSIS. *Stadinensis.* Vid. *Vongensis.*

STAMPENSIS, *Stampinsis*, Gregorio, Fredegario, Nithardo celebratus. *Stampisus* dicitur in Capitulis Caroli Calvi, in chronico *Mauriniacensi Provincia Stampensis*, *l' Estampois.* *Chrotildis* Matronæ chartam de conditione Monasterii B. Mariæ apud *Brogarias* in pago *Stampensi*, in quo neptem suam *Mummolam* constituit Abbatissam anno DCLXX. dabit *Mabill.* (*t*) Est autem *Brogaria*, seu *Brogariæ*, vulgò *Bruyeres* le *Chateau* vicus Diœcesis Parisiensis in pago *Stampensi*, situs inter duos amnes, *Urbiam*,

(*n*) præf. ad lect. Lampad. L. de Rep. Rom. (*o*) Id. in censur. dipl. Ludov. cœnob. Lindav. c. 8. p. 128. (*p*) L. III. Antiq. Germ. c. 17. f. 60. (*q*) L. I. Orig. Palat. c. 5. (*r*) in chron. Oldenburg. f. 97. (*s*) L. II. Notit. Westfal. c. 6. num. 1. seqq. (*t*) L. VI. chart.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1,ZEN Leibn. Marg. 48, [217] - 205

biam, l'*Orge*, & *Remandam*, *Remande*, haud procul à castris oppido, *Chastres*. Nullum inibi supereſt Virginum cœnobium, ſed in altera *Brogaria* ejusdem Diœceſis, ad prioris diſcrimen *Alta* dicta, ubi cætus eſt Sanctimonialium Ordinis fontis *Ebraldi*. Monaſterium *Lemauſum* in pago *Stampinſe* cœnobio S. *Germani* vindicatur anno DCCIII. (*u*) Caroli Calvi præceptum, quô prœdia quædam in pago *Stampenſi* conceduntur *Weniloni*, qui poſtea factus fuit Epiſcopus *Senonenſis*, vide apud Eundem. (*vv*) Adde pactionem inter *Guntramnum* & *Childebertum* Reges. (*x*)

Steorniger papy ek in eo villa Grandi= kehard vel gandrikesard oicurit in Anſcharii Mirac. S. Willehad. Ep. Bremenſ. c. 13. An a Stora ſt. ſic dicby et idem cum Stormaria rum pago?

STODERANORUM. Sunt & alii Slavorum populi, inque iis *Stoderani*; (*y*) qui vincuntur ab *Alberto Urſo*. (*z*)

STORMARIORUM. *Adamus Bremenſis* (*a*) tres facit Transalbinorum populos, *Thietmarsgoos*, *Holizatos* & *Sturmarios*, reliquis nobiliores, qui nomen habent à ſeditionibus, quibus agitantur, die Stormen. Rectiùs fortaſſe *Kranz.* loci appellationem deduxit à fluminе *Stora*, qui *Reginoni* & *Adamo* (*b*) Sturia. In hoc pago fuit caſtellum *Hamaburg*, nomen habens non à *Jove Hammone*, uti *Conrad. Celtes*, *Andreas Althamer.*, *Franciſcus Irenicus* & alii autumant, queîs pollicem preſſit *Franciſcus Goultman*, Anglicanus Scriptor; (*c*) neque ab *Hama*, pugile Saxonum clariſſimo, quem *Starcuterus* Danus hîc occidit, juxta *Kranzii* fabulam, (*d*) quam *Joannes Magnus* in Gothico-Sueonicis recoxit, neque à *pernis ſalitis* & *fumo ſiccatis*, quæ monſtroſa *Münſteri* (*e*) *Geropii Becani* opinio erat, ſed à vicina ſilva *Hamme*, teſte *Adamo Thracigero*, (*f*) cui favent *Joann. Iſaac. Pontanus* (*g*) & *Surius*. (*h*) Ham quippe ſenſu Germano veterum in Holſatia, Friſia, & Weſtfalia ſignificabat *ſaltum*, ſeu *ſilvam*, agrorumque tractum talem, qualis inter *Alſtriam* & *Billam* flumina. Unde qui meridiem ex una parte ſpectat, Süder Hamm, & qui Septen-

(*u*) Id. chart. 25. (*vv*) chart. 91. (*x*) Gregor. Turon. L. IX. c. 9. Fredegar. c. 254. (*y*) Ad. Brem. L. II. c. 11. (*z*) Id. l. c. c. 88. num. 1. (*a*) L. I. c. 17. (*b*) l. c. (*c*) in lexico nuper edito, (*d*) L. I. Sax. II. (*e*) in Coſmograph. (*f*) in chron. MS. Hamburg. (*g*) in deſcript. Daniæ, (*h*) in Poligraphia ſua.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1 ZEN Leibn. Marg. 48, [218] - 206

Septentrionem respicit, Norder-Hamm vocatur in Ditmarsia. *Cisnerus*, JCtus & Historicus, ad *Kranzii* Saxoniam in præfatione ocellum hunc Germaniæ à *piscatorii retûs* genere derivat, quod *Ham* & *Hamen* appellabant Anglo-Saxones. Vide *Laurentii Petri* eruditam orationem panegyricam, in *Hamburgi* laudem & memoriam solenniter recitatam. (*i*) De *Starcutero* autem; si vacat & lubet, lege *Kranzium*, (*k*) aut, si digna videatur, dissertationem nostram curiosam, Celeberrimo quondam Viro, *Nicolao Stenonii*, Episcopo postea Titiopolitano & Vicario Apostolico, Amico meo, inscriptam, cujus curâ & impensis prodiit. (*l*)

STORMUSE. Homines quidam ex pago *Stormuse*, *Ething* videlicet & *HRuotmar*, nec non *Thancmar*, questi sunt Missis Ludovici Pii *Ertangario* Comiti & *Erlegaldo* Misso, eòquòd quando infidelium Wigmodorum ad partem Dominicam revocatæ fuerunt, res eorum, qui tunc fideles Francis erant, pariter cum ipsis injustè sociatæ fuissent. Quæ res dum juxta veritatis & æquitatis ordinem diligenter perscrutata, & per homines bonæ fidei veraciter inquisita fuisset, inventum est, illos res suas injustè amisisse, eò quòd illas forfactas non habuerunt, nec infideles fuerunt. Dat. IX. Kal. - - - anno VI. Imperii Domini Ludovici Serenissimi Augusti Indict. XII. Actum Ingelinheim. (*m*)

STURMA, *Sturmi*. Ita habet Caroli M. diploma fundationis Episcopæ Verdensis, datum anno DCCXXCVI. (*n*) In alio diplomate Ejusdem Imperatoris (quod tamen unum idemque est) apud *Henricum Wolterum* (*o*) nominatur Sturmi. Literæ fundationis Ecclesiæ Bremensis, recitatæ ab *Ad. Bremensi* (*p*) repetuntur ab *Alberto Stadensi*, pagumque hunc vocant *Sturmgoë*, *Sturmegoë*. Otto III. Imp. *Brunoni*, Episcopo Verdensi, concessit jus venandi sublimes feras, i.e. cervos & cervas in pago *Sturmio*. Literæ datæ sunt anno Domini DCCCCLXXXV. (*q*) Cùm Saxones contra datam fidem rebellâssent, ac Legatos Regios, *Adalgi-*

(*i*) Witteberg. anno 1691. (*k*) L. I Saxon. c. 11. L. I. Svec. c. 41. & L. I. Dan. c. 36. (*l*) Florentiæ anno 1677. in 4. (*m*) vid. P. I. Annal. Padeborn. p. 65. (*n*) vid. syllog. diplom. à Madero edit. num. 1. (*o*) in chron. Bremens. ap. Meibom. T. II. Rer. Germ. p. 23. (*p*) L. I. c. 10. (*q*) vid. Kranz. L. III. Metrop. c. 36.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1,ZEN Leibn. Marg. 48, [219] - 207

Adalgisum & *Geilonem*, contra Slavos cum exercitu ituros, trucidâssent, Carolus M. cæsorum manibus parentaturos, quater mille & quingentos Saxones in pago *Sturmio*, ad *Aleræ* & *Visurgis* confluentem, capite truncari jussit. In hoc pago fuit *Ferdium*, ùt est in diplomate Carolino, *Phardum* scribit *Henr. Wolter*, super Aleram fluvium, ubi Carol. M. Episcopatum instituit. Francici Annales ad annum DCCLXXXII. nominant *Ferdi*, Wernerus Rolevincius *Fardan*, hodie Verden. In diplomate Caroli M. dato anno Regni sui XVIII. Indict. VII. Moguntiæ, in quo de fundatione Ecclesiæ Ferdensis & finibus Diœcesis agit, alia inter sic: *terram autem eorum, secundùm antiquorum Romanorum morem, in Provinciam redigentes, & in Episcopatus certo termino distribuentes, quandam Aquilonarem illius partem Domino nostro Jesu Christo, & Sanctissimæ Ejus Genitrici devotissimè obtulimus, & in loco*, Farduin *vocato, super fluvium* Aleram *in pago, qui dicitur* Sturmi, *Ecclesiam & cathedralem Episcopalem statuimus, & Moguntinensis Ecclesiæ Archi-Episcopatui, interventu* Lullonis, *illius Metropolis Ecclesiæ Episcopi, eam subjecimus.* (r) *Fardium* legitur apud Maderum, & *Farduin* in Monum. Padeborn. (s) *Meibom.* verò habet *Phardum*, scribitque fluvium Aleram geminato λάμβδα.

SUDERGOVE. Indicatur ab Autore vitæ *D. Ludgeri.* (t) Villa est, inquit, in Saxonia in pago *Sudergoë*, *Alva* nuncupatur.

SUGINTENSIS, *Sugitensis*, *Suentensis*, vel *Suentisius*. Sugintenses à *Fredegario* memorantur. (u) Hos cum finitimis Turensibus, Campanensibus, atque etiam Alsatiis *Childebertus* ex Austria detraxit, Burgundiæque adjecit, ac *Theodorico*, minori Filio, testamento reliquit, quod is in villa fiscali *Marilegio* apud Alesatios nutritus fuerat & educatus. Hunc pagum *Suentensem*, vel, ùt vetustissimus codex scriptum habet, *Soitensem* eidem *Fredegario* (vv) dici, *Suentisium* similiter vocari observo in divisione Regni Lotharii annô DCCCLXX. inter Ludovicum & Carolum Fratres facta,

(r) vid. integrum diploma in sylloge Maderi cit. tom. 1. Sagittar. de Bardevico c. 1 §. 9. & chron. Wolteri cit. p. 22. seq. (s) p. 6. (t) L. I. c. 24. (u) L. V. chron. c. 37. (vv) c. 38.

facta; Comitatum *Suentisiorum* in Annalibus Bertinianis anno DCCCXXXIX. inter Comitatum *Portisiorum* seu *Portensium* & Comitatum *Calmontensium* reperi. *Sugintenses* igitur, vel *Sogintenses*, nunc detracta literâ g. *Suentenses* & *Sointenses*. Pagus Comitatusvé *Sugintensis*, quem & *Suentensem*, & *Sointensem* & *Suentisium* vocavêre, vulgò nunc appellatur *Suntgavv*, aut *Sungovv*, uti Viri docti jam observaverunt. Est autem *Suntgovia* cis Rhenum in Provincia maxima Sequanorum, Alesatiæ Austrinæ contermina, & ejus velut appendix, continens *Fierritensem* Comitatum, dictum ab oppido *Fierrito*, seu *Firreto*. Malè *Aubertus Miræus*, censurâ Valesianâ, *Suentisium* in divisione Regni Lotharii inter *Albechouvam* & *Calmontem*, putat esse *Sanctoy* in Lothariensibus, nomen pagi obscurum, aliàs le *Sanctoy*. Quem pagum tabulæ quædam statuunt in Lotharingia duos inter fluviolos in Mosam effluentes, ibique ponunt novum castellum, *neuf chastel*, Motam, Castanetum, *Chastenoy*, Sandacurtim, *Sandacourt*. Quidam ajunt, pagum *Sugintensem*, vel *Suntgoviam*, ac *Brisigaviam*, le *Brügau*, i. e. pagum *Brisiacensem* Alsatiâ superiore, Landgraviatûs titulo clarâ, contineri. *Aimoino* (x) est *Svitensis*.

Sulrid pagg memorat in diplom. Conrad. I. Regis Fuldens. inscript. concessus an. 913. Mstto.

Sundgeßi pagus Abbt. ad An. 898. n. 19. p. 302.

SULMANACHGOWE apud *Freherum*. SUNTGOWE. Bebelius *Sungaudos* vocat. Vid. *Guilliman. Habsburg. L. III.*

SUSLE. Nominatur ab *Helmoldo* Buzovienſi. (y) Hodie idem nomen vico isti manet, diciturque *Süsel*. In antiquis tabulis Comitum Holsatiæ *Susela* latinâ terminatione vocatur, & in antiquo carmine de *Vicelino Zusla*. Jacet haut procul à littore maris Balthici. (z) Incolæ in Annalibus Francorum Pithœanis (a) vocantur *Suisli*.

SUTHERBERGI. Ludovicus Rex Monasterio in Hervurt VI. Id. Decemb. anno XXIV. Regni sui in Orientali Francia Indict. XV. in hoc pago, & quidem in villa *Lodre*, octo familias, novemque mansos: item in villa *Arpingi*, in eodem pago unum mansum cum familia supermanente dedit. Comeatus Notarius

(x) L. III. c. 96. (y) L. I. c. 58. p. 136. c. 65. p. 149. & c. 84. p. 138. (z) Bangert. in not. ad. L. I. c. 58. (a) p. 74. & 89.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [221] - 209

tatius ad vicem Radfrici recognovit. Actum Herifurt. Annus Regni Ludoviciani desumtus est à divisione Regnorum, facta anno DCCCXLIV.

Sudachi, in quo Chlotharii Regionem Ch. Werth. n. 4 p. 102

SUTTHURINGEN. Fit ejus mentio in privilegio *Ottonis* M. dato Ecclesiæ Gandersheimensi anno DCCCCXLVI. cùm Comitatum teneret *Otto* Comes. Nominantur in eo *Erich*, *Donstede* & *Blitersторp*, *Blitenstede*. (*b*) In alia Ottonis II. Imp. charta ad annum DCCCCXCIII. in qua concambium, inter Adalbertum, Archi-Episcopum Magdaburgensem, & *Werinharium*, Abbatem Fuldensem, in præsentia Patris sui factum, confirmat, nominatur *Thuringia Australis*, tribuunturque ei *Dungede*, *Donnaha*, *Brohen*, *Ostmilinge*, *Cruciburg*, *Westmilinge*, (Westrulinge) *Thachebechi*, *Waleslebi*, *Corneri*, *Heilinge*, *Rockestedt*, *Saltzung* &c. (*c*) Villa *Sunthusen* etiam jacet in Australi Thuringia, in Comitatu quondam *Erponis*. *Georgius Torquatus* existimat, ad *Sutthuringiam* pertinuisse totam regionem, quæ hodie *Thuringia* appellatur. Desideratur apud *Meibomium* donatio Ludovici Regis V. Id. Febr. indict. X. anno DCCCLXXVII. anno primo Ludovici in Orientali Francia Francofurti facta, quâ Monasterio Gandersheimensi villas *Tengstede* & *Erike* in pago *Sutthuringia*, in Comitatu *Ottonis* dedit, confirmante eas *Ottone* Rege IV. Non. Maj. anno DCCCCXLVI. Indict. II. Werlahum in Divinitatis nomine, & ulterius anno DCCCCLXXV. III. Non. Novemb. Indict. IV. Palathe. Hæc enim verba sunt: *postea verò tradidit ad suprà-dictum Monasterium* (Gandesheim) *in pago, qui vocatur* Suturingia, *in Comitatu* Wilhelmi, *quicquid habuit in* Tengstede, *in* Erick, *&* Blidenstede.

Lotharii Imp. Dipl. Ms. Fuldense datum: villam, cujus est vocabulum Saltzunga in finibus Thuringiæ super fluvium Wisaram sitam.

SVALEVELT, † *Svalefeldun*, *Svalefeldoni*. *Willibaldus*, Eichstadensis Ecclesiæ Episcopus, obtulit Fratribus Fuldensibus villam unam in pago *Svalefeldensi* sitam, *Kucheſe* nuncupatam, ut annuo censu FF, pro sui commemoratione, consolationem & oblectationem, & *pitissantiam* (à pitissando) haberent. Ita perspicuè in S. *Solæ* rebus gestis. *Sola* quippe, sive *Suola*, vel *Suolon*, S. *Bonifa-*

† v. Annal. Weissenburg. ad an. 793 p. 81.

(*b*) vid. Synt. Bodon. ap. Meibom. T. II. Rer. Germ. p. 493. & 486. & P. I. Annal. Paderborn. p. 289. (*c*) vid. Brovver, L. III. Antiqq. Fuld. c. 12, & Marc. Wagneri tr. de pagis Thuring.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1 ZEN Leibn. Marg. 48, [222] - 210

nifacii discipulus, *Willibaldi* Collega, Fuldensis disciplinæ alumnus, finitima Bojariæ loca, & Eistætensi ditioni contributum agrum incoluit. In hoc *Svalæ* nomen tulit, qui *Altmonæ* rivi opportunitate ceteris feracior, præcipuum vectigal præbebat incolis, quique latè prædiis ac fundis instructus non *Kücheſe* tenùs modò Fuldensibus annonam supportabat, sed ex tota *Solahofii* Monasterii amplitudine fructum abunde largiebatur. Totus itaque tractus hic terrarum *Svalæ* seu *Svalefeldia*, & *Svaleveldoni* nomen obtinuit: in quo *Wunebaldus* etiam cum *Walpurge* Sorore monasticam coluit; quorum in actis non appellatio tantùm hujus regionis, sed lex quoque *Svalefeldica* celebratur. (*d*)

SVAVIA. Habetur in diplomate Ludovici Pii Imp. à *Gvilielmo Budæo* edito, diciturque incluſus fuisse terminis Dioeceſ. Halberstad. (*e*) Pagus *Svvabe*, est additio Junioris *Meibomii*, & in eo villa *Kabere* & *Piculingen* nominatur in donatione *Henrici* IV. facta *Gerenrodenſi* Abbatiæ, sub Abbatissa *Hathuvvige*, *Henrici*, Stadensis Comitis, Filia. In diplomate *Ottonis* M. dato *Siegfrido*, Geronis F., ita scribitur: in Comitatu prælibati Patris ejus in pago *Svevon* nuncupantes. (*f*)

SVESSIONICUS, *Sveſſionenſis*. Nomen huic dedêre *Sveſſiones*; & in Capitulis Caroli Calvi pagus *Sveſſonicus* vocatur, & inter *Portianum* ac *Vrciſum*, i. e. Urcensem ponitur. Adde confirmationem prædiorum Monasterio S. *Bavonis* ab eodem Carolo factam anno DCCCLXIV. Gregorius *territorium Sveſſionicum* nuncupat, alibi (*g*) *pagum Sveſſionicum*, Gesta Francorum (*h*) *pagum* item *Sveſſionicum* & *Seſſionicum*. *Hincmarus* de vita B. Remigii *pagum Sveſſonicum*, Galli *le Soiſſonnois* vocitant, & incolas ipsos *les Soiſſonnois*. Potius in eo *Tadrianicus* & villa *Altafontana* memoratur à *Mabillone*. (*i*)

SVEVIÆ. Svevi *centum pagos* habuisse dicuntur. (*k*) *Treviri nunciabant*, pagos centum Svevorum *ad ripam Rheni con-*

 sedisse,

(*d*) Brovver. lib. cit, c. II. p. 207. (*e*) vid. D. Sagittar hist. Halberst. § 15. & 32. (*f*) Vid. Annal. Gerenrod. ap. Meibom. T. II. Rer. Germ. p. 418. & 431. (*g*) vid. L. V. c. 3. & L. VI. c. 34. (*h*) c. 36. (*i*) L. VI. chart. 127. Conf. Flodoard. ann. 933. & 949. (*k*) J. Cæs. L. IV. B. G. & L. I. c. 8.

ſediſſe, qui Rhenum tranſire conarentur. Cluver. equidem (*l*) multis argumentis, probat Cæſarem in nomine *Svevorum* errâſſe, & pro ipſis *Cattos* intellexiſſe, (uti fortè negario nequit,) reapſe tamen cum pagorum numero tum temporis ita comparatum fuit : & *centum pagos* per totidem populos, ſeu Provincias, exponit *Oroſius.* (*m*) *Wolfgangus Lazius* ſic : (*n*) Svevi *centum pagos*, h. e. terrarum tractus poſſederunt, quos gentilitiâ linguâ græca origine *Gevv* appellitaverunt. Hæc conſvuetudo populo usque manſit, multos ubique variisque locis tractus ac territoria conſtituendi, quæ *Gevv* & eorundem poſteriùs *Landvoctias* nominarunt. Unde etiam in Svevia multa ſunt loca *Gevv* dicta, quorum præcipua quatuor recenſentur à *Wehnero*, (*o*) (1) Allgow (2) Wallgow/ (3) Ergaw/ (4) Suntgow. Multos alios pagos in *Govv* terminantes collegit induſtrius *Sagittarius.* (*p*) Et perinde mihi eſt cum eodem, (*q*) ſive cum *Lazio* hanc vocem *Govv* vel *Gau* à græca γαῖα i. e. terra, ſeu à germanica Aw / vel Owe, aut *Giö* derives. Eſt verò Gjô vetus dictio Gothica, & ſignificat terram ; hancque *Olaus Rudbecc.* in *Atlantica ſua*, ſive *Manheimio*, (*r*) à *Giöda* deducit, quod eſt *fœcundare, nutrire*, mäſten/ oder erneehren. Inde *giöd* ſaginatus ac pingvis. *Pagus*, inquit CL. *Bebelius*, (*ſ*) videtur à nobis dici vulgò *Bach*, i. e. *rivus*, vel villæ multæ juxta rivos poſitæ. Πηγὴ enim latinè fons dicitur, & (ùt ait *Servius* (*t*)) pagi ἀπὸ τῶν πηγῶν i. e. à *fontibus* dicuntur, circa quos villæ conſveverunt condi. Unde non eſt credendum, quod *centum* tantùm fuerint *pagi Svevorum*, i. e. villæ, qui (ùt Cæſar & multi alii teſtes ſunt,) quotannis *centena millia* hominum in bellum mittebant. Quis enim crederet, *Sveviam*, latiſſimam Germaniæ partem, *centum* tantùm *pagis*, etiamſi pro ampliſſimis urbibus accipias, contentam fuiſſe? tametſi urbibus Germania caruit, nec etiam pagos & villas habuit, quales hodie, ſed longè à ſe invicem diſtantes, juxta aliquem fontem, quales ferè pagos dixi. Hoc teſtatur *Cornel. Tacitus* de *Germ.*

(*l*) L. III. Germ. antiq. c. 5. (*m*) L. VI. c. 9. (*n*) de migrat. Gent. L. VIII. (*o*) in obſerv. pract. verb. Gau. (*p*) L. IV. Antiqq. Ducat. Thuring. c. 2. §. 5. (*q*) l. 6. §. 4. (*r*) c. 2. §. 2. (*ſ*) in Spicilegio p. 116. (*t*) II. Georg.

man. dicens : *nullas Germanorum populis urbes habitari ſatis notum eſt : nec pati quid inter ſe junctas ſedes, colunt diſcreti* ac *diverſi, ùt fons, ùt nemus, ùt campus placuit, vicos locant, non in noſtrum morem connexis & cohærentibus ædificiis : ſuam quiſq; domum ſpatio circumdat.* Non eſt igitur credibile, mille homines ex uno pago, ſeu villa, potuiſſe exire quotannis, manentibus aliis, qui ùt hoc anno agriculturam & aliis laboribus militantes alebant; ita ipſi altero anno in locum jam militarem ſuccedebant. Quare cùm omnia quadrent, poſſumus jam dicere : *pagum* dici græca ſignificatione pro *tractu alicujus fontis* & fluminis, gallicè *pays.*

Et Græci πηγὴν, pagum *fortaſſe latini*
totius fluvii ſulcos dixêre propinquos,
& villas juxta poſitas, vicosq; caſasq;. (u)

Hi pagi, ſeu Gouwen / cunprimis majores & inſigniores, *Stumfio* teſte, (vv) præcipuè denominati ſunt vel à *fluviis*, pagum terminantibus, aut ſecantibus e.g. à *Rheno*, das Rheingow / olim Rinegowe : à *Thur*, Helvetiæ flumine, in Rhenum ſe exonerante, das Turgow : ab *Ilero* fluvio ſuprà Ulmam in Danubium labente, das Ilergow / à fluviolo Creich das Creichgow in Svevia ; vel à *gentibus*, ſeu incolis pagorum, e.g. Rhetigow à *Rhætis*, Allgow / ab *Alemannis*, Wolgow à *Walonis* : vel à *nobilioribus urbibus, caſtris, vicisvé*, e.g. à *Tiguro*, ſeu Zürch vocatur das Zürchow / à *Briſaco* Brisgoviæ das Breißgow / à *Wormatia* das Wormſergow / ab *Altzheimio* das Altzheimergow : ab antiqua arce & Comitatu provinciali *Buchek* nomen traxit *Buchovia*, à *Wiſtisburgo* Wiſſtißburg in Helvetia &c. Minores contra *pagi* à vilioribus oppidis caſtellisque nomina fortiti ſunt. Imò ſaltus ſilvasque nonnunquàm pagis cognomina dediſſe Eruditiſſimus Valeſius, ùt omnia alia, in præfatione ſua pulcherrimi Operis, cujus rubrum : *Notitia Galliarum*, variis exemplis doctè probavit. *Pagos* autem *Sveviæ* fuſiùs deſcripſit landatus *Henricus Bebelius*, Juſtingenſis Sveyus. (x)

Waimah gowe in diplom. Ludovici Arnolfi fil. Hund. Metrop. to. 2. p. 20.

(u) Henr. Glarean. in deſcript. Helvet. (vv) L. IV. chron. Helvet. c. 64. f. 330. (x) vid. opuſcula ejus miſcellanea anno 1510. in fol. edit.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [225] - 213

T.

PAGUS TALLOGIUS, seu *Tellau*. Est minor pagus in *Caletis*. (y) Dicitur etiam pagus *Tellaus*. (z) Vid. *Tellau*.

TARDANENSIS, le *Tardenois*, aut *Tartenois*. In Capitulis Caroli Calvi vocatur *Tardanisus*, apud *Frodoardum* (a) pagus *Tardonensis* quater nuncupatur, & *Aciniacum* in eo pago ponitur. *Tardunensis* etiam dicitur, (b) & inter *Portianum* ac *Suessionensem* collocatur. In appendice ad Frodoardum idem pagus *Tardanensis* melius & incorruptius dicitur, ubi & mons S. Mariæ situs sit. Jacet hic pagus inter flumina *Matronam* & *Vidulam*, ubi *Fara* cognomine *Tardanensis*, *la Fere en Tardenois*. Annô I. D. DCCCCXXCIII. Provincialis synodus Mense Majo congregata est apud montem S. Mariæ: in pago *Tardanensi* ab *Adalberone*. Nigella & longa villa in eodem pago positæ sunt, & ab eo cognominantur, *Neelle en Tardenois* & *Longueville en Tardenois*. Pagus *Tardanensis*, nec non pagus *Vadensis* sunt Suessionum, seu Diœcesi. Suessionensis finibus continentur. Vetus codex de reditibus & decimis Remensis Monasterii S. *Remigii* pagum *Tardanensem* nominat, inque eo *Juviniacum* memorat.

TARVENNENSIS. A *Tarvenna*, seu *Tervanna*, vel *Tarvanna*, aut *Tarvana* Morinorum dicitur, *Tervannensis* in chronico de Gestis Nortmannorum; *Aigrado* in vita S. *Ansberti* territorium *Tarvanense*, & *Tarbanensis* regio; pagus *Tarvanorum* in vita S. *Bertæ*: *Teruvanensis* in divisione Regni Ludovici Pii inter Filios, vulgò *le Teroüannois*: pagus *Terragonensium*, nec non pagus *Targonensis* & *Terganensis*, mendosè nuncupatus *Hariulfo* in chronico *Centulensi*. Ejus pagi pars est pagus *Ternensis*, vel *Toënensis*, le *Ternois*, à *Terna* fluvio cognominatus. *Blanziacum* vicus erat pagi *Tarverdensis*. Et Monasterium *Sithiu* erat in pago *Tarvvanensi*. (c) Dicitur etiam *Tervaninsis*, (d) *Tervvacinsis* (e) & *Tervanninsis*. (f) Apud *Aubertum Miræum* (g) *Adroaldus* donat in pago *Tarvanense* villam

(y) Vales. l. c. p. 115. B. (z) Id. p. 120. B. (a) L. I. Hist. Eccles. Remens. (b) L. II. c. 18. (c) Mabill. l. 2. p. 607. (d) Id. p. 610. (e) Id. p. 612. (f) Id. p. 613. (g) in cod. piar. donat. c. 3.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1 ZEN Leibn. Marg. 48, [226] - 214

villam *Sithieu* super fluvium *Agnionem* SS. Presbyteris *Bertino*, *Mommoleno* & *Ebertrando* VIII. Idus Sept. anno XI. Regni Domini Chlodovei Regis, Christi DCLIV. ùt legimus in literis ipsius *Adroaldi*. Est ergo *Sithieu* locus, Monasterio S. *Bertini* nobilis, in pago *Tervannensi* ad fluvium *Agnionem*, qui vulgò nunc dicitur *Aa*, & oppidum S. *Audomari*, novam Sedem Episcopatûs in Morinis, (S. *Omer*) olim *Sithieu* dictum, alluit. *Tarvana*, seu *Tervana* verò urbs olim Episcopalis Morinorum, jussu *Caroli* V. Imp. anno MDLIII. funditus excisa.

TAXANDRIA, *Dechsendra* & *Testerbanto*. De hoc *Lendius* in appendice *ad Orig. Palat. Freheri* (*h*) & in Eburonibus, ac P. *Divæus*. (*i*) De villa *VVadradoch* in pago *Taxandro*, super flumine *Duthmala*, & de villa *Busloth*, *Bocanschot* & *Hinesloten* in eodem pago: nec non de villa *Alpheim* & *Diosna* super fluvium *Digena* in eodem, vid. Testamentum *S. VVillibrordi*. (*k*) *Duthmola* fluvius hodie *Dommele*, per *Boxtellam* & silvam Ducis defluit in Mosam. *Bocanschot* hodie *Boëschot* vicus. *Alpheim*, nunc *Alphen*, vicus in Diœcesi Antverpiensi, tertio lapide à Breda, Gentis Nassovicæ oppido. *Diosna*, jam *Diessen*, in Diœcesi Silvi-Ducensi primo lapide ab *Hiluaribeca*. Dicitur hodie *Texandrum*, seu *Taxandrum*, *Kempenland*. In charta Ottonis II. Imp., quâ prædia ablata Monachis S. *Bavonis* Gandensis restituit annô DCCCCLXXIV. citatur pagus *Tessandriæ*, & *Nordrevvic* in eo cum Ecclesia, & omnibus appenditiis. Vide sîs fusiùs de Taxandris *Cluver*. (*l*)

TELLAU. *Talogiensis*, *Tallogius*, *Tellaus*. *Tellau* memoratur in Capitulis Caroli Calvi, inter pagos *Rotmensem* i. e. *Rotomagensem* & *Vitnau*, seu *Vitmau*. Prædium *Virtlaicum* situm in pago *Tellau* super amne *Evra* in vita S. *VVandegrisili* Abbatis. *Evram* autem fluvium esse inter *Deppam* & *Aucum* flumina medium observo, *Earam* Orderico Vitali (*m*) rectè dictum: qui alluit *Alberti mansionile*, *Fulcardi montem*, *Bettonis curtem*, *Petreum pontem*, Pierrepont, *septem molas*, *Vallem Regis*, Val le Roy, *Telliam*, Tilly, S. *Sulpitii*, Saint Supli, & apud *Criolium* Criel, in oceanum effunditur.

(*h*) p. 13. (*i*) in Antiqq. Belgic. c. 15. Conf. Miræi Donat. Belgic. L. I. p. 389. (*k*) in cod. donat. Miræi c. 8. p. 32. (*l*) L. II. Germ. Antiq. c. 29. (*m*) L. XII. Hist.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1,ZEN Leibn. Marg. 48, [227] - 215

tur. Ordericus Vitalis (*n*) modò *Tallogium* huncce pagum *Talogiensémq;* nuncupat, modò *Taloui* & *Arcas* in eo ponit, pagoque *Caletensi* contiguum facit. *Orderici* de *Balduino* Comite Morinorum, seu Flandrensium, verba talia sunt: In *Normanniam* usque *ad Archas venit*, & *villas in* Tallogio *combussit.* Item infrà: *crudelissimam in* Talou & *Caletensi pago guerram faciebant.* Idem (*o*) Archancensium i. e. Archensium provinciam in *Talogiensi* pago memorat. Literæ *Roberti*, Ducis Nortmannorum, datæ anno MXXX. *Talou* quoque eum pagum appellant, nec *Arcas* tantùm, sed etiam *Deppam* ei attribuunt his verbis: in pago *Talou* Deppam, *Archas:* in pago *Rotomagensi Anselini* villam cum Ecclesia: juxta murum ipsius urbis suprà fluviolum *Rodebecum* molendinum unum: unum gardinum in *Deppa*, i. e. hortum, & dies Dominicos piscariæ de *Archas.* Pagus autem *Tellau*, vel *Tallogius*, aut *Talogiensis*, seu *Talou*, haud dubiè pars Caletorum fuit, seu ex parte pagi Caletensis factus est, cum Deppam & Arcas, loca utique Caletorum, & cum reliquis Caletis Ecclesiæ Rotomagensi subjecta, contineret. *Vacæo* dictus pagus *Talleu*, *pays de Talleu*, in sua historia fabulosa; quibusdam in literis Comitatus *Talovii*, quod idem est. Idem *Vacæus*, vetus Poëta Francus, nunc pagum hunc *Talleu*, nunc & unà cum ejus incolis *Talooù* vocat, i. e. *Tallogium* vel *Talogiensem.* De *Childriciago* & *Taxmedù* villis in pago *Tellao* vide *Mabill.* (*p*) De vico *Curborio* in vico *Tellau* Idem. (*q*) Placitum sub Carolo M. habitum, in quo *Sonarciaga* villa pagi *Tellau* Dionysiano Monasterio vindicatur idem. (*r*)

TEORACIA, vel *Teorascia*, *la Tieracke*, (*s*) in Gallia Belgica.

TERMINENSIS, *Termenez.* (*t*)

TERNENSIS, *Tarnensis*, le *Ternois*, *Toënensis*, *Tenensis*, *Ternensis* posterioribus Scriptoribus dictus. Ita nominat *Iperius* Abbas in *chronico Bertiniano*; & S. *Walbertum* successione paternâ *Pontivensem*, *Ternensem* & *Arkensem* Comitem fuisse scribit: qui *Arkensem* Comitatum S. *Bertino* obtulerit, à villa *Arkù*, vel *Arkes* ita dictum. Ibidem *Adalolfus*, Balduini Calvi filius, velut jure here-

(*n*) l. c. (*o*) L. VI. (*p*) L. VI. chart. 27. (*q*) chart. 39. (*r*) chart. 55. (*s*) Valesl. l. c. p. 549. B. (*t*) Id. p. 552.

hereditario Comitatus *Bolonienſem* & *Ternenſem* circa annum DCCCCXXVII. unàque *Sithienſem* Abbatiam miles & laicus totâ vitâ tenuiſſe dicitur.

TERNODORENSIS. *Regio Ternodorenſis*, Gregorio nunc *terminus Ternodorenſis* caſtri Lingonicæ civitatis, nunc *Tornodorenſis pagus* nuncupatur. *Tornedriſius* pagus i. e. *Tornedrenſis* in Capitulis Caroli Calvi, inter Hatuarias & Belniſum, ſeu Belnenſem pagum, *le Tonerrois*. Hugoni Pictavino aliisque *pagus Tornodorenſis*, & *Comitatus Tornodorenſis*, *Ternoderinſis* Fortunato. (*u*) Quidam Clericus dejuxta Monaſterio B. *Silveſtri* in *Ternoderinſe*. Monaſterium igitur *Reomaus* à primo ſuo Abbate vulgò monaſterium S. Joannis dictum, *Mouſtier S Jean.*, cui tùm *Silveſter* Abbas præerat, *Ternodorenſis* pagi finibus continebatur. In literis *Lampagiæ*, datis anno ſecundo poſt obitum *Rodulfi*, Regis Francorum, *Hugone* Principatum tenente, pagus *Ternodorenſis* Comitatus *Ternetrenſis* vocatur, & literâ ſublatâ, & d. int. mutato. Ex quibus intelligitur, non *Ternodorum* modò & *Ternoderum*, ſed etiam *Tornedrum* & *Tornetrum* nuncupatum eſſe, quod Gregorius incorrupto nomine *Ternodorum* appellavit, quidam corruptè *Ternodrum*. Certè in teſtamento *Wideradi*, Flaviniacenſis Monaſterii Conditoris & Abbatis, pagus *Ternodrinſis* vocatur non ſemel, i. e. *Ternodrenſis*, & in eo ponuntur *Ciconiæ*, Chichées, *Anciacum*, Ancy le Franc, *Raparia*, vel *Rabaria*, Ravieres, *Marcomania*, Marmaigre, *Blavacum*.

TERUVANENSIS apud *Valeſium*. (*vv*)

THETMARSGOE. Memoratur in literis *Adalberti*, Archi-Epiſcopi Bremenſis, ad annum MLXX. Incolæ Adamo Bremenſi *Thiatmarsgoi* dicuntur, (*x*) *Helmoldo Buzovienſi* (*y*) Thetmarchii, hodie die Dittmarſcher.

THEODEMERENSIS. Pagus hic novus eſt, & pars exigua pagi *Carnutini* quondam extitit, vulgò *Thimerais*, & quibusdam tabulis corruptè *Tumerais* dictus. Nomen habet à caſtro *Theodemerenſi*, *Thimer*. Invenio in charta quadam majoris Monaſterii, Regem Francorum *Henricum* obſediſſe caſtrum *Theodemeren-*

(*u*) c. 53. libr. de vit. S. German. (*vv*) l. c. p. 31. (*x*) L. II. c. 8. (*y*) L. I. c. 25.

demerense nuncupatum, in pago *Garnoteno*, noviter à quodam *Graszone* constructum, anno , quô Filium suum *Philippum* Regem ordinari fecit, paucis ante eam ordinationem diebus. *Philippus* autem anno MLIX. Remis, vico ac volente Patre, Rex Francorum consecratus est. Ex quo intelligitur, castum istud *Theodemerense*, si tùm recens exstructum erat à *Guaszone*, ante annos circiter sexcentos conditum ab eo fuisse, & *Theodemeris* cujusdam nomine *Theodemerense* appellatum. Pagi hujus caput nunc est *castrum novum*, quod Galli vocant *castrum novum in Theodemerensi*, *Chasteau neuf en Timerais*. Hæc de castro pagoq, *Theodemerensi* primùm observâsse se gloriatur *Valesius*. (z)

THIETMELLI. Ad pagos Padebornenses referunt *Monumenta*. (a) *VVirinbertus*, cum consensu & laude filii sui *Bovonis*, duo curtilia in pago *Thietmelli*, & in villa *Aldenthorpe*, & XL. jugera, & X. jugera in *Remikenhusum*, & insuper medietatem cujusdam silvulæ in *Bennenberge*, Ecclesiæ Patherbrunnensi, & Domino *Immado* Episcopo, in proprium tradidit, legavit, concessit, eâ videlicet ratione, ùt præfatus Episcopus tres villas *Odùthorp*, *Lavenhusun*, *Thespi* ad Ecclesiam, quæ in *Odùthorpe* sita & consecrata est, terminaret, & in terminationem Episcopali banno terminaret. (b)

THURINGIÆ. In diplomate *Conradino*, quô in memoriam translationis Sedis Episcopalis, *Cizâ* Numburgum factæ, Ecclesiæ Numburgensi curtem suam regalem *Balgstädt* in Thuringia propè *Numburgum* sitam donat anno MXXXII. XVI. Kal. Jan. Ind. XV. anno Conradi regnantis IX. Imperantis V. Actum Quetlinburgi, expresè fit mentio *pagi Thuringiæ*, & Comitatûs *Madelgohonis*, in quo sita erat curtis ista. (c)

TIGURINUS. Vid. *Zurichgovv*, seu *Zurichgou*. Is pagus appellabatur *Tigurinus*. (d)

TILICHI. Vid. *Monumenta Padebornensia*. (e)

TILITHI. In hoc pago, in villa *Keminata*, in Comitatu *Bernardi* Ducis, Monasterium Virginum construxit *Frederuna*, Venera-

(z) l. c. p. 551. a. (a) edit. prim. p. 82. (b) ead. Monum. p. 37, & 111. (c) Brunsvic. 6it. p. 217. (d) Cæsar Comm. I. (e) l. c.

Venerabilis Abbatissa, ejusque soror *Imma* Comitissa, *Gerone* Comite adjuvante. (*f*) Conradus II. *Meinvverco*, Antistiti Padebornensi, prœdia *Bennanhusen*, *Valabroch* & *Badanbroch*, sita in pagis *VVetiga* & Tilithi, in Comitatu *VVidekindi*, cum omnibus pertinentiis contulit, Goslar. XI. Kal. Mart. indict. XIV. anno MXXXI. anno Conradi II. Regnantis VII. Imperii IV. *Otto* III. in pago *Tilithi*, in Comitatu *Helimanni* Comitis, ad Congregationem Sanctimonialium in villa *Visbike* dedit octo mansos, (*g*) ubi Comes iste vocatur *Hirimannus*.

TOARCENSIS. In literis *Paschalis* Papæ II. dat. annô MCIII. *territorium Toarcense* dicitur. (*h*) Vid. *Pictavus*.

TOLENTIORUM. Unus è Slaviæ pagis. *Helmold.* (*i*) eos cum *Riadariis* conjungit; at eod. libr. & cap. (*k*) separat distingvitque. *Bangerto* (*l*) *Tollensi* sunt, qui ad *Tollen-see* habitant, Neo-Brandenburgenses. *Tolentii* ad fluvium ejusdem nominis, Neo-Brandeburgum & Treptovium alluentem. (*m*)

TOLOSANUS. Pagum hunc *Fredegarius* (*n*) & Gesta Dagoberti aliique commemorant. Ludovicus Pius Augustus in statuto de Monasteriis Regni Imperiique sui pagum *Tolosanum* non modò à *Septimania*, sed etiam ab *Aquitania* ac *Vasconia* distingvit: ùt & vita Ludovici Pii pagum *Tolosanum* à Septimania separat in enumeratione Monasteriorum, quæ hic Princeps reparavit, aut à fundamentis exstruxit. Primus omnium *Gregorius*, Turonicus Episcopus, (*o*) Septimaniam Provinciam, quæ Gothorum Regibus parebat, à pago *Tolosano*, Franciæ ditioni subjecto, distinxit. In diplomate Pipini Regis, quô omnia Monasterii *Malasti* jura & bona confirmat in territorio *Carcassensi* super fluvium *Duranum*, mentio etiam fit villæ *Magnianaci*, in pago *Tolosano* super fluvium *Fiscarum*. (*p*)

TORINNENSIS, seu Torinensis Vice-Comitatus, partem pagi Lemovicini, Cadurcini & Petrocorici obtinet, atque

(*f*) vid. discurs. m. ad. Synod. Moguntin. (*g*) Antiqq. Brunsvic. p. 205. & 215. (*h*) Vales. l. c. p. 556. a. (*i*) L. I. c. 2. n. 20. (*k*) n. 8. & c. 21. n. 2. (*l*) p. 11. (*m*) vid. D. Habichorst. diss. hist. de terrar. Meklenburg. & titul. Ducal. orig. S. I. membr. 3. §. 2. (*n*) L. V. chron. c. 57. (*o*) L. VIII. Hist. c. 30. (*p*) Mabill. L. VI. chart. 78.

à Sarlato, Petrocoriorum urbe, usque ad novum vicum leugas Francicas ampliùs XXX. in longitudinem patet, à Tutela Lemovicum usque ad novum vicum in latitudinem XII, si qua *Justello* fides. Dicitur in priscis chartis pagus *Torinnensis*, vel *Torinensis*.

TORNEGOWE apud *Freherum*.

TRAJECTINENSIS. Annunciatio Domni Caroli in eodem Palatino & Metensi: Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCCLX. Hæc sunt Capitula Venerabilium Regum, *Hlotharii*, *Hludovvici* & *Caroli*, quæ inter se firmaverunt pridie Id. Jun. in pago *Trajectinense*, juxta ipsum locum *Trajectum*.

TRANSALBIANI. Inculcantur ab Annal. Francic. ad ann. DCCCIV. Meminit eorum Autor *vitæ Caroli M.* à Pithœo edit. (*q*) ubi scribitur, donatos esse Abodritis. Meminit etiam *Regino* ad ann. DCCCIIX. Sed nomina omittuntur. *Thetmarsorum*, *Holsatorum* & *Stormariorum* pagos fuisse, nullus dubito. Tota ista regio ab *Adamo Bremensi* (*r*) & *Helmoldo* (*s*) *Nordalbingi*, incolæ ab Aut. vit. Carol. M. *Nortleudi* nominantur.

TRECENSIS. Vid. *Miræi Donation. Belgic.* (*t*)

TRECHIRA. *Henricus* III. Abdinkhofensibus unum curtile cum omni integritate & vinetis, tres Karradas ferentibus, in villa *Pobarto*, situm in Comitatu *Bertholdi* Comitis, & in pago *Trechira*, in proprium tradidit, VII. Kal. Jun. anno MXLVII. Indict. XIV. anno Henric. III. ordinat. XVIII. Regni verò VIII. Actum Aquisgrani. Theodoricus Cancellarius vice Bardonis Archi-Capellani recognovit.

TRECWITI. Vid. *Grainga*.

TREINI, *Treine*, *Triene*, in Comitatu *Hermanni* Comitis. In eo situm fuit Monasterium *Liesbornense*, quod *Henricus* II. Imp. *Thiederico*, Episcopo Monasterienſi, donavit. Actum Goslariæ anno MXIX. (*u*) *Henricus* IV. silvam *Reineri*, Reiners-

(*q*) p. 266. (*r*) L. IV. c. 31. (*s*) L. I. c. 6. & 26. (*t*) L. I. c. 19. p. 59. (*u*) Aut. vit. Meinvverc. c. 58.

uersivald in Hassia, quam *Henricus* Pater permutatione prœdii à *Rothone* Padebornensi obtinuerat, non modò gratis reddidit Ecclesiæ Padebornensi, sed etiam curtim dominicalem, *Puningun* dictam, cum tribus minoribus *Summersedi*, *Bottesdorp* & *Calinbichi*, quæ vulgò dicuntur Formverch/ cum XXVII. mansis, ad easdem curtes pertinentibus, in pagis *Westfalum* & *Treine*, in Comitatibus *Bernardi* Ducis, & *Rotgeri* ac *Bernardi* Comitum, cum omnibus suis appenditiis. Dat. VII. Id. April. anno MLIX. Indiction. XII. anno autem ordinationis Hentici IV. Regis V. Regni III. Actum apud Trajectum. Godehardus Cancellarius vice Luitpoldi Archi-Capellani recognovit. Monumenta *Padebornensia* (*vv*) ad suos pagos referunt, uti sequentem pagum.

TREVERESGA. (*x*)

TREVIRICUS, Meminit ejus *Valesius*. (*y*)

TRICASSINUS, seu *Trecassinus*. Pagum hunc Gesta Pipini Regis ab Autore incerto, sed æquali scripta, pagum *Trecassinum*, ut Glaber, pagum item *Trecasinum* vocant, ac propè urbem *Autisiodorum*, i. e. *Autissiodorum* ponit. *Territorium Trecassinum* Fredegarius; Annales Bertiniani *Tricassinorum regionem*; Capitula Caroli M. *Tricassinum*: Capitula Caroli Calvi ejus Nepotis *Trecasinum* appellant; Nithardus *Tricasinum* inter Brionensem & Autisiodorensem. Hic pagus nunc non habet nomen. Agelli *Rulliaci* in eo meminit *Mabill.* (*z*) Add. aut. vit. Ludovici (*a*) & *Fredegar.* (*b*)

TRICHORIA, *Trichere*, *Treckere*, *Tracheri*, *Trachgovve*. Wandelbertus in vita S. *Goaris*: *veniens ergo in Provinciam, quæ ripis Rheni fluminis contigua*, Trichoria *nuncupatur*, *atqué ad Diœcesin pertinet Trevirorum, infrà terminos* Wasalienses; *ibi in quodam loco super rivulum, qui nunc* Wochara *dicitur*, *cum permissione Episcopi.*

TRIGORIUS. *Rabanus* in Martyrologio ejus regiunculæ situm in *Goare* ita describit: II. Non. Jul. depositio B. *Goaris*

(*vv*) cit. p. 82. (*x*) pag. cit. (*y*) l. c. p. 363. a. (*z*) l. VI. chart. 6. (*a*) c. 1. (*b*) p. 165.

Trungowe pagus, Mabil. T. III. Annal. p. 268. n. 33.

ris Confessoris, qui in Provincia Aquitaniæ ortus temporibus *Hilde-berti*, Regis Franc., postea ibi Presbyter consecratus, relictâ patriâ & parentibus, in ultimos Galliæ fines, in Provinciam, quæ Rheno contigua *Trigoria* vocatur, & ad Diœcesin pertinet Trevirorum, intra terminos *VVasaliacenses* pervenit, & ibi Deo liberè servire delegit. Annales Mettenses *Trigorium* appellant, pagum videlicet aut territorium. Anno DCCCXCV. *Adalongus* Comes in *Trigorio*, in villa, quæ dicitur *Bethomus*, sepelitur. *Pagus* ergo *Trigorius*, vel *Provincia Trigoria*, posita erat in Trevirorum finibus ad sinistram Rheni ripam, & ad Rhenum Wasaliacum cognomine superiorem, Ober-Wesel / ad oppidum S. *Goaris*, olim oppidum Germanorum dictum, Monasterio ac tumulo ejus illustrem, ac villam *Belthomum* aliaque loca continebat, nec procul aberat à Confluentibus Mosellæ & Rheni. Vid. *Trichoria*.

Trungowe pagus vid. Franciae Tubergewe in Diplom. Conradi Regis Fuld. Monast. anno 913. concessa. in Trad. Fuldens. Mittis villa ejus Obersteken, Grueninger, nominatur, item: Eginahawichartesheim, Hoohusen, Grunefeld, Tuhingen.

TUCHURINO. Pars Episcopatus Merseburgici, quæ jacuit inter *Salam* & *Elistram*, ac *Mildam* fluvios, & inter *Plisni*, *Vedu* ac *Tuchurino* pagos cum villis & piscinis *Friderico*, Cizensi Episcopo, datur. (c) Traditio *Henrici* III. facta Ecclesiæ Nyobergensi, meminit quoque pagi *Tucherin*, apud *Maderum*. (d)

TULLENSIS. nomen habet à *Tullo*. Designatur autem hoc pago non totus ager Leucorum, sed tantùm suburbanus, & circa *Tullum* jacens. In gestis Episcoporum Autissiodorensium *Hainmarus* Episcopus in loco, qui *Lusans* dicitur in pago *Tullensi*, lanceis confossus, & ibi sepultus fertur. *Tullensis* Campania vocatur *Fredegario*. (e) In *Tullensi* Campania confligunt certamine. *Theudericus* superat *Theudebertum*. *Eginhardus* in Annalibus *territorium Tullense* non semel nuncupat, in quo & *Commerciacum* villam ponit. Anno DCCCXXIII. in *territorio Tullensi* juxta villam *Commerciacum* puella quædam annorum ferè XII. &c. Eadem verba in Annalibus Bertinianis reperiuntur. Nithard. (f) *Tullensem* memorat *Comitatum*, vel pagum, Burgundiæque tribuit, cùm antea Austriæ finibus contineretur.

TULLIFELD, seu *Tolliefeld*, sæpiùs memoratur in Traditio-

(c) Ditmar. L. III. p. 55. (d) in Antiqq. Brunsvic. p. 220. (e) L. V. chron. c. 31. (f) L. I.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [234] - 222

ditionibus Fuldenſ. Spectabant ad eum alias inter hæ villæ *Hoitine*, *Mitilesdorph*, *Nordheim*, *Roſtorph*, *Rubenhus*, *Strevvia*, *Sundheim*, *Theodorf*, *Waltereshus*, *VVeitaha*, *VVeſtheim*, *VVrazahu*, # Vocatur etiam *Provincia*. (g) # Dittorde-

TUREGIENSIS. Sunt, qui putant, *Turegienſem* à *Durgaugenſi* nequaquàm ſeparatum fuiſſe pagum. Verùm ſervantur in celebri Monaſterio S. *Galli* chartæ authenticæ, ex quibus, *Stumpfio* judicante, diſcrimen inter pagos hoſce manifeſtè patet. *Carolus Craſſus* in illo Inſtrumento, quod ad confirmandum cœnobium Virginum, quod *Tiguri* eſt, anno IↃCCCXXCIII. edidit, diſertam *Turegienſis* pagi mentionem facit, quando dictum eſt: *Monaſterium conſtructum* in pago Zürchgaugenſi. Idem fit in permutationis literis, eodem *Craſſo* imperante, conditis, & à *Goldaſto* productis; imò, quod maximi valoris documentum eſſe putamus, anno jamjam præcedenti IↃCCCLXXV. *Hartmodo*, San-Gallenſi Abbate adhuc dum ſuperſtite, literas conſcriptas, & à *Stumpfio* (h) notatas reperimus. Quibus clarè edocti ſumus, non ſolùm diverſos pagos fuiſſe, ſed etiam diverſis Dominis paruiſſe, & *Adalberto* quidem *Durgaugenſem*, *Geroldo* autem *Turegienſem* ſubditum fuiſſe. Conf. quæ habet *Conring. in cenſura Diplomatis Ludoviciani*. (i) In vita S. Wiboradæ ad Walfmannum ſcripta vocatur pagus Turicinus, vulgo Turicgovia.

TURENSIS. *Turenſes* memorat *Fredegarius*, in rebus *Theodeberti* ac *Theodorici* Fratrum, atque inter *Sugintenſes Campanenſeſq.* ponit. Quos nunc *Targovienſes* dici, & pagum *Turenſem Turgoviam* appellari exiſtimo. *Turgovv* pagum *Turgotenſem* Ratberto in libro de Monaſterio S. Galli, ubi eſt oppidum Monaſteriumque S. Galli. *Turenſi* autem pago, ſeu *Turgojenſi*, vel *Turgoviæ* nomen dedit *Tura* fluvius, *Tur* vulgò dictus, qui infra lacum Brigantinum, ſeu Conſtantienſem in Rhenum effluit. *Turgovia* autem, vel *Durgaugia* pagus & Comitatus cum Monaſterio S. Galli Diœceſi quidem Conſtantienſi attribuitur, circa Rhenum tamen maxima ex parte jacet, & obid Helvetiæ accenſetur. Vid. ſuprà *Durgovve*, qui idem eſt ac

TURGOW. Turgojenſis pagi nomen nat. TURIN- Nabil. T. III. annal. p. 249. n. 87.

(g) L. II. Tradit. Fuld. num. 247. (h) L. IV. c. 54. chron. Helvet. (i) c. 14. p. 254. & D. Sagittar. Antiqq. lacûs Bodamici c. 7. & ſeq.

Thurichgowe. Vita Rabani Mauri c. 7: Transcenſis Alpium jugis, cum Alamannia confinibus in finibus Alemannorum venit ad quandam villam, quæ vocatur Kentiburhs in pago Turichgave. Parallel

TURINGASNES. Et illuſter Vir *Hedenus* mihi condonabat, vel tradidit omnem portionem ſuam in villa, quæ vocatur *Aimiſtadi*, ſuper fluvio *VVielheo*, in pago *Turingaſnes*, ait S. *VVillibrordus* in Teſtamento ſuo. (*k*)

TURNACENSIS. Turnaci nec *Cæſar*, nec *Strabo*, nec *Plinius*, aut *Ptolomæus*, ſeu aliis denique è Veteribus Hiſtoricis ac Geographis, meminêre, quam tamen vetuſtam nobilemque urbem, imò caput alicujus Gentis fuiſſe, veriſimillimum eſt, cùm priſca Sedes Epiſcopatûs extiterit, antequam *Noviomagenſis* Eccleſiæ Epiſcopis commendaretur. In notitia Imperii Romani memoratur *Procurator Gynæcei Tornacenſis Belgicæ ſecundæ*, ubi malè in editis libris reperitur *Gynegii* pro *Gynæcii*, ſeu *Gynæcei*. Ea urbs Gallis dicitur *Tournay*, germanicè Dornick. Incolæ ejus *Turnacenſes*, ager, ſeu pagus *Turnacenſis*, *le Tournesis*. (*l*) *Eghinard.* Abb. epiſt. XXVIII. habent in pago *Turnacenſe* manſos XV. & ultrà Rhenum manſos V. Ipſe vult cum beneficio, quod in *Turnacenſe* eſt, ſervire Domno Imperatori.

TURONICUS, ſeu *Turenſis*. Hunc pagum à meridie alluunt fluvii *Verlus*, aut *Vedia*, *Veude*, ad quem eſt *Campiniacum*, Champigni, *Vingenna*, *Croſa*, vel *Croſia*, la Creuſe, *Andria*, Indre, *Caris*, le Cher, *Amaciſſa*, l'Amaſſe; à Septentrionibus *Ledus*, le Loir, *Lidus* aliàs & *Lidericus*, *Breslia*, Breſne, *Coſelia*, Choiſille, aliàs *Coſilium* & *Cuſilla*, *Glandeſia*, *Gurneſia*, *Braenna*, la Branle, vulgò dictus, litera N. in L. mutatâ, *Sicia* vel *Sicera*, la *Ciſſe*, & Liger. Notare convenit, quod ait *Samſon*, partem *Turoniæ*, ſeu Ducatus *Turonici*, & pagi Burbonenſis portionem, *Biturigum* Cuborum eſſe, ſeu Diœceſi Biturica contineri: quod non veteribus gentium terminis prolatis, ſed Comitatuum Ducatuumque finibus, beneficio Regum, aut virtute Poſſeſſorum, auctis ſæpe accidiſſe conſtat. *Jocundiacum*, Jouay, vicum in pago *Turonico* urbi proximum memorat *Gregorius*, Turonicus Epiſcopus. (*m*)

TUZICGOWE apud *Ereherum*.

V. PAGUS

(*k*) ap. Miræum cod. piat. donat. c. 8. p. 33. (*l*) Vid. ejuſd. Miræi L. I. Donat. Belg. c. 19. p. 39. (*m*) L. V. Hiſt. c. 14.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [236] - 224

V.

PAGUS VABRENSIS, *Vabrinſis.* In ardui montis cacumine *Vulfiliacus*, Diaconus Langobardus, Vir ſanctus, Monaſterium & magnam baſilicam ædificavit, conditoris nomine nunc dictam S. *VValfroy*, regnantibus apud Francos *Guntchrammo*, & Fratrum ejus Filiis *Childeberto* & *Clothario*. Ibi caſtrum *Vabrenſe* quondam fuiſſe dicebatur, quod priuſquam concideret, agro latè circumjacenti nomen ſuum dederat, ita ut pagus *Vabrenſis* appellaretur: quem pagum *Vaurenſem* etiam dictum, & pròpter latitudinem regionis duos in Comitatus diviſum fuiſſe, in diviſione Regni Lotharii invenio. Hodieque eum agrum *Vajurenſem* incolis vocari, *le pays de Vajure*, Germanis der Wavart / & ad ripas *Aliſontiæ*, *Ornæ* & *Cari* fluminum jacere accepimus, Moſam inter & Moſellam, ùt alibi (*n*) ſcripſimus. Ducatum *VVaverinſem* literæ Caroli M. vocant, & in eo ponunt pagum *Evoſienſem*, i. e. *Epuſum*, vel *Epoſium*, & regiam foreſtem *VVauram*, pago cognominem, quam Acta S. Dagoberti fabuloſa *VVepriam*, aut *VVipriam* ſilvam corruptè nuncupant, *VVilthemius* ſilvam *Vabrenſem*, vulgò *le bois de Vojure*, quæ altero lapide à Satanaco diſtat. Hunc pagum priſcæ tabulæ nunc *Vabrenſem*, nunc *VVabrenſem* & *VVabrinſem*; modò *Vaprenſem* & *VVaprenſem*, modò *VVaurenſem*, quin etiam *VVaverenſem*, *VVaberenſem*, *VVabarenſem* & *VVavarienſem*, nec non *VVebriam* & *VVebram* nominant. Veteres tabulæ *Nugaretum*, Narroy, & *Floriacum*, Fleury au pays Meſſin, in pago *VVabrinſe*, in Comitatu Scarponinſe locant. Literæ Godefredi anno DCCCCXCI. datæ Geverardi foſſam inter duos torrentes *Lotoſam* & *Horontem* ſitam in pago *VVaurinſe* & Comitatu *Scarponinſe* memorant. Literæ anni DCCLXIX. *Bertulfæ* villam (Bruville) in pago *VVabrinſe*, in Comitatu Virdunenſi ſuper fluvium *Senode* ponunt. Tabulæ anno DCCCCXIV. *Confluentes*, Conflan, in pago *VVabrinſe*, in Comitatu *Virdunenſi* ſuper fluvium *Hornam*; Literæ anni DCCCCLXIX. villam *Grisminciacam* Grimigny in pago *VVaprenſi* & Comitatu *Virdunenſi* collo-

(*n*) L. XV. rerum Francic.

colloc nt. Quanquam tabulæ anni DCCCXXII. *Dodonis* curtim, Doncourt aux *Templiers*, in pago *Virdunense*, seu *VVabinse* statuunt: aliæ anni DCCCXXCV. in pago *Virdunense*, seu *VVabrense* super fluvium *Speona*. Quæ duæ tabulæ videntur pagum *Virdunensem*, seu *Verodunensem*, & pagum *VVabrensem* confundere. Literæ *Henrici* ejus nominis II. inter Reges, at Impp. primi, datæ anno MXV. in pago *Vaprense* in Comitatu de *Casterei* prœdium *Ballodium* ponunt, quod idem Princeps alibi *Balodium in* pago *Mattense* vocat, *Ballieu en Matoix*. Has literas apud *Wilthemium* legi, qui de pago *Vabrensi* diligenter scripsit, dum acta S. *Dagoberti* Mart. notis illustrare conatur. Ex quibus colligo, in pago *Vabrensi* tres saltem tùm fuisse Comitatus, *Verodunensem*, *Scarponnensem* & *Casterejensem*, nobis ignotum, cùm divisio Regni Lotharii anno DCCCLXX. facta in pago *Vaurense* Comitatus tantummodò duos constituat, quos ne nominat quidem. (*o*)

VADENSIS. Hic pagus memoratur in Silvacensibus Capitulis Caroli Calvi his verbis: *Missi in Lauduniso*, *Portiano*, *Svessonico*, *Urciso*, & Vadiso. *Vadensis* igitur pagus erat, ut est hodie, proximus pagis Suessionico & Urcensi. *Hugo* Magnus, Frater *Philippi*, Francorum Regis, uxorem duxit *Adeltheidem*, filiam *Herberti*, Vermandorum Comitis, per quam obtinuit Comitatus duos, Vermandensem & *Vadensem*, sicut ait Autor incertus. Coronationi Philippi I. Francorum Regis interfuit *Rodulfus*, Comes *Vadensis*, i. e. *Rudolfus* II. Comes Crispeji. Veteres latini Historici nostri *Radulfum*, Avum maternum *Adelhaidis*, vel *Adelæ*, Crespejensem, seu *Vadensem* Comitem appellitant, quoniam castellum Crespejum vel Crispiacum pagi & Comitatûs *Vadensis* caput est, vulgò *Crespy en Valois*. Olim *Vadum*, vulgò *Vé*, videtur pagi *Vadensis*, cui & nomen dedit, caput extitisse. *Vadum* autem Gallis *Vé* dictum, vicus hodieque est in pago *Vadensi*, inter Villarem ad collum Retiæ & Crespejum. Sic *Vadum* magnum Galli in pago Bajocassino nuncupant *le grand Vé*. Frodoaldus (*p*) pagum *Vadensem* locat inter Laudunensem & Porcianum. *Vadensis* igitur pagus vulgò dicitur *le Valois*, quasi *Valensis*, D. in L. muta-

(*o*) Valef. l. c. p. 579. (*p*) L. II. Hist. Remens. c. 18.

mutatô, ut de cicada Galli cigalam fecêre. Joannes Parisiensis in memoriali Historiarum *Valejum* hunc pagum vocat ante annos CCCL. interdum & *Valesium*, recentiores plerique *Valesium* Comitatum aut pagum. Quidam ignari Antiquitatis ac veteris nominis ejus pagi pagum *Vallensem* dictum putant à *vallibus*, ob idque le *Vallois* cum duplici L. scribunt. Asper enim est montibus, & plenus vallibus atque convallibus gratissimis. Sic Veragri cum Sedunis *Vallenses* in priscis Notitiis Provinciarum & Civitatum Galliæ nuncupantur, à vallibus alpium, & civitas Vallensium Octodorum in alpibus Grajis: agerque eorum Vallis & territorium *Vallense* appellatur à Mario in chronico, vulgò le *Wlay* aut *Walais*. *Vallensem* quoque regionem in Hispania proximam Ceritaniæ eandem ob causam vocavêre, nimirum propter convalles montium Pyrenæorum. *Bodinus*, quanquam est in originis nominum investigatione plerunque infelicissimus, tamen falsò quidem, sed non ineptè, pagum *Waldensem* appellandum esse asserit in libris de Rep., voce germanicâ pagum silvestrem significante. *Wald* quippe Germanis silva est. Constat autem, pagum *Vadensem* silvas magnas & multas, præcipuè silvam Retiam (Rets) habere, quæ est inter Firmitatem Milonis & Villare ad collum Retiæ cognominatum. Ita partem pagi *Vallensis* in Veragris pagum *Valdensem*, ob saltus alpinos, in priscis tabulis dici reperio. Hic pagus, licèt ex parte Silvanectum, Meldorum Suessionumque compositus, à Melciano, *le Mulcien*, & à Silvanectensi pago distinguitur in Capitulis Regis Caroli apud Silvacum promulgatis anno DCCCLIII. & latinè nunc à Gallis dicitur *Valesius*, ùt pagus *Vallensis* in Veragris *Vallesia*: quem quidam falsò affirmant Axonâ, Isarâ, Matronâque maximis fluminibus claudi atque circundari. Nam *Axonam* quidem attingit, *Isaram & Matronam* non attingit, ab *Isara* pago Silvanectensi, à *Matrona* Meltiano summotus, qui ex Comitatu non ita pridem Ducatus factus est. Pagus *Vadenses* seu *Valesius* partim est in Silvanectensibus, ùt Crispejum: partim in Suessionibus, ùt Altoilum, vel Altolium, *Auteüil*, Prioratu seu cellâ Cluniaco subjectâ nobile. *Porta Veneris*, alio nomine dicta porta *Suessionica*, vel *Suessonica*, Durocortori Remorum

rum ad occasum Solis, dicitur & Joanni Saresbirienſi *porta Valeſia*. Ex quo meritò colligitur, jam ætate Joannis hujus ante annos quingentos pagum *Vadenſem* dictum eſſe *Valeſium* : cùm porta in urbe Remis, quæ *Veneris*, ac etiam *Sueſſionica* antè dicebatur, tùm *Valeſia* nuncuparetur, quod ùt in Sueſſionas, ſic in pagum *Valeſium Sueſſionùs* proximum duceret.

VADICASSINUS, la *Galeveſſe*. (q)

VADOMARII. *Didicit Alemannos* à pago Vadomarii *exorſos, unde nihil poſt ictum fœdus ſperabatur incommodum, vaſtare confines Rhætiis tractus*, ait Ammian. Marcellinus. (r)

VAIZAUVAGA. In vita Caroli M. apud *Pithœum* ita : (ſ) *Rex Carolus iniit conſilium, ut hiemis tempore ageret in Saxonia, & celebravit natale in* Cidrioburgi (*aliàs* Skidnosburg) *in pago* Vaizauvaga, *in villa* Luidi, *ſuper fluvium* Ambra. *Inde abiens in Saxoniam pervenit uſq; in Rimia*. (t)

VALEDUNGON. Henricus IV. ob fidele ſervitium *Heziloni*s, Hildenesheimenſis Epiſcopi, Comitatum, quem *Fridericus*, ejuſque Filius *Conradus*, Comites, juxta fluvios *Loynam* & *Aleram*, ex regali poteſtate in beneficium habuerat, in pagis *Valedungon*, *Aringe* & *Guttingon*; & in his publicis Eccleſiarum parochiis *Alicga*, *Redun*, *Fredenun Walehuſon* ſitum, B. Virgini in Hildenesheim cum omni jure & utilitate tradidit anno MLXVIII. Indict. VI. Actum Goslariæ. Bibo Cancellarius vice Sigefridi recognovit. Confirmavit hanc donationem Idem Henricus XVIII. Kal. Septembr. anno MLXIX. Indictione VII.

VALENTINUS. Ducatûs titulo Illuſtris, *le Valentinois*, vocatur à Plinio *regio Segovellaunorum*, inter regiones Vocantiorum & Allobrogum. In notitia Imperii tractus *Segolaunorum* : *Valentinæ urbis rura* in chronico Proſperi. Hic autem pagus Rhodani ripam ſiniſtram, ac nonnulla etiam in dextra fluminis ripa obtinet. Si verum eſt, quod ajunt, Turnonem ad dextram Rhodani ripam poſitum, Helviiſque ſeu pago Vivarienſi proximum, *Segalaunis*, ſeu Diœceſi *Valentinæ* nihilominus adſcri-

(q) Valeſ. l. c. p. 137. B. (r) L. XXI. (ſ) p. 31. (t) conf. chron. Regin. ad ann. 784.

adſcribi. Sic Allobroges, qui Segalaunis finitimi erant, trans Rhodanum vicos poſſeſſionesque habuiſſe, *Cæſar* tradit, (*u*) affirmans, (*vv*) Menapios ad utramque ripam Rheni agros, ædificia, vicosque habuiſſe.

VALLENSIS, ſeu Comitatus *Valliſiorum.*

VALESIUS. Videatur *Vadenſis.*

VALIM. Nominatur in privilegio à *Conrado Salico* Imp. Eccleſiæ Mindenſi dato ad ann. MXXV. (*x*)

VAPINCENSIS. Quo de *Valeſius.* (*y*)

VARACTENSIS. Videatur Idem. (*z*)

VASATENSIS, *Vaſaticus.* Ager *Vaſatenſis*, *le Bazadois*, *Seneſcalco* ſuo ſubjectus. *Vaſatenſis* porrò *Seneſcalcia* nunc duas Diœceſes complectitur, *Vaſatenſem* & *Aturenſem.* Sed ante *Ludovici* XI. Principatum pars *Seneſcalciæ* Burdigalenſis fuit, cùm *Burdigala Vaſaras*, *Atures*, *aquas Tarbellicas*, *Bajonamq;* continentis, ùt *Scaliger* aſſerit.

VASENSIS. Territorium *Vaſionenſe* vocatur à *Florentino* Presbytero civitatis Tricaſtinæ libro de vita S. *Ruſticolæ* Vaſionenſis, Abbatiſſæ Arelatenſis Monaſterii S. *Cæſarii*, quem ad *Celſam* ejuſdem Monaſterii compoſuit.

VASTINENSIS. Vid. *Valeſius.* (*a*) Dicitur etiam *Waſtinenſis.* Vid. *Mauripenſis* & *Pictavus* ac *Waſtinenſis.*

UCETIENSIS, *Uceticenſis*, *Uceticus.* Nomen dedit *Ucetia*, ſeu *Ucecia*, quem *Aimoin.* de translatione *Georgii* & *Aurelii* Mart. pagum *Ucezenſem*, vel rectiùs *Ucecenſem*, vulgò *Uzegnois* vocat. Conf. *Helvicus* & *Mabill.* (*b*)

VEDU. Meminit ejus *Ditmarus.* (*c*) Conf. *Tuchurino.*

VELLAICUS. Monaſterium *Calmilias* ſitum in pago *Vellaico*, in honore S. *Theofredi*, conſtructum. (*d*)

VELLAVUS. A *Gregorio* (*e*) vocatur *Vellavum territorium*, & abſolutè *Vellavum*; (*f*) *Vellavæ urbis terminus. Vallagia* fortè in vita Ludovici Pii Aug. vulgò *le Velay*: in Martyrologi-

(*u*) L. I. de B. G. (*vv*) L. XV. (*x*) vid. diplom. Mindenſ. à Piſtor. edit. p. 743. & Vol. I. Annal. Padeborn. p. 468. ac chron. Mindenſ. à me edit. p. 12. (*y*) l. c. p. 584. (*z*) l. 2. p. 268. ſeq. (*a*) l. c. p. 326. (*b*) L. VI. chart. 203. (*c*) L. III. p. 55. (*d*) Mabill. l. c. chart. 207. (*e*) L. IV. c. 41. (*f*) L. X. c. 25.

is veteribus, si *Scaligero* creditur, pagus *Velaunus*. Ego non aliter usquàm legere memini, quàm pagum *Vellavum*. Pago eo ac Diœcesi continentur *Podium*, *Espalicum*, *Fabia*, Fay, *castellum novum*.

VELIOCASSINUS. Ab *Isara* flumine ad *Indellam* pertinebat, postea duas est divisus in partes. *Veliocasses* Nortmandi dicti sunt, *le Veuxin Norman*, qui ad Duces Nortmannorum, ac postea Reges Anglorum pertinebant, *Indellam* inter & *Ittam* positi. Qui Regum Francorum erant, *Veliocasses* Franci vocabantur, *le Veuxin François*, Ittâ & Isarâ clausi. Pars *Veliocassium* trans *Indellam*, & circa utramque Sequanæ ripam sita, pagum alium constituit, *Rotomagensem* dictum à *Rotomago*, capite *Veliocassium*. *Hadrianus Turneb.* (g) scribit, *Velocassium* Francorum inter *Esiam* & *Eptam* sitorum esse *Tream*, *Irie*, *rupem Gvidonis*, & *Maniacum* (Maigny) usque ad Bellovacorum oppidum *clarum montem*. *Velocassium* Normannorum inter *Eptam* & *Andelam* consistentium loca præcipua esse *Gornacum*, *Novum mercatum*, *Gisortium*, *Dangutum* & *Andeliacum* patriam suam. In Autoris incerti libro secundo chron. de *Henrico* filio *Gaufridi* Comitis Andicavensis hæc legimus. *Ille pro collato sibi adjutorio, Patre suo concedente*, Vulcassinum Normannum, *quod est inter* Ettam & Andelam, *Regi Ludovico totum in munere dedit*, (cujus ope Normanniam Stephano ripuerat,) *in qua terra continentur hæc castella & firmitates:* Gisortium, Nealfa, Sterpiniacum, Dangutum, Gamachiæ, Arachivilla, castrum novum, Baudemont, Tornutum, Buscaja, Nogentum super Andelam. In gestis *Ludovici* VII. Regis Francorum eadem recipiuntur, dicitúrque *Henricus* assensu Patris sui pro tanto beneficio totum *Vilcassinum* Normannicum Regi contulisse perpetuò possidendum, videlicet ab *Etta* fluvio usque ad flumen *Andela*, in quo continentur villæ & oppida inferiùs nominata, *castrum Gisorcii*, *castrum Neausle*, *Estrepigni*, *castrum Dangum*, *Gamaches*, *Haravilla*, *castrum novum*, *Baudemont*, *Brajum*, *Tornucium*, *Bucale* & *Nogentum*. Hi sunt ergo fines, hæc loca *Veliocassium* Normannorum. *Rogerius Hovedenus* in Annalibus *Veliocasses* Francos *Ittâ* & *Isarâ* fluminibus, sicut suprà fecimus, claudit, cùm eos à *Gisortio* ad *Pontesiam* pertinere scri-

(g) L. IX. Adversar.

scribit. *Gisortium* enim ad *Ittam* est positum; *Pontesia* autem, vel *Briva Isaræ* ad Isaram vel Esiam. Vita S. *Germani* Abbatis pagum *Vulcassinum* vocat, & Beluacensi pago (uti hodieque est) contiguum facit. Gesta Dagoberti pagum *Vulcassinum* nuncupant, in eoque *Stirpiniacum* villam ponunt.

VENETICUS. Vid. *Valesius.* (*h*)

VENTZGA. Ad pagos Padebornenses referunt *Monumenta.* (*i*)

VERBIGENUS. Omnem civitatem Helvetiam in quatuor pagos divisam olim fuisse, suprà diximus è *Cæsare*, (*k*) qui & duos ex iis memorat, *Tigurinum* & pagum *Verbigenum.* Hunc ultimum *Cluver.* credit ab *Urba* fluvio nomen accepisse, & *Urbigenum* pagum ob id, non verò *Verbigenum* appellari oportere, atque ita apud *Cæsarem* hoc nomen emendari debere. *Urba* autem fluvius, *orbe* vulgò dictus, *Urbam* villamque pagi Ultrajurani, *Fredegario* memoratam, *Aimoino* (*l*) villam *Urbanam* mendosè nuncupatam alluit. *Urbigenorum* ergo nomine *Cluver.*, aliique *Urbæ* amnis accolas, nimirum *Urbenses*, *Friburgenses* & *Bernates* designari volunt. At *Furnerius* in Orbis notitia *Urios* pro Cæsaris *Urbigenis* habet, apud quos est locus *Uren* appellatus in Helvetia. Sed caduca est ejus conjectura, quæ duabus tantùm literulis innititur. Pagum *Urbigenum* Gvilliman. *Argoviam* interpretatur, *Ærgeu*, i. e. pagum ad *Arolam* fluvium.

VERBONENSIS. Mentio fit hujus in præcepto Ludovici Pii pro commutatione quorundam prædiorum inter *Hilduinum* Abbatem & *Hildulfum*, de quibusdam bonis in Alesatia sitis. (*m*)

VERNINSIS. De villa *Latiniaco* infra terminum *Verninsem Mabillon.* (*n*) In diplomate *Gerbergæ*, Reginæ Francorum, quò terram Ruminiacum concedit *Bernerio*, Abbati Hummolariensi, anno DCCCCLIX., meminit pagi *Vermandensis*, inque eo villæ, quæ dicitur *Ruminiacus.* (*o*)

VERODUNENSIS. Quædam tabulæ confundunt hunc

(*h*) l. c. p. 591. (*i*) edit. I. p. 82. (*k*) L. I. (*l*) L. IV. c. p. (*m*) Mabill. l. c. chart. 66. (*n*) chart. 29. (*o*) Id. chart. 139.

hunc pagum cum *Wabrensi*, ut ostendit *Valesius*. (p) De cœnobio S. *Michaëlis* & parœcia *Verodunensi* à *Wulfoaldo*, Præfecto palatii *Childerici*, Francorum Regis, condito vid. Idem. (q) Conf. *Wabrensis*.

VEROMANDENSIS. Nomen dedêre *Veromandui* pago *Veromanduensi*, le *Vermadois*, Comitibus quondam suis claro & illustri. Qui pagus *Vermandensis* dicitur à veteri scriptore vitæ S. *Bathildis*, & in chronico de Gestis Nortmannorum à Ludovico Pio Aug. in divisione Regni inter Filios pagus *Virdomadensis* corruptè pro *Viromandensis*, in Capitulis Silvacensibus Caroli Calvi pagus *Vermendisus* i. e. *Vermendensis*, inter *Noviomisum* & *Adertisum*, à Brittone in Philippide mendosè *Viromannia* semper pro *Viromandia*, Anselmo Gemblacensi Abbati, in chronico *Viromandia*. Junge *Mabill.* (r) *Frodoard.* ann. DCCCCXXVII. *Heribertus* Carolum de custodia ejecit, secumque in pagum *Veromandinsem* scilicet ad S. *Quintinum* deducit. *Heribertus* per *Veromandensem* pagum messes colligens *Barronam* deduci fecit. Idem ann. DCCCCXXXIV. Filii *Heriberti* quandam munitionem *Radulfi* cujusdam fidelis *Ludovici* Regis nomine *Clastris*, sitam in pago *Veromandinense*, proditione capiunt. Idem ann. DCCCCXLI. Rex Ludovicus collecto secum Nordmannorum exercitu *Veremandinensem* pagum deprædatur.

VESONTIONENSIS, seu *Vesontiensis*. Affertur à *Valesio*. (s)

UFGOWE apud *Freherum*. v. Uphagowe.

VIENNENSIS. Quem Plinius (t) *Viennensem agrum*, Gesta Francorum (u) pagum *Viennensem* vocant, & in pago *Viennense*, in loco *Visoroncia* inter *Chlodomerem* & *Godomarum* pugnatum esse referunt, ibique *Chlodomerem*, Francorum Regem, à Burgundionibus interfectum, gallicè *le Viennois* nuncupatur. Literæ commutationis inter *Erchimbaldum* Comitem & *Arestagnum* ann. DCCCXLIV. Ipsæ res consistunt in *pago Viennense*, in agro *Anaonocense*, in loco, qui vocatur *Argentaus*. In eodem pago *Viennense*,

(p) l. a. p. 579. B. (q) l. c. p. 588. A. (r) L. VI. chart. 57. (s) l. c. p. 600. a.
(t) L. XIV. c. 1. (u) c. 21.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [244] - 232

se, in agro *Rojonense*. Præc. Lotharii Imp. anno DCCCXLVIII. dedit *Agilmarus Roſtario* ad proprium in pago *Viennenſi*, quicquid in valle Venuſca habuit. Præc. Caroli Burg. Regis ann. DCCCLVIII. In pago *Viennenſi*, ſeu in Comitatu *Tolvionenſi* Giniciacum villam. *Roſtagni* conjugisque ejus *Berſeldæ* traditio ad Eccleſiam *Viennenſem* ann. DCCCLXXIII. in pago *Viennenſi*, in agro S. *Terreolo*.

VIERTZIGAUWI. Vide *Gandersheimigauvi*.

VILCASSINUS, ſeu *Vilcaſinus*. Præc. Caroli Calvi, quô Fiſcus Cormiliæ in pago *Vilcaſſino*, priùs à *Reginaldo*, Comite beneficiario, detentus, cuidam *Gailino* conceditur in proprium, vide apud *Mabill.* (*vv*) Ejuſdem Caroli præc. pro commutatione inter *Gauzlinum*, Monaſterii Gemeticenſis Abbatem Commendatarium, & Virum Illuſtrem *Warnarium* facta, de quibuſdam prœdiis in pago *Vilcaſſino* Idem. (*x*) Aliud ejuſdem Caroli præc., quô mercatus hebdomadalis Carmeliarum in pago *Vilcaſſino Gerardo*, Decano, & Monachis S. Dionyſii tribuitur, Idem tibi dabit. (*y*)

VIMNAI Pagi mentio fit apud *Valeſium*. (*z*)

Vimnacenſis pagus Mabil. S. III. Annal. Ben. p. 229. n. 4.

VIMNAU. De hoc vide *Mabill.* (*a*) Conf. *Vinemacus*.

VINDAUSCENSIS. Cujus caput olim erat *Vindauſa*, ſeu *Venaſca*.

VINDIOLINSIS. Mentio fit apud *Mabill.* (*b*)

VINDOCINENSIS, le *Vendoſmois*, *Vinduſniſus* dictus in Capitulis Caroli Calvi pro *Vinduſnenſis*, vel *Vindunenſis*, & inter Aurelianenſem & Carentinum, ſeu Carnutinum pagos ibidem poſitus. Ex *Vindocino* igitur ante annos DCCC. factum eſt *Vinduſnum*, à quo pagus *Vinduſniſus*, vel *Vinduſnenſis*. De *Vinduſno* Galli fecêre *Vendoſme*, i. in e. & u. in o., ac n. in m. mutatis.

VINEMACUS. Pagus Neuſtriæ *Vinemacus*, ubi villa *Andeſagina* ſuper fluvium *Auciæ*, in vita S. *Lupi*, Senonici Epiſcopi, memoratur. *Vinmacus* pagus in vita *Salvii*, Ambianenſis Epiſcopi, ubi villa *Auguſta*. *Vitnau* in Capitulis Caroli Calvi corruptè dictus, pagus *Vimau*, item *Vitmau* aliis meliùs nuncupatus, inter

(*vv*) l. c. chart. 83. (*x*) chart. 95. (*y*) chart. 100. (*z*) l. c. p. 120. B. (*a*) l. c. chart. 50. (*b*) chart. 46.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [245] - 233

Auciam & *Suminam* fluvios jacet, seu inter *Tellau* & *Pontiu* pagos. *Usuardus* & *Ado* in Martyrologiis pagum *Vimnacensem* super Somnam fluvium appellant, in finibus Ambianorum, aliàs pagum *Vimacensem*. *Silvester Giraldus* Cambrensis, qui circa AD. MCXC. scripsit, in Francorum Regno *Vimocense* territorium. Chronicon Fontanellense (c) *Balliolum* in pago *Vimnau* ponit. *Baleidunum* in pago *Vimnau*; *Bodoardi* villam in pago *Wimnau*. Et cap. 12. prodit, *Wardonem* contulisse cœnobio *Fontanellæ* in pago *Wimnau* super fluvio *Vimina*, in loco, qui vocatur IV. molas (aliàs *Viniolas*, seu *Vineolas*,) tertiam partem de *Cora*. Ex quibus *Balliolum* est *Bailleul en Vimeu*. Villa *Andesagina* ad Auciam, vel Aucum fluvium, nunc *Breslam* dictum, est *Ausene*; villa *Augustu*, ad mare Aut, inter Breslam & Suminam amnes. Pipinus Rex in literis datis anno I. Regni sui in pago *Vimnao* memorat marcam *Avisnas*, *Vidriacum*, *Arcas*. Pagus autem *Vimnau* nomen mihi videtur accepisse à fluvio *Vimina*, seu *Vimna* suprà dicto, quem esse *Auciam*, seu *Aucum*, Breslam nunc vulgò appellatum, puto, ita ut *Eara* & *Aucia* fluvii binomines fuerint, & ille *Tellæ*, hic *Vimina*, seu *Vimna* etiam sint appellati. Nunc iste pagus *le Vimeu* dicitur, nomine ex *Vimau*, aut *Vimoco* facto. (d) Porrò *Valesius* ita: (e) Autor libri vitæ S. *Salvii* villam Augustam in pago *Vinemaco* positam memorat, quam *Salvio*, Piissimo Antistiti, Theodoricus, Francorum Rex, præter cetera dedit. Hæc villa hodieque truncato nomine vocatur *Aust*, sita in pago *Vinemaco* ad Oceanum inter *Augam* & *Leuconaum*, sive portum Suminensem S. *Walarici*. Unde & *Aut sur la mer* dicitur, aliis *le bourg de Augst*. In vita S. *Walarici* Abbatis (f) locus, qui nominatur *Augusta*, juxta *Auvæ* fluvium. *Auvæ* verò fluvius, i. e. *Auva* fluvius is omninò est, qui in vita S. *Lupi*, Episcopi Senonici, MS. nuncupatur *Aucia* his verbis. Rex *Clotharius* Lupum Episcopum retrusit exsilio in pago quodam *Neustriæ*, nuncupante *Vinemaco*, traditum Duci Pagano N. *Bosoni Landegisilo*; quem ille direxit in villa, quæ dicitur *Andesagina*, super fluvium *Auciæ*. *Aucia*, vel *Auva* fluvius in pago *Vinemaco* ab *Orderico Vitale* (g) nuncupatur *Aucum*, & vulgò *Ou* vocitari dicitur. *Ou* verò ad

(c) c. 9. (d) Vales. l. a. p. 612, (e) p. 56. a. (f) c. 22. (g) L. XII.

rò ad *Auvam* proximè accedit. Hic igitur amnis & *Andeſaginam* & *Aucam*, ſeu *Aucum* oppidum, cui nomen ſuum dedit, attingit, nec à pagi *Vinemaci* villa *Auguſta* plus II. leucis abeſt.

VIORUTON, ſeu *Viorotun*, apud *Freherum*.

VIRTUDENSIS, ſeu *Virtudiſus*, quo de *Valeſius*. (*h*) *Pagus Virdunenſis.*

VIVARIENSIS. Vid. *Helvicus*.

ULTRAJURANUS. Vide Aimoin. (*i*) & Fredegar. (*k*) In pago *Ultrajurano* & Scutingorum *Protadius* Patritius ordinatur. (*l*)

UNIMOTI. Meminit hujus *Otto* Rex in diplomate V. Id. Octobr. anno DCCCCXXXVII. Indict. XI. anno verò *Ottonis*, Piiſſimi Regis, II. dat. in Toremburg, Poppone Cancellario ad vicem Friderici recognoſcente, in quo, nominatim in Comitatu *Wigmari*, duo loca, *Urlaha* & *Ottingha*, Eccleſiæ Magdeburgicæ donat cum omnibus ad hæc pertinentibus, & decimam de iisdem locis ab *Adaldago* Archi-Epiſcopo Regi datam, & omnis cenſus & venundationis & acquiſitionis decimam, quam ei in *Murtham* & *Ligziz* & *Heveldum* debent.

VOCONTIORUM. Vid. *Valeſius*. (*m*)

VONGENSIS, *Vongiſus*, *Vonziſus*. Nomen dedit *Vonzenſem* appellant, & inter *Remtianum* pagum ac *Stadiniſum*, i. e. inter Remenſem & Stadinenſem ponunt. *Vozinſem* mendosè Annales Fuldenſes nuncupant. *Frodoardus*. (*n*) optimè omnium pagum *Vongenſem* vocat, & inter *Dolomenſem* ac *Caſtricenſem* pagos medium interponit. Idem eundem initio chronici pagum *Vonzinſem*, aliàs *Vozinſem* appellat. *Alcuinus* in vita S. *Vedaſti* ejusdem pagi meminit his verbis: *Venerunt in pago* Vangiſe *ad locum, qui dicitur* Grande Ponte, *juxta villam* Riguliago *ſuper fluvium* Axona. Erat ergò pagus *Vongenſis* ad flumen *Axonam*. *Reguliacum*, verò, ſeu *Riguliacum*, eſt omninò vicus ad *Axonam* inter *Attiniacum* & *Vouſi* vulgò *Rilly* dictus. In diviſione Regni Imp. Ludovici inter Filios Un-

(*h*) l. c. p. 137. a. (*i*) L. III. c. 91. (*k*) c. 24. (*l*) vid. etiam c. 37. 42. 43. 90. (*m*) l. c. p. 617. a. (*n*) L. II. c. 18.

os *Vngenſis* mendosè vocatur & ſcribitur pro *Vongenſis*, ponitur-
que in media Francia inter *Varenſem* & *Caſtrenſem*. Pagus *Von-
ciacus* dicitur in libro de Miraculis S. *Dionyſii* ante annos DCCC.
compoſitus. Aut num à *Vongo* vocatur? & rectiùs ſanè *Vongiſus*
quàm *Vonziſius*. Puella, nomine *Oſanna*, de pago *Vonzinſe*.
Flod. ann. DCCCCXX. Hungari Rheno transmeato usque in
pagum *Vozinſem* prædis incendiisque deſæviunt. Id. ann.
DCCCCXXVI.

VOSAGENSIS *Voſagia*, vel pagus *Voſagenſis*, nunc
vulgò nuncupatur, à Lotharienſibus quidem le *pays de Vosge*, aut
la Vosgue, à Germanis das Waßgaw / Nithardus *Vvaſagum*
pro *Voſago* vocavit, & exinde Germani ſuum *Wasgau* fece-
runt. (o)

URCENSIS. Medius fuit inter duos pagos *Sueſſioni-
cum* & *Vadenſem*, ùt docent Capitula Caroli Calvi, in quibus *Ur-
ciſius* nuncupatur. A *Frodoardo*, in hiſtoria Eccleſ. Remorum
villa *Novilliacum* in pago *Vrcinſe*. Hic pagus nunc obſcurus eſt
& ignotus vel incolis. Fortè ab *Vrco* fluvio, *Ourcq*, nomen ac-
cepit, qui *Faram* Tardanenſem & *Nantogilum* ad vicum cogno-
minatum *Nantvveil ſur Ourc*, ac Firmitatem Milonis attingit,
non procul à pago *Sueſſionico* & *Vadenſi*, ac in Matronam decur-
rit, fere ex adverſo confluentium Mucræ & Matronæ. *Nantogilo*
ad *Vrcum* proximum eſt municipiolum *Nully ſaint Front* dictum,
quod *Novilliacum* Frodoardi in pago *Vrcinſe* videri poteſt. Eſt
quidem in Burgundiæ Campaniæque confiniis *Vrca* fluvius, *Our-
ce*, qui *Croſam*, Creuſe, & *Arſam*, Arce, aliis *Larſam* dictum (Larſe)
amnes accipit, & apud *Barrum* Sequanicum in Sequanam labi-
tur. Sed ab *Vrco* potius quàm ab *Vrca* iſto *Vrcenſem* pagum
cognominatum arbitror.

VRONIÆ. Memoratur in *Ludovici* Senioris, *Caroli*
Craſſi-Patris, diplomate, quod *Bartholomæus Scobingerus* ad-
ducit in addit. ad *Joachimi Vadicani* antiquitates, ubi *pagellus*
vocatur, notante CL. *Meibomio* noſtro in præfatione ſua *de pagis*
Veteris Germaniæ.

UTI-

(o) Vid. etiam Frecher. Orig. Palat. P. II. c. 12. p. 51. & 55.

UTINENSIS. Cùm ad desertas Slavorum sedes incolendas aliæ gentes evocarentur, dicit *Helmold*, (*p*) quòd *Dargunensem* pagum Westfali, *Utinensem* Hollandi, & *Susle* Fresi incoluerint. Adde doctissimas notas *CL. Bangerti.*

PAGUS WAGIRORUM, *Vagriorum*, & *Waigrorum*, unus è Slavicis est. (*q*) *Helmold.* vocat *Provinciam Wagirensem*, cujus metropolis quondam fuit *Oldenburg.* (*r*) *Wagrii* sunt ad *Lubecam*, *Aldenburg* & *Plön.* Hinc Lubecam *Chytræus* in Saxonia *veterum Wagriæ Dominorum Gentis Henetæ sedem* appellat. Ibi etiam nostros aliquando Reges sedisse & sepultos esse, imò & *Plönensem* arcem tenuisse, ex superiori Regum catalogo c. f. patet. (*s*)

WALDERN. Reperi hunc pagum in literis *Hosedi*, Abbatis Corbeiensis, anno MIX. Ubi verò situs fuerit, nescio, nec id ex chartula exsculpere quivi. Sunt, qui *Faldern* intelligunt. Est quidem hic pagus limes Holsatiæ, versùs eam partem, quâ Slavos attingit, (*t*) sed is nihil ad me. Nec in nostra significatione sumitur.

WALDSAZE, *Woldsaze.* Vide Traditiones Fuldenses. (*u*) Villæ ejus *Pirchanafeld* (*vv*) & *Prinvafeld.* (*x*) Dicitur quoque *Waldsazi.*

WALGOWE, de quo *Tschud.* (*y*) Quæ *Walgoja* nunc dicitur *Vallis Drusiana.* Bellum gessisse *Drusum* contra Rhætos, testatur *Horatius.* (*z*) *Vidêre* Rhæti *bella sub alpibus* Drusum *gerentem* & Vindelici. Et *Svetonio* in *Claudio* (*a*) Drusus est *Dux Rhætici belli.* Hinc *Vallis Walgovv* per descensum amnis *Ili* usque ad Rhenum & paulò ulterius, olim vocata fuit *vallis Drusiana*, id quod testantur antiqua Monumenta, quæ habentur in cathedrali

(*p*) L. I. c. 58. (*q*) L. I. chron. c. 2, num. 10. (*r*) Id. l. c. passim, Add. sis Evermot. chron. Oldenburg. nuper à me edit. (*s*) vid. D. Habichorstii diss. hist. de terrarum Meckelnburg & hinc fluentium titulor. Ducal. Orig. S. I. Membr. 3. §. 3. (*t*) chr. Slav. L. I. c. 47. n. 44. (*u*) L. I. c. 121. (*vv*) eod. libr. n. 13. (*x*) l. c. eodem. n. 19. (*y*) in descript. Rhæt. Alpin. c. 24. (*z*) L. IV. od. 4. (*a*) c. 1.

drali *Curiæ* Eccleſia. (*b*) Miniſterium, quod habuit *Siſo* in hoc pago, ſeu *valle Druſiana*, idem recenſet *Tſchud.* (*c*)

WALPINGA. Hujus meminit citatus *Scholiaſtes Adami*, (*d*) refertque ad Friſiam. *Adrianus* Papa vocat *VVangiam*, veteres membranæ *VVangriam*, hodie Wangerland. Pars Dynaſtiæ *Jeverenſis* in Orientali Friſia. Complectitur in ſe *Hohenkirchen*, *Tettens*, *Middoch*, *Minſen*, *VVarden*, *Oldendorp* &c. ad quam etiam pertinet Inſula *VVangerogia* in oſtio *Jadæ*, quæ pro aſylo eſt navigantibus, qui vim tempeſtatis patiuntur. (*e*) Memorabile de hac Inſula, quæ ultra milliare diſtat à terra firma *VVangerlandia* ſeu *VVangria* dicta, & tamen ipſo tempore receſsûs marini ſubinde aquâ ita denudatur, ut quis vado, ſeu pedibus tranſire poſſit. Certè Illuſtriſſimum Comitem DN. *Antonium Günterum* adhuc juvenem, receſſu maris ſuperequitare ſumma cum admiratione viderunt incolæ. (*f*)

WARNAVIORUM. Dicitur à *Warnavv* fluvio, & allegatur in introductione *ad Saxoniæ inferioris hiſtoriam* Celeberrimi Domini *Henrici Meibomii*. (*g*) *Warnavi*, ſeu *Warnabi*, *Varini*, *Heruli*, *Werli*, & κατ' ἐξοχὴν *Wendi* ſunt *Roſtochienſes*, *Bützovienſes*, *Güſtrovienſis*. *Varnus*, ſeu *Arnus*, *Sternbergam*, *Büzovium*, *Cygneam* & *Roſtochium* præterlabitur. Pertinet pagus *Warnavorum* ad Slaviæ pagos.

Waſaliacenſe pagi WASA. In pago etiam *Waſa*, ſuper fluvio *Scalda*, villa nuncupata *Temſeca*, in qua diu corpus B. Virginis requievit *Amelberga*, quam jure hereditario, quoad vixit, poſſidere viſa eſt: & ob id illis reddidi eam, qui diu noctuque excubantes ſacro corpori ejus aſſiſtunt, ait *Arnulf.* I. Comes Flandriæ, in reſtitutione, ſeu donatione variorum prædiorum Monaſt. *Blandinienſ.* fact. (*h*) *Waſa*, nunc *Waſia*, olim *Waſda* dicebatur. Ludovicus, Germaniæ Rex, *Theoderico* Comiti donat *Waſdam* i. e. *Waſiam*. (*i*)

WASTINENSIS, ſeu *Vaſtinenſis*. In vita vetuſtiſſima S. *Aunarii*, vel *Aunacharii*, Autiſſiodorenſis Epiſcopi, primùm, ut exiſtimo, memoratus, *le Gaſtinois*. # Unus eſt ex his pagis, quibus

Senonenſi pago adjacet ad occidentalem plagam.

(*b*) Tſchud. l. c. c. 9. (*c*) c. 24. (*d*) c. p. (*e*) vid. Winckelmann. l. c. p. 285. (*f*) Id. p. 26. & 48. (*g*) p. 60. (*h*) vid. Miræi Cod. piar. donat. c. 31. p. 127. (*i*) Id. l. c. c. 23. p. 106.

bus Franci, trans-Rhenana Gens, postquam in Galliis sedem ceperunt, linguâ suâ germanicum nomen imposuêre. *Adrevaldus Wastinensem Provinciam* appellat. In Capitulis Caroli Calvi Silvaci latis *Wastenisus* pagus vocatur, seu *Wastenensis*, & à *Milduniso*, i. e. *Melodunensi* pago distinguitur. Apud *Nithardum* (*k*) similiter pagi *Wastinensis* & *Milidunensis* distinguuntur. *Odo* quoque, Monachus Fossatensis, in vita *Burchardi*, Comitis *Melodunensis* & *Corboilensis*, *Wastinensem* pagum & *Milidunensem*, seu Comitatum *Milidunensem* separatim ut diversissimos memorat. Inter formulas veteres *Marculfo* subjunctas formula XLI. commemorat *Gaicum* monasterium constructum in pago *Wastinensi*, quod Monasterium S. Mariæ vocat, & puellarum fuisse docet formula XLII. Quem locum esse existimo *Gyles Nonnains* hodieque nuncupatum, h. e. *Gaicum* Nonnarum, seu sacrarum Virginum in pago *Wastinensi* ad flumen *Lupam*, tribus à monte *Argisi* leugis distantem. Ex quo intelligitur, pagum *Wastinensem* olim minùs latè patuisse, & angustiorem fuisse, quam nunc sit; cùm Melodunum Senonum in pago *Wastinensi* nunc ponamus, atque à pago isto cognominemus *Melun en Gastinois*. Quod olim pagum suum peculiarem & cognominem habuit, à *Wastinensi* diversum, *Milidunensem* & *Miliduniſum* dictum à *Melodano*, quod tùm *Milidunum* appellabant. Pagum *Wastinensem* memorat *Odorannus* in chronico, villamque in eo *Fontanas* ponit; memorat & *Aimoinus*, Floriacensis Monachus. (*l*) *Fulco*, qui *Gaufridum*, fratrem suum, Comitatu Andicavensi spoliaverat, captumque in carcerem conjecerat, formidans, ne Rex, *Philippus* I., pro perpetrata fraude ipsi adversaretur, Comitatum *Vastinensem*, quem Andegavenses Comites ante ipsum tenuerant, eidem Regi concessit habendum, quemadmodum in Codice Floriacensi invenitur. Vide fusiùs de eo *Valesium*. (*m*) De Nemoso in *Vastineto*, uti vocat Monachus cœnobii S. Dionysii, qui chronicon sodalis sui *Gvillelmi Nangiacensis* ad annum MCCCLXVIII. deduxit, videatur idem. (*n*) Situm est in pago *Wastinensi*. In præcepto Robertino, quô confirmantur res à *Burcardo* Comite & *Rainaldo* Episcopo, cœnobio Fossatensi datæ anno

(*k*) L. I. (*l*) L. I. de Miracul. S. Benedicti. (*m*) l. c. p. 630. (*n*) p. 372.

no DCCCCXCVIII., occurrit quoque pagus *Wastinensis*. (o)

WEBRENSIS. In diplomate *Ottonis* II. Imp., quo ratam habet donationem *Gonradi* Comitis, Gortzienſi cœnobio factam, reperi pagum *Webra* in Comitatu *Reinhardi*. (p)

WEDTEREIBA, *Wetareiba*, *Wetereiba*, *Wetteraoë*, hodie Wetterau / dicitur regio. (q) Villæ ad eum pertinentes, erant:

Bonlant,
Lintheim,
Muggenſtat,
Quetbrun,
Rotunbach,
Ruommothuſon,
Wanolfeshuſon.

Hermannus à *Buchenau*, Abbas Fuldenſis LVII. marcam *Wetteraviam*, in veteri *VVetereibæ* pago longè diffusam, hujus Eccleſiæ ditionem, Naſſoviæ Genti, pœnitendâ in omnem poſteritatem pactione, vendidit, & nobilem vectigalium partem cum damno abrupit. (r)

WEITA., Donavit *Henricus* III., Romanorum Rex, Sacroſanctæ *Nyobergenſi* Eccleſiæ, quicquid per beneficium *Sememix* tenuit, vel habere viſus fuit in pago *VVeita*. Dat. XII. Kal. Aug. indict. VIII. anno MXL. anno verò ordinationis Henrici tertii XIII. regnantis II. Actum Goslariæ. (ſ)

WERINGAW, *VVeringevv*. Villæ ejus

Arcahu,
Altintorf,
Binuzfeld,
Buhdulini,
Graſetelli,
Gruenbach,
Hahholtesheim,
Heſinlar,

(o) Mabill. L. VI. chart. 147. (p) Id. chart. 141. (q) L. II. Tradit. Fuldenſium. num. 242.
(r) Brovver. L. IV. Antiqq. Fuld. p. 328. conf. p. 282. & Breviar. Fuldenſ. à me edit. in Hermanno II. (ſ) Vid. Mader. Antiqq. Brunſvic. p. 219.

Luzzelenheim Trad. Fuld. Mſſ. *Iuzenheim*, *Muotinesheim*, *Muotwinesheim*, *Steti*, *Suabaka*, *Tungidi*. Rodungen Trad. Fuld. Mſſ. Suabaka Trad. Fuld. Mſſ. Tungede Trad. Fuld. Mſſ. Montenzheim juxta fluvium Sinna Trad. Fuld. Mſſ.

Werturgewe pagus Frisiæ. Trad. Fuld. Mſſ. WESSEGA, *VVessiga*. (*t*) Diploma *Henrici sancti*, seu *Claudi*, anno MXIX. datum *Meinvverco* Padebornensi memorat Abbatiam *Scheldice*, fundatam anno Regni Ottonis Magni V. in pago *VVessiga* sitam, in Comitatu *Friderici*. (*u*) in pago Werturgewe in villa quæ dicitur Altorfesheim

WESTERGOË.# Memoratur in historia S. *Bonifacii*, Frisiorum Apostoli. Pagos *Ostergoë* & *VVestergoë* diremit fluvius *Borne*, ùt habet *Cornelius Kempensis*, (*vv*) Oppida hujus pagi fuêre *Stauria*, *Sneca*, *Bolsvverdia*, *Franekera*, &c. Fuit in eo quoque silva *VVestervvald*. *Lotharius* Saxo *VVestergoviorum* Comitatum, Ecclesiæ Trajectensi ademtum, Comitatui Hollandiæ adjecit. *Regino* Prumiensis hunc pagum vocat *VVestrachiam*, alii *VVestrachem*. Concesserat Ludovicus Imp. *Gerulfo*, fideli suo, quasdam res proprietatis suæ, quæ erant in Ducatu Frisiæ, in pago *VVestracha*, in villa *Cumminge* & *Hunderi*, & in aliis villis circumquaque positis. Sed quia, intervenientibus quibusdam turbinibus, per ipsius *Gerulfi* negligentiam, ab ejus potestate & dominatione eædem res abstractæ Fisco Regio sociatæ erant, tandem divinæ misericordiæ intuitu placuit Augusto easdem res illi restituere, & quemadmodum pridem fuerant, in ejus potestatem & dominationem transfundere. Glorius Notarius ad vicem Hugonis recognovit. Dat. VIII. Id. Jul. anno XXVI. Imperii Ludoviciani Indict. II. Actum Crucianicio Palatio Regio in Dei nomine feliciter Amen. (*x*)

in Trad. Fuld. Mſſ. vocatur Westericha et in ea sita fuit villa Altinekufe — item Westerbure, Altsalza, Huron, Stelle, Heterheim, Altinhusen

Trad. Fuld. Mſſ. villa Westerbure in pago Westrahe. archidiac. veralt. westergou p. 5. Werthachi pagus in quo Zwolla Cuhon Ch. Werth. n. 7 p. 102

WESTVALORUM. Indicatur in vita S. *Auctoris* Trevirensis, & Annal. de *Gestis Carol. M.* (*x*) In pago *VVestvala* fuit Abbatia *Fredena*, sita in Comitatu *Gerardi* Comitis, quam *Henricus* IV. Imp. *Liemaro*, Episcopo Hamburgensi, dono dedit, annô MLXXXV. (*y*) Ejusdem *Henrici* diploma de Comitatu *Bernardi* in pagis *Emisgoa*, *VVestfala* & *Angeri*, dato *Adalberto* Hamburgen-

(*t*) vid. Monum. Padeborn. edit. I. p. 82. (*u*) vid. Aut. vit. Meinvverc. c. 59. & P. I. Annal. Padeb. p. 433. (*vv*) L. II. Rer. Frisicar. (*x*) Annal. Padeb. cit. p. 118. Winckelman. l. c. L. II. c. 4. n. 9. (*x*) L. II. ad ann. 784. p. 25. (*y*) Ann. Padeb. cit. p. 620. seq.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1 ZEN Leibn. Marg. 48, [253] - 241

si, exhibet *Maderus*. (z) In pago *VVestfala* Saxonico curtis erat regia *Driburc*, seu *Triburi*, quam *Henricus* II anno MXX. Monasterio *Abdinkhofiano* dedit. (a) Verùm an hi duo pagi unus idemque fuerint, dubium est. In *Westfalia*, regione porrecta & vasta, puto pagos fuisse multos, ex quibus aliquot intra Rhenum & Visurgim à Carolo M. vastatos, recenset Autor Annal. Franc. cor. divulgatore Astronomo, ad annum DCCLXXXIV. (b) *Otto* III. ann. MII. in pago *Westfaliæ* in Comitatu *Henrici* Comitis aliquot mansos donat cœnobio *Vubike*. (c) Anno MXXIII. donat *Henricus* II. Ecclesiæ Padebornensi prædia sua *Steini* & *Hohunseli*, sita in pago *Westvalon*, in Comitatu *Bernardi*. (d) Anno MLIX. *Henricus* IV. eidem Ecclesiæ dedit multa in pagis *Westfalum* & *Treine*. (e) Hic pagus (ait Winckelmann. (f)) ab initio unus, suum habebat Ducem & Comitem, & tempore Caroli M. Imp., devicto *VVidekindo*, & pace per Saxoniam restitutâ, spatiosissimus erat. Postea in partes dividi cœpit, pluresque pagos recipere.

WETTIKA, *Wettiga*, *Witiga*. In Comitatu *Wedekindi* Comitis fuit prædium *Sannabiki*, quod *Conradus* II. Imp. *Meinvverco* Padebornensi contulit. In eodem fuerunt aliquot villæ, quas recenset Autor *vitæ Meinvverc*. (g) Vid. *Tilithi*.

WILINORUM. Pagus Slavicus est. Vide *Adam. Bremens*. (h)

WILZORUM. Etiam pagus Slavicus est. Populi aliàs *Leutici* dicuntur. (i) itaque cùm multi sint *Winulorum* populi fortitudine celebres, soli quatuor sunt, qui ab illis *Wilzi*, à nobis verò *Leutici* dicuntur, inter quos de nobilitate potentiaque contenditur. (k) *Wilzi* & *Leuticii* Sedes habent usque ad Odoram fluvium. (l) *Wilzi* imperio fiunt tributarii, (m) & vastantur. (n)

WIMODI. Nominatur ab *Henrico* IV. Imp. in literis ad annum

(z) in Syllog. cit. num. 22. (a) Annal. cit. p. 483. (b) Aut. vit. Meinvverc. c. 84. (c) vid. Mader. Antiqq. Brunsvic. edit. sec. p. 207. & 215. (d) Annal. Padeb. cit. p. 451. seq. (e) l. c. p. 553. (f) l. c. p. 262. (g) c. 107. conf. Monum. Paderborn. cit. p. 82. (h) L. II. c. 11. & de situ Daniæ p. 144. Helmold L. I. c. 2. n. 5. (i) Ad. Brem. l. c. (k) Id. de situ Dan. p. cit. (l) Id. l. c. p. 144. seq. (m) Dithmar. L. I. p. 6. (n) Id. L. IV. p. 74.

annum MLXII. Indict. I. In eo fuit *Lieſtmuona*, hodie zur Leßen/ curtis in Comitatu *Udonis* Marchionis. (*o*) Meminit ejusdem Carolus M. in privilegio Eccleſiæ Bremenſis, ubi ſcribitur *Wigmodia*. Sita fuit in eo *Bremon*, hodie Brema, ſuper *Wirraham* fluvium. (*p*) Autor vitæ Caroli M. *Wimuados* in Franciam abductos inculcat, fortaſſis *Wimodiæ* incolas. (*q*) Suſpectum equidem multis eſt citatum diploma Carolinum, mihi autem arridet cenſura Conringiana. (*r*) Addimus diploma Ludovici Pii, quô fideli propinquoq; ſuo *Warino*, primo ſubſtituto Abbati novæ Corbeiæ, conceſſit piſcationem quandam in fluvio Wiſera, in pago *Wimodia*, cui confinis eſt villa *Luiſti*, in Comitatu *Abbonis*, quæ, quia in ſimilitudinem palorum, quos *hocas* vocant, conſtructa eſt, gentilitio nomine ab indigenis *Hocvvar* nuncupatur. Cùm verò eadem piſcatio ſine familiis, quæ ad ejus proviſionem deputatæ fuerant, Fratribus Corbeienſibus non admodum utilis eſſe poterat, idcircò XXXII. familias, & quicquid ad eandem piſcationem pertinens prædictus *Abbo* in beneficio habuit, totum & ex integro in proprietatem Monaſterii Corbeienſis tradidit. Dat. anno XIX. Imperii ſui indict. X. Actum Franconovord Palatio regio. Hirminmarus Notarius ad vicem Theodonis recognovit. Affert hoc diploma *Schatenius*, ùt multa alia Corbeienſia, vitiosè. Pro *providere* ſtatim in initio legendum eſt *provehere*, non ita: *Eccleſias & loca divino cultui dicata* largitionibus providere. Pro *Liuſci* ego legi *Luiſti*: circa finem *quatenus ibidem Domino ſervientes*: &, *ut hæc conceſſionis noſtræ auctoritas firmior* (non firmiùs) *habeatur*. In ſubſcriptione pro *Theogenis* lego *Theodonis*. Hanc piſcationem Dux *Henricus* Bavariæ cum quadam Comitiſſa *Elika*, & filio ſuo *Adelberto*, injuſtè ſe poſſediſſe recognoſcens, cum digna pœnitentia divinitus inſpirata S. *Vito* cum omni omni utilitate remiſit. Quam remiſſionem reſpectu divini timoris & amoris, rogante *Volckmaro* Abbate, Lotharius Imp. Aug. regali auctoritate confirmavit, nec non villas cum hominibus ad eandem

(*o*) vid. Syllog. cit. Mader. n. 21. (*p*) Ad. Brem. l. c. (*q*) vid. Mon. Padeb cit. p. 5. Ad. Brem. L. IV, c. 4. Winckelman l. c. p. 262. (*r*) diplom. Ludov. Lindavienſ. c. 17. p. 326.

dem piſcationem pertinentes, cum ceteris appenditiis, pratis ſcilicet, areis, paſcuis, locis cultis & incultis, mobilibus & immobilibus. Si quis hanc ſuæ auctoritatis conceſſionem infregerit, Fiſco Regio centum auri talenta perſolvat. Datum anno MCXXXIII. Indict. XI. in Barduvvich. Ekkehardus Præpoſitus vice Cancellarii recognovit. Ulterius eandem piſcationem confirmavit *Conradus* II. anno MCXLV. in curia ſolenni Corbeiæ habita, repetens mulctam centum librarum auri, partem dimidiam Cameræ Imperiali, alteram Eccleſiæ Corbeienſi perſolvendam. Dicit Rex: *Elicham* Marchioniſſam (ita vocat) piſcationem iſtam à Ludovico Pio Corbeiæ collatam, ſed per inſolentiam temporis avulſam, conſenſu Filii ſui *Adelberti* Marchionis, vivente *Lothario*, Eccleſiæ Corbeienſi remiſiſſe & reſignâſſe. Quam reſignationem *Conrado*, apud Corbeiam ſolennem curiam celebranti, præfatus *Adelbertus*, interventu & petitione *Henrici* Abbatis, confirmavit, eandemque piſcationem, aſſentiente Filio ſuo *Ottone* Marchione, coram *Conrado* omninò exfeſtucavit. Teſtes erant *Thomas*, S. R. E. Cardinalis, *Bernardus*, Padelbornenſis Epiſcopus, *Rodolphus* Halberſtadenſis, *Bernardus* Hildenesheimenſis, *Philippus* Oſenbrugenſis, *Henricus* Mindenſis & præcipuè *Frithericus* Mageleburgenſis, *Tietmarus* Verdenſis, *Anſelmus* Havelebergenſis, *Heinricus* Olomucenſis Epiſcopus, *Wiboldus* Abbas, *Heinricus*, Dux Saxoniæ, *Adelbertus* Marchio, Filius ejus *Otto*, *Fridericus* Palatinus Comes, *Hermannus* Comes de Winzenburg, & Frater ejus *Heinricus*. Arnoldus Cancellarius vice Heinrici Moguntini Archi-Cancellarii recognovit anno Chriſti MCXLV. indictione VII. Datum apud Corbeiam. De curte *Mimodi*, quam in antiquo copiali monaſtico reperit *Henricus Suvart*, vide chronic. m. cœnobii Virginum *Otbergenſis*. (ſ)

WINGARTEIBA olim in ditione Gvelforum. In quo pervetuſtæ & magnificæ fundationis Monaſterium Imperiale O. S. B. *Weingarten*, quo de *Bucelinus*. (t)

WINNOTI. Mentio ejus fit in diplomate *Ottonis* M. anno DCCCCXXXVII. Id. Octobr., in quo ſcribitur ſitus fuiſſe

(ſ) §. 74. (t) P. II. Germ. ſacr pag. 92. ſeq.

fuisse in Comitatu *VVichmanni*. In pago hoc fuêre *Vrlaha*, *Otinga*, *Morlsani*, *Ligzize*, *Heldum*.

WIRINGOWA. Celebertimum Monasterium familiæ Benedictinæ *Hirsaugiense*, situm est in Provincia, quæ dicitur *Theutonica Francia*, in Episcopatu *Nemetensi*, in pago *Wiringovva*, in Comitatu *Ingirûsheim*, in silva, quæ dicitur *nigra*, juxta fluvium *Nagalta*. Fundationes ejus tres sunt. Prima facta anno DCXLV. ab *Helisena* vidua, è familia Nobilium Servorum de *Calvv*. Secunda anno DCCCXXX. ab *Erlefredo*, Comite *Calvvensi*, atque ejus Filio *Notingo*, Episcopo Vercellensi, qui Monasterium in loco, qui dicebatur *Domus saltus*, à fundamentis, à se exstructum, Abbati cum XV. Monachis è Fuldensi cœnobio evocato, possidendum, atque ibidem ad Ordinem S. Benedicti plantandum commiserunt. Tertia facta est ab *Adalberto*, Comite ejusdem familiæ. Is enim Monasterium, quod Avus suus omnibus bonis spoliârat, expulsisque Monachis, paucos in locum Clericos posuerat, instinctu Dei tactus, nec non conjugis suæ *Wiltrudis* crebris precibus admonitus, restauravit, bona à Progenitoribus suis invàsa, & à se eò usque possessa, aliis insuper propriis superadditis, super altare S. *Aurelii* reddidit, delegavit, contradidit Domino Deo, S. Mariæ, S. Petro, S. Aurelio & S. Benedicto in potestatem & proprietatem, atque dehinc omni potestate, servitio, jure & proprietate ejusdem Monasterii ipse cum conjuge & Filiis & Filiabus sese omninò abdicavit. Videantur fusissimè de eo *Documenta rediviva Monasteriorum præcipuorum in Ducatu Würtenbergico* (*u*) & Trithemii *Chron. Hirsaug.*

WITAU, WEITAO. *Henricus* III. quandam villam, *Kitzerin* nominatam, in Comitatu *Eggehardi*, Marchionis Misniæ, in pago *Weitao* sitam, anno MXXXIX. *Burcardo*, Episcopo Numburgensi, tradidit. (*vv*)

WOLZATORUM. Inculcatur in diplomate *Philippi* Imp., donantis Ecclesiæ Bremensi Comitatum *Stadensem*, anno Regni sui secundo. Diploma ipsum est apud *Hermann. Hamel-*

(*u*) edit. Tubing. anno 1636, à pag. 512. seqq. (*vv*) vid. D. Sagittar. Hist. Numburg. §. 7.

melmann. (x) *VValzatiam* inter ceteras Provincias tenuisse *Udonem* Marchionem, testatur *Chronicon Rastedense.* (y) Fuit in hoc pago burgvvardium *Stade*, ut est apud *Ditmarum.* (z)

WORMATIENSIS. Qui & Comitatus *Wormatiensis*, vel *Warmaciensis*, *Warmacensis*, *VVormazfelden*, *VVormazfeld*, *VVormesfeld*, *VVormazfeldum*, hodie Wormsergaw / tque etiam κατ' ἐξοχὴν Der Gaw. In quo pago, quod summè notandum, antiquitus ponitur etiam *Megunzermarca*, atque adeò Moguntia civitas. Nec ullum pagum celebriorem, ampliorem, & villis oppidisque instructiorem in Germania hoc invenio. Et sanè fuit olim sub Regno Francorum *VVormatiensis* Archi Episcopatus totius Germaniæ maximus & amplissimus, cui XVI. Episcopatus subordinati erant, donec circa AC. DCCXXIX. is ad Moguntinos translatus sit. (a) *Bucelinus* ita: (b) Gervilio, *ultimus Archi-Episcopus*, Geroldi *Filius legitimus, eum, qui Patrem occiderat, simulatâ amicitiâ evocans, ipse contrucidavit, in cujus sceleris detestationem* Wormatiensis *Ecclesia* Archi-Episcopali *honore exuta*, quæ Moguntiæ & XV. *insuper Episcopatuum Domina erat*, Moguntinæ *parere jussa est* sub ann. Christi DCCXXIX. Gervilione *in cœnobium detruso.* Vocatur etiam pagus hic ab *Eginhardo* in Annalibus *pagus Vangionum*, in rebus anni DCCCXXIII. pagus *VVormatiensis*, in Annalibus Bertinianis *VVormazfelda*, composito nomine germanico, i. e. *VVormaciensis campus*, seu ager. In Ducatu Ripuariorum *VVormazfelda*, *Spehrogouvvi.* (c) Imperator reliqvum æstatis tempus in pago *VVarmacensi* transegit. (d) Anno XII. regnante Domino Pipino Rege sub die IV. Id. Jul. *VVillisvvinda*, & Filius ejus *Cancor*, ad Sacrosanctam Ecclesiam S. Petri in *Laureshamin* pago *Rhenensi*, super fluvium *VVugoz*, donavit villam suam in pago *VVormatiensi*, in loco, qui dicitur *Hagenheim*, super fluvium *Salusiam.* (e) Metropolis ejus Wormacia, *Borbetomagum* sub Romanis dicta, *Vangionum* olim caput, declinante postea Imperio, Francisque rerum potientibus, maximè ab illis culta, adeoque eorum

(x) præf. in chron. Oldenburg. (y) vid. T. II. Rer. Germ. Meibom. p. 89. (z) L. IV.
(a) Vid Brusch. in Gervilione Episcopo, & Cratepol. in catalog. Episcopor. p. 303.
(b) Germ. sacr. P. I. pag. 10. (c) Vales. l. c. p. 93. a. (d) Aimoin. L. IV. c. 111.
(e) vid. Freher. l. c. p. 171.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [258] - 246

rum Regia ad Orientem fuit, propemodùm ùt ad occidentem *Lutetia* seu *Parisius*. Ejusque Regiæ adeò nominatim meminerunt Optimi illi Annales Carolini à P. *Pithœo* primùm editi sub anno DCCXCI. Palatium Wormatiense incendio absumtum est. Cum illo Parisino & hoc commune habuit, quòd B. *Dionysio Areopagita* vicinum fanum utrobique *Dagobertus* Rex constituit. Quod juxta Lutetiam mansit, juxta Wormaciam postea sub Ludovico II. Imp. *Cyriaco* Martyri consecratum fuit. Francorum Reges postea more suo, ùt aliis in locis, ita in hac quoque urbe Comites Ducesque beneficiarios constituerunt, unde *Comitatus VVormatiensis* non semel legitur. Nominatim verò clara fuit memoria *Eberhardi*, Ducis Wormatiæ Franconiæque, cujus Filiam *Gertrudem* in conjugio habuit *Rigimirus*, Dux Lotharingiæ Mosellanicæ, circa AC. DCCCCXLVI. cujus diplomata habet *Roserius*. (*f*) Item *Conradus* Dux Wormati, gener Ottonis Imp., qui in durissimo prœlio contra Hungaros ad Augustam Vindelicorum cecidit. (*g*) Cujus insigne palatium *Burchardus* Episcopus, *Henrici Claudi* subsidiis, convertit in Collegium Canonicorum S. Paulli. (*h*) Nulla in civitate frequentiora Principum Comitia, Regum Cæsarumque nuptias, aliosque Solennes Conventus & curias (ùt vocabant) habitas reperies. Nimirum antiquitas celebritasque civitatis, opportunitas fluvii, fertilitas optimæ regionis Baccho Cereréque affluentis, id meruerat.

Nunc dabimus villas pagi hujus.

Abenheim, ~~Abunheim~~ in dipl. Henrici Aucupis Fuld. Mon. Dalb.

Aburinesheim,

Afloheim, ~~Adolfesheim~~. Trad. Fuld. Mf.

Agmarsheim, ~~Adelolfesheim~~. Trad. Fuld. Mf.

Aggridesheim, hodie Ogersheim / oppidum sat munitum & elegans. In eo vetus exstat Mercurii statua, foribus diversorii inserta.

Alagastuheim, seu *Alagastesheim*,

Alalesheim, vel *Alauheim*, seu *Alesheim*, in Comitatu *VVahalonis*, hodie Allersheim / vicus non exiguus, situs am alten Rhein / qui illum

(*f*) Stemm. Lotharing. num. 35. seqq. (*g*) vid. Frising. chron. L. VI, c. 20. (*h*) vid. Brusch. in Episcop. Wormat.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1 ZEN Leibn. Marg. 48, [259] - 247

illum olim alluebat, nunc alveo mutato discessit. Habet duas Ecclesias, ut appareat, non parvum fuisse. Ab hoc fortè *Alzeja* diversa & recentior. Nam & ita semper scripta invenitur, *Alceja* non *Alesheim*, Altzey. Ejus mentio habetur in vita *Landoaldi*, ex qua *Alsatiam* malè fecit *Surius*. Fuit & scriptor *Conradus de Altzeya* circa annum MCCCLXX. apud *Gesnerum*.

Albucha, *Albuchermarca*,
Aothmaresheim, seu *Autmaresheim*, vel *Autersheim*,
Appinstein, hodie Affenstein/
Arasheim, *Harasheim*, Archesheim, Trad. Fuld. Mf.
Aribimesheim,
Arilbach,
Appleiben Trad. Fuld. Mf. *Aslahmarca*,
Asmundesheim,
Aschininbrun, *Aschibrun*,
Azulenheim, vel *Azalunheim*,
Babenheim, seu *Baubenheim*,
Baldolfisfelde,
Batenheim, Trad. Fuld. Mf.
Bercheim, Bellirode. Trad. Fuld. Mf.
Berenbrunn, Bergeresheim, Trad. Fuld. Mf.
Berenrod Trad. Fuld. Mf. *Bermotesheim*, seu *Bermittesheim*,
Bertolfesheim,
Bingen,
Biscopesheim,
Biseſtat,
Birgelen super fluvium Rhenum,
Blatmaresheim,
Blitersheim,
Bochbaden Trad. Fuld. Mf. *Botinesheim*, seu *Botensheim*, vel *Butinesheim*, *Butinsheim*, *Butinheim*, vel *Bunginesheim*,
Trad. Fuld. Mf.
Brizzenheim, hodie Brezenheim/ Domus Comitum à *Falckenstein*,
Buchelenheim. Trad. Fuld. Mf.
Brunheim, Buningen. Trad. Fuld. Mf.
Bruningesheim Trad. Fuld. Mf. *Buxlare* villa, Burnesheim, Trad. Fuld. Mf.
Caisbotesheim, seu *Cheisbotesheim*, vel *Keisbotesheim*, hodie Gaispitzheim/ sic dictus, quasi *Gaysspitzheim*, ut *Graysbeckelnheim*.
Caltebach, Trad. Fuld. Mf.

Carlo-

Carlobach villa,
Chnolingen,
Dagastisheim,
Dafolfesheim,
Dalaheim, hodie Dalheim/
Devenheim,
Dienenheim, hodie Dinheim / à quo Equestris familia nomen habet.
Didelsheim, seu Titelsheim,
Dulgahesheim, seu Dulgesheim, vel Dulgensheim,
Duncinesheim, seu Dunzinesheim,
Durincheim, super fluvio Rheno, hodie Türckeim/ ùt à Thuringis, non à Turcis, dictum appareat.
Ebblisheim, seu Ebbelesheim,
Ebenstein villa,
Eberulvesheim, seu Eborolfesheim,
Eichinen, seu Eichinum,
Enseltheim, vel Ensiltheim,
Erpholfesheim,
Escilebrun, seu Aschibrun, hodie Eschelbrunn/
Flanheim, seu Flannenheim,
Flaridesheim, seu Fletersheim, hodie Flersheim/
Folckesheim, vel Folchesheim,
Franckondal, seu Franckendale, ubi deinde anno MCCXXXV. Buggo, Episcopus Wormatiensis, Monasterium Augustinianorum condidit, autore *Trithemio in chron. Hirsaug.* Oppidum elegans à Gallis & Belgis mirificè excultum sub Duce *Ioanne Casimiro* Palatino & *Friderico* IV. Electore.
Frecanstaten,
Frecmarsheim,
Fridolfesheim, hodie Fridelsheim/
Frigmersheim, seu Frimersheim, hodie Frimersheim/
Friesenheim,
Frittenheim, hodie Frettenheim/
Gautzoldesheim, seu Gozolvesheim, vel Gozolfesheim,

Gautzwinesheim, Gebolfesheim. Trad. Fuld. Mſ.
Gemminisheim, hodie Ginßheim/
Geneſheim, Trad. Fuld. Mſ. *Gillenheim*, vel *Gellenheim*, hodie Gellheim / clade *Adolfi* Cæſaris locus nobilis, qui ibi in patentibus campis ab *Alberto* Auſtrio cæſus, & mox in vicino Monaſterio *Roſendal* tumultuariè ſepultus. In Gereſheim Trad. Fuld. Mſ. loco commiſſæ pugnæ monumentum habet, murum quadratum cum imagine Crucifixi & inſcriptione: ADOLPHUS A NASSAU ROM. REX INTERFICITUR APUD GELLINHEIM. Non longè ad radices montis *Tauni*, quem propè Vangiones collocat *Tacitus*, qui hodie Donnerſperg / quaſi Tonnerſperg / ùt vulgò volunt, quaſi *Tonantis montem* dicas.
Gumminheim,
Gozinſesheim,
Gozmesheim, Greiwolfesheim. Trad. Fuld. Mſ.
Graufelsheim, Gruningen. Trad. Fuld. Mſ.
Greſſefelt, Trad. Fuld. Mſ. *Gumersheim*, hodie Monaſterium propè *Odenheim*.
Gunſenheim, *Gunzisheim*, juxta Moguntiam civitatem.
Gunteim, ſeu *Güntheim*, villa.
Guntmaresheim, ſeu *Guntramesheim*, fortè à *Gunthrammo* Rege, à quo eſt & Monaſterium *Godramſtein*, utrumque quaſi *Guntrammi* ſedes & præſidium.
Hagenheim ſuper fluvium *Saluſiam*,
Hamme villa,
Haraweſheim, Hatzkesheim, Trad. Fuld. Mſ.
Harlesheim,
Haſmachgowe, Heggedesheim, Trad. Fuld. Mſ.
Heichinloch, ſeu *Heichino*, Heggeſtete, loco, Trad. Fuld. Mſ.
Heimradesheim,
Heppenheim apud Wormatiam, hodie Heppenheim auff der Wieſen / ad differentiam alterius Heppenheim in ſtrata montana, quod in pago Rhenenſi ſuprà apparuit.
Heringestorfe, Trad. Fuld. Mſ. *Heſinloch*, hodie Haſſloch /
Heſſinheim, ſeu *Heſſenheim*, vel *Heiſinesheim*, hodie Hefsheim /
Hildebaldeshus,
Hildebotesheim,
Hodorfe. Trad. Fuld. Mſ.

Hoffo-

Hoffovva villa, Hileibesheim. Trad. Fuld. Mſ.
Hughilheim, ſeu *Huchilheim*, hodie Heuchelheim /
Ibernesheim, ſeu *Ibensheim*, vel *Ibersheim*,
Immineshejm,
Isanburc, Ingenesheim. Trad. Fuld. Mſ.
Kreicesheim,
Kyrcheim,
Lammundisheim, hodie Lammsheim /
Landrúheim, vel *Lendrichesheim*,
Laonisheim,
Leiberesheim ſuper fluvium *Cherminbitzia*,
Linunga marca, hodie Leiningen / Comitatus inſignis & perantiqvus, ac duplex, Alt- und Neu-Leiningen.
Linkanheim,
Liutmarsheim, ſeu *Liumarsheim*, hodie Lammersheim /
Liutresheim,
Longistúheim, *Longasteshcim*, Trad. Fuld. Mſ. alib. *Longesenheim*, forte. Loresheim, Trad. Fuld. Mſ.
Ludolfesfelde, Lutlera. Trad. Fuld. Mſ.
Mauuenheim, Nassenheim Trad. Fuld. Mſ.
Meltridesheim, Nurenheim, Diploma cur. M. Mſ.
Mereſche, vel *Meriſche*, ſuper fluvium Rhenum,
Mettenheim,
Moguntia civitas, *Megunzermarca*. Valde notandum eſt, tantam civitatem pago *Wormatienſi* ſubditam & annumeratam fuiſſe. Quippe & Archi-Epiſcopatus *VVormatienſis* longè antiquiſſimus & ampliſſimus, & ob prærogativam Metropoleos ſuæ, quæ Regum eo tempore Sedes, aliis ſublimior, & Moguntinus ſub illo fuit, ad annum usque DCCXXIX. Quo ſub *Pipino* & *Gregorio* Pontifice vice inversâ Moguntia ſublimata, & *VVormatia* Præſulis ſui *Gervilionis* culpâ depreſſa. (*i*)
Mulinheim,
Mumenheim, ſeu *Momenheim*,
Mundinheim,
Munnesheim, ſeu *Muntisheim*, vel *Muntinheim*,

(*i*) vid. Brúſch. & Cratepol. catalog. Epiſcopor.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [263] - 251

Munulphesheim,
Munzinheim, seu *Muncenheim*, vel *Munzanheim*, & *Monzenheim*, Monzingen.
Mutaha marca,
Nacheim,
Naraheim,
Navas fluvius, *Nava* & *Navus* Tacito & Ausonio, die Nahe. Hic peculiarem pagum habet, de quo suprà.
Nivuora, marcha,
Niuvarcheim, seu *Neouarcheim*,
Nubenheim, seu *Nuvvenheim*,
Odenheim, vel *Otinsheim*,
Ominsheim, vel *Ominesheim*,
Obbenheim, seu *Oppenheim*. Villa super fluvium Rhenum in Comitatu *Zeizolfi* Comitis. Hanc à Carolo M. Rege quondam cœnobio *Laurissamensi* (in dedicatione ejus cum omni dignitate) donatam *Conradus* II. Rex Romanorum certâ permutatione ad dominium Imperii retraxit. Postmodum in jus Palatinum sub Ludovico Imp. pervenit.
Offenheim,
Offenstein,
Ostouva, hodie Osthofen/
Otmaresheim, seu *Aotmaresheim*, vel *Otersheim*,
Oternheim, Martyrolog. VII. Id. Novemb. hodie Odernheim/
Patennicheim, villa juxta *Wormatiam*, apud *Regin.* sub anno DCCCXXIII.
Quirnheim, hodie Quernheim/
Regingisesfelde,
Riom villa,
Roccheshеim, hodie Rotheim/
Rodenbach,
Rossinga, vel *Rossungen*,
Rudolfesheim,

Nenther, mon. tes in pago wor. matiæ comme. morant Trad. Fuld. Mss.

omenheim, Trad. Fuld. Mss.

Otenbach, Trad. Fuld. Mss.

Trad. Fuld. Mss.

Ruchesheim. Trad. Fuld. Mss.

Sagen-

Sagenvvert, vel *Sigenvvert*, Insula, quæ jacet in ripa Rheni.
Salsen, marca,
Sauenheim, vel *Savvilenheim*, vel *Sovvelenheim*, hodie Saulheim / in Trad. Fuld. Mſ. Saulenheim.
Scarra, ubi basilica; Scaplantze, Trad. Fuld. mſ.
Spicisheim, hodie Spießheim / Schilterode. Trad. Fuld. Mſ. Spizesheim, Trad. Fuld. my.
Sprendilingen, Stangelbach. Trad. Fuld. Mſ.
Suaboheim, ubi cœnobium hodie,
Sultzheim, Trad. Fuld. Mſ.
Sunnincheimere-ſtete ultra Rhenum. Suntheimere marca, Trad. Fuld. My.
Symera, Trad. Fuld. My. *Suſenheim*, Talaheim. Trad. Fuld. Mſ.
Tilaheim Trad. Fuld. My. *Tethanheim*, Techedesheim. Diepl. Annal. Fuld. Mon. dubium.
Sinenheimere marca. Trad. Fuld. Mſtæ.
Tornung marca, Tornheim, Trad. Fuld. Mſ.
Tradinesheim,
Tribunisheim,
Trumaresheim, *Truchmaresheim*, Trutmaresheim, Trad. Fuld. Mſ.
Tugelsheim Trad. Fuld. My. *Vininesheim*, Ubenheim. Trad. Fuld. Mſ. Vineshein, Trad. Fuld. My.
Tulgesheim Trad. F. My. *Vfridesheim*, ſeu *Vlfritesheim*,
Vodenheim,
Vluverusheim, *Vndenheim*, Wachalingen. Trad. Fuld. Mſ.
Waccanheim, ſeu *Wackenheim*, hodie Wachenheim / Wacharenheim. Trad. Fuld. Mſtæ.
Walachaſtat, hodie Wallſtadt / Wachara lacu, Trad. Fuld. My.
Walahesheim, ſeu *Walacheim*,
Wanandorph, Waneshein, Trad. Fuld. Mſ.
Waſiſtat, ſeu *Weſeſtat*,
Wellingesheim,
Wendilsheim in Bingermarca,
Wilenheim, Wihenheim. Trad. Fuld. Mſ.
Winolvesheim,
Winteresheim,
Wihſa marca, vel *Wiſore*, ſeu *Wiſere* marca,
Witersheim,
Wizzinheim, hodie Weisheim auf dem Sande.
Wormacia civitas. Ita jam tùm vocabatur. Nam & portæ ejus, quæ

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [265] - 253

quæ *Pavonia* dicitur, inscriptus titulus cubitum ferè longis literis: SPECULA VANGIONUM, Pfauen-Pforte. Antiquitus apud Ausonium, Ptolomœum, & in tabula itineraria BORBETOMAGUS. Inde paulatim detorta *Vorvetomagus*, *Vorvemagus*, *Vorvemagia*, *Wormacia*. Homines Clerici scripserunt etiam *Guarmacia*, & Concilia allegant apud *Guarmaciam* habita, & Episcopum *Guarmaciensem*. *Benjamin Tudelensis* Hebræus in itinere suo scribit corruptè (ùt cetera pleraque) *Germetza*. Alii elegantuli urbem *Wangiam* commenti sunt, ùt in epitaphio *Gregorii* V. legitur:

Linguâ Teutonicus Wangia *doctus in urbe.* (*k*)

Peculiarem de eo parabat Commentarium *Gvilielm. Isengrinius*, ùt in *Spira* sua meminit. Hodie id argumentum in manibus esse intelligo M. *Frid. Zornio*, Scholæ Wormatiensis Rectori, Viro Eruditissimo. Hæc *Freher.*

Z

PAGUS ZABERNACHGOWE. Hodie Zabergeu / *Zabergea*, terra arabilis juxta *Zaberam* fluvium in Ducatu Würtenbergensi, ait *Bebelius.*

ZEUDICI. *Henricus* III. ob minimè denegandam voluntatem *fidelissimi fidelis* sui *Ekkardi*, Marchionis Misniæ, decem regales mansos in burcvvardo *Trebeni*, in pago *Zeudici*, in villa *Tuchin*, in Comitatu prædicti Marchionis *Ekkihardi* sitos, in proprium dedit *Marcvvardo* cuidam, Militi suo, anno MXLI. (*l*)

ZERMUND. Vid. *Sermund.* (*m*)

ZIRCUPANORUM. Ita in antiquo codicillo legitur: rectiùs verò *Circipani* dicuntur. Pagus eorum in Slavia. Deinde venitur ad *Circipanos* & *Kyssinos*, quos à *Tholanzio* & *Rederis* separat fluvius *Panis*, die Peene / & civitas *Dimine.* *Kyzini* *Heliquve* (*n*)

(*k*) vid. diss. m. histor. IX. &, si plura cupis, Münsterum, Irenicum, Rhenanum, Heroldum de stat. legion. in vet. German. c. 20. & 21. (*l*) Antiqq. Brunsvic. cit. p. 222. (*m*) conf. T. I. Rer. German. Meibom. p. 744.

& *Circipani* cis Panim, *Tholenzi* & *Redari* trans Panim habitant. (*n*) Exscripsit hæc verba *Kranzius*. (*o*) Sed pro Dimine habet *Wineta*, pro Circipani *Recipati*, & pro Redari *Retheri*. Sunt autem *Circipani* cis fluvium Panim *Wolgastenses*, *Sundenses*, *Deminenses*, *Wilsnacenses*. Quomodo Daniæ Rex congregârit exercitum & percusserit modicam partem *Cyrcipanæ* regionis, idem dicet *Helmold*. (*p*) Quî *Circipani* cum reliqua *Wilzorum* gente de nobilitate contenderint, tandem verò oblatis XV. millibus talentis pacem impetrârint, vid. apud M. *Adam. Bremens.* (*q*)

ZURBA. Annò MXL. Henricus III. ob interventum ac petitionem *Kadelhoi*, Numburgensis, & *Eggehardi*, Marchionis Misniæ, eidem Ecclesiæ quandam villam, *Kussenci* nominatam, quæ fuit beneficium prædicti *Eggehardi*, in pago, qui vocatur *Zurba*, in Comitatu dicti Marchionis sitam tradidit. (*r*) *Zurvvizi* verò burgvvardum erat, quo de *Ditmarus*. (*s*) Fortè est Zörwigk.

ZURICHGOU. Hunc esse pagum *Tigurinum*, quo de Cæsar, (*t*) rectè videtur conjeciisse *Vadianus*. (*u*) De quatuor Helvetiæ pagis egimus suprà, eosque exposuit *Cluver*. (*vv*) Quid autem *Gerardus Joannes Vossius*, (*x*) septem Helvetios pagos à Cæsare numerari, autumat?

CASPA-

(*n*) Helmold. L. I. c. 2. n. 8. (*o*) L. II. Vandal. c. 20. (*p*) L. II. c. 13. num. 5. (*q*) L. III. c. 24. (*r*) vid. Matth. Dresseri Isagog. hist. Millenar. VI. P. 2. p. 256. (*s*) L. VI. p. 152. (*t*) L. I. B. G. (*u*) vid. de eo Conring. censur. Diplom. Ludovician. c. 14. p. 257. seqq. (*vv*) L. III. Antiq. German. c. 4. (*x*) L. III. de vitiis sermon. c. 31.

CASPARIS HENRICI GRAUNII DALEMINCIA SLAVORUM,

ex Antiquitate Miſnica eruta.

I.

I. PRoposui mihi *Dalemінciam* recenſere, quæ & amœniſſimos Miſniæ campos comprehendit, & poſt Cæſarum è Karoli M. ſtirpe procreatorum tempora crebrò memorata fuit. Qua in parte antiqua Præſulatûs Miſenenſis Diplomata, & Scriptores habeo teſtes, qui Hiſtoriam Germanicam poſteris proditam reliquerunt.

II. II. *Ditmarus*, Merſeburgius Antiſtes, inquiſivit in origines vocabulorum, quorum quod primo loco poſitum conſpicimus, è Germania derivat. Nam ſic ille texere orditur ſuam de Henrico recitationem. *Isq; à Patre ſuo in Provinciam, quam nos Teutonicè* Dalemince (a) *vocamus, Slavi autem* Glomaci *appellant, cum magno exercitu miſſus, devaſtatâ eâdem multùm atq; incensâ, victor rediit.*

(a) Non diſplicent, qui rationem explicandi à vallibus petunt, quandoquidem ſi tota regio in montium juga non aſſurgit, nec in valles idcircò porrigitur, evenire tamen potuit, ut peculiari è loco cauſavé hoc, quale eſt nomen, ad appellandam eam uſurparetur. Quamobrem ſequor hîc Meibomium, facientem rectè conjecturam, potius quàm alios, qui ab hominibus præſtanti corporis forma præditis nominatam fuiſſe exiſtimârunt. Not. ad Witichind. L. I. Planè aliena loquitur Eraſmus Stella, quando Helmanticos ex ingenio fingit, qui olim Helmiones dicti ſint, quoniam Helmionem ferantur eſſe ſecuti. Inde aram ab ipſis cultam Helmoniam audiiſſe, ſive Helmanticam, & popu-

populum Delmanticorum, quo de nobis agere est institutum, hinc similiter fuisse. Nam perinde ut Garzo Bononiensis, & Ernestus Brotufius, aliive, quos allegare supervacaneum duco, tùm Gentes more Monachorum haud rectè arcessit, tùm Slavicos incolas cum antiquis Germaniæ civibus, à Ptolemœo & Tacito memoratis, ridiculè permiscet. Vid. Stella in Commentario de populis & rebus priscis oræ inter Salam & Albim Part. I. Garzo in hist. Friderici Admorsi pridem Germanicè versa. Brotufius Annal. Merseburg. L. I. c. 3.

III. Dalmatæ, de quibus Strabo observavit, ipsis à Dalmi- III.
nio urbe appellationem obtigisse, huc non spectant. Quanquam enim accidere potuerit, ut Dalmatarum quidam cum Sorabis has in regiones proficiscerentur, tamen è Ditmaro fuit intellectum, Germanorum esse, notionem illam, utpote à se profectam ac impositam, interpretari.

IV. Hoc si *Gemblacensem* latuit, certum est, eum gravisse er- IV.
rori implicuisse, quando de Henrico sic exposuit: *Rex Henricus Gana urbem Dalmatiæ capit, & Dalmatis tributum imponit.* (*b*) Demus enim, Dalmatarum populum, qui in ora Illyrica sibi domicilium figebat, è *VVendorum* sanguine fuisse, tamen *Dalemincios* nil attinere, cunctis, ùt opinor, satis liquet. Quare *Ussergensis* Abbas, & *Kranzius* juxta ac *Cuspinianus*, dum in scopulum eundem scriptione suâ hîc impingunt, eâdem, quâ *Sigebertus*, causâ atque culpâ continentur.

(*b*) Haud inficias eo, variam pronunciationem observari. Monachus enim Corbeiensis, quando Henrici Aucupis facta enarrare incipit, hæc inter alia consignat literis: Pater autem videns prudentiam adolescentis, & consilii magnitudinem, reliquit ei exercitum, & militiam adversùs Dalamantiam, contra quos diu ipse militavit. Dalamanti verò impetum illius ferre non valentes, conduxerunt adversus eum Avares, quos modò Ungaros vocamus, gentem bello asperrimam. L. I. Annal. Witichindi. Alias formas Diplomata Imperatorum adhuc servant, quando id, quod ab Henrico IV. anno 1074. promulgatum est, provinciam Thalemenche, quod anno 1090. compositum fuit, regionis Thalaminci meminit, quæ Henrici Marchionis Comitatum ambitu suo fuit complexa. Bertholdus verò, Episcopus Numburgensis, in tabulis anno 1159. publicatis, quo tempore Otto Marchiam Misinensem habuit, Dalminzam pagum nominavit. Qua ex voce nihil reliqvum invenio, nisi fortasse vallis quædam, sed literis

 transf-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [269] - 257

transpositis, Mincidala, & pagus ei adjacens, cum oppidulo Dalem, pervetustam appellationem prosequantur. Vid. Georg. Fabric. Annal. Misn. L. I. p. 16. Sigeb. Gemblacens. ad ann. 928. cum Strabone L. VII. Conf. Aventin. L. I. Hist.

V. V. Quæ Glomaciæ, Venedicæ Gentis vocabuli interpretationem attingunt, juxta seriem persequi compellor. De qua nemo quidem dubitat, qui Ditmarum inspexit, sic in chronico pergentem scribere: Sed qualiter pagus iste nomine hoc signetur, edicam. Glomazi *est fons, non plus ab Albi quàm duo milliaria positus, qui de se paludem generans, mira, ùt incolæ pro vero asserunt, oculúq; approbatum à multis, sæpe operatur.*

VI. VI. Hæc à gravissimo Scriptore prodita *Joachimus Joannes Maderus* integrè recensuit, & ante ipsum *Meibomius* complevit, usus Codice MSto, quanquam editio à *Reineccio* curata ea omitteret, quæ ad causam hanc inprimis pertinebant. Non offendor multiplici vocis lectione, quanquam ubi in vetustioribus libris *Glomuzi* est, vel *Zlomizi* interdum, ibi in excusis nuper codicibus *Glomazi* fermè occurrat. (c) Id duntaxat animadverto, apertissimè constare, quòd fons cum fusa genitaque hinc palude, oppido pariter & regioni nominis præbuerit occasionem capiendi.

(c) *Lummaciam* apud priscos inveniri, frustra est, qui opinatur, utpote quæ secuto ævo cœpit ita frequentari, veteres origines non repudians tamen aut obscurè præ se ferens. Equidem foret pulcherrimum intelligere, natales vocis utriusque complicari in significandi instituto. Quippe si Wendorum lingvam consulas, fieri potuit, civitatem à profundis viis, quæ conspiciuntur ibi, nomen quondam suum retulisse. Est enim *Lummati* unum è vocabulis Slavonicis, rumpere notans, sive frangere; sicut & Rochlitium à rupturis & cavernis nuncupari quidam volunt. Ideò qui Daleminciam exponunt, se ad vallium anfractus valebunt recipere, præsertim si monstrare possent, sic olim esse dici solitam, cùm quæ populo domicilium præbuit, regionem, tùm in ea præcipuam istius temporis urbem. Quòd si fons respiciendus fuerit modò, haud perinde quidem istud certum erit, nil oberit tamen, quò minus è Venedico idiomate & Germanorum lingua oriundas appellationes percunctemur, studiosissimèque invicem componamus. Vid. autor libelli de Heroibus Saxoniæ, in quo Fabricii annales, velut in compendium redacti legi queunt, p. 184. ubi Dale-

Daleminciam Wendorum civitatem vocat. Conf. quæ de Delbenda in Annalibus Francicis reperiuntur, quæ tamen ad Daleminciam oppidum accommodare non audeo, etsi nihil mihi jucundius accidere posset, alioquin intelligenti, conjecturam Albini non multùm abludere p. 92. Ceterùm de exemplari multis locis deficienti queritur Reineccius Proœm. in Ditmarum. Quo cum conf. Meibom. ad Witichind. p. 56.

VII. Alias in regione trans-Albina quæ orientem respicit, arx supereſt quædam, in arcis *Hoënſteiniæ* vicinia, quæ *Loma* dicitur, *Birchiorum* de *Danba* Baronum olim Sedes, antequam locum mutare, & *Mülbergum* ad Albim proficiſci cogerentur. In Præfectura verò Altenburgica pagus continetur, *Endiorum* aliquando familiæ addictus, *Lomaviáq.* vocatus. Jam à Monacho Pirnenſi memoriæ proditum eſt, bene multis abhinc annis Dynaſtas nobiles floruiſſe, *Clommeniorum* ſtirpe ſatos, qui *VVilenam* arcem haud procul *Rupe Regia*, altiſſima ad Albim ſpecula, domicilium habuerunt. Novi ego plures pagos, qui partim à Miſniæ finibus haud longiſſimè recedunt, partim in ipſa poſiti ſunt, & Illuſtribus clientelis comprehenduntur, nomine cum oppido ferè ſimili gaudentes. Quos omiſſos eſſe à Scriptore Miſenenſis chronici vehementer miror, (*d*) inprimis cùm ipſi hoc propoſitum fuerit, ut cognata ſimileve quid habentia vocabula commemoraret. VII.

(*d*) Æquè interpretor, quod nullus animadvertit, Ditmarum ſic loqui de Provincia, quaſi à Caminizi fluvio nomen inſuper quoddam derivatum habuerit. Cujus verba inſpici cupio, & de ipſis diligenter cogitari, prout extant L. I. chron. p. 1. Vid. Petr. Albin. in Comm. rer. Miſn. tit. VII. p. 80.

VIII. Redeo ad *Daleminciam*, in qua populus Venedicus *Daleminciorum* ſedit, quos qui à Vandalis arceſſunt, Sarmatasque advenas cum Germanis pari loco æſtimant, miſerè hallucinari habent neceſſe. Fecit id *Albertus Cranzius*, ſi rectè *Conringius* judicavit, popularis erroris autor & Princeps, cui ſe ſuperiori ſeculo, & inſecutis temporibus plurimi applicuêre, gentes ita diverſas non ſatis cautè idoneèque diſcriminantes. VIII.

IX. Utùt verò res aliter habeat, èque *Diodori Siculi*, *Appiani*, *Plinii*, *Procopiiq.* monumentis ſit quàm facilis oſtenſu, tamen probo IX.

probo *Albini* modestiam, à quo *Philippi*, Germaniæ Præceptoris effata non acerbè perstrictâ, sed studiosè recensita fuerunt. Quemadmodum idem *Georgium Fabricium* notavit, ut honorificâ plenaque laudis mentione haud pateretur Virum optimum carere. At verò hoc indulsit Veneration, quâ *Reineccium* prosequebatur, ut siquidem eadem culpa foret implicitus, (e) supersederet nihilominus nominatim eum confutare.

(e) Nam hoc abest, ut Commentarius latinus accuratè exponat, quando oppidum *Lummaciam* Vandalorum Metropolim fuisse tradit, ut in eo graviter impingat. Præsertim quia non repudiat errorem, aut abjicit agnitum, sed continuò periculosiùs ruit. Sic enim de Slavis sermocinatur, eorum nomen Vandalicis Sarmaticisque populis generatim esse impertitum; Vandalos autem, qui Misniam occupaverint, diuque habuerint in potestate, peculiari Soraborum nomine ab aliis discerni consveviſſe. Vid. Comment. de Origin. Misenorum, ab Elia Reusnero latinè versus. Albin. lib. cit. p. 56. seq. In universum Herm. Conring. de Finib. Imper. c. 16. ubi Daniæ Regum jura in Venedorum terras & Nordalbingicam Saxoniam exquirit p. 244. Quod reliqvum est, Reineccius fatetur, Misniam sub Henrico Aucupe, quocum Ditmarum non bene connectit, à Teutonibus *Thalemunciam*, à Slavis autem *Lummaciam* fuisse nuncupatam. Etsi probè intelligat, hoc rebus suis haud conducere, ut qui ante Dalemincios Slavos Mysos floruisse opinetur, à quibus Misnenses doctè & ingeniosè derivat. Enimverò causæ est satis, quandoquidem Henrici temporibus nil Mysorum reliqui fuerit, quapropter statuamus, Misnensium nomen non à Mysis, sed ab urbe Misna, urbis autem ipsius à fluvio, Septentrionem versùs eam præterlabente, descendisse. Quod Ditmarus in Annal. Merseburg. disertè pronunciavit his verbis: Hic montem unum juxta Albim positum, & arborum densitate tunc occupatum excoluit, ibi urbem faciens. Cui de rivo quodam, qui in Septentrionali parte ejusdem fluit, nomen Misni imposuit. Lib. I. p. 9. edit. Mader. Quæ cùm ita sint, non moratur tamen, sed pro se Reineccius exponit, & nequaquam sibi adversari confirmat. Etsi enim hoc admittat, aliud Misniam à Vandalis, (sic Slavos Dalemincios appellat) aliud à Germanis nomen reportâsse, quod novorum populorum adventu subinde soleat accidere; imò quanquam largiatur, civitatem Misnam circa principium à fluvio vocatam esse, amnem tamen ipsum à Mysis nomen ducere, non modò ipse judicat, sed ut alii sibi sinant quoque persvaderi, mirificè laborat. Secus enim regionis vocabu-

lum

lum è Vandalica, ùt loquitur, seu Slavonica lingva explicandum nobis linqvi. Vid. contra eum Phil. Cluver. de Germ. antiq. L. I. c. 3. p. 29. Conf. Summi Polyhistoris C.S. Schurtzfleischii Dissertatio de Marchia Misnensi. Ego id è dictis noto, nondum esse ad liquidum perductum, utrum Misnia, quàm latè porrigitur, Dalemincia audiverit, siquidem cùm in fines inquiro, & Ditmarum insuper sedulò perscrutor, vix patior à me impetrari, ut aliud quàm partem regionis, pago isto comprehendam. Porrò si vernaculum exemplar, à Reineccio evulgatum, Wendorum, ubi ad ipsos delabitur, mentionem injicit, non Vandalorum; vitium non Autori, sed interpretis incuriæ causa est cur imputemus. Vid. lib. cit. p. 212.

X. Refert alioqui, ut sciamus, qui populi *Dalemincios* præcesserint, & quibus appellati fuerint modis, quando neque fundamentum intelligitur, neque ordo hujus rei satis perspicitur, si nolimus diligentiùs id explorare. Sic autem *Petrus Albinus* recensuit, è *Reineccii* sententia, qui Misnicam terram coluêre, & seriem ab ipso contextam hanc invenimus.

Ascanes
I
Hermiones
I
Hermunduri horumque accolæ
I
Mysi (*f*)
I
Slavi, sive Wendi,
I
Coloni Saxones
Franci, &c.

Wendorum nomina exhauriunt
I
omnem Gentis latitudinem, ùt:
I
Venedorum, Sarmatarum, Slavorum,
magnæ alicujus nationis, ùt Sorabo-
rum. (*g*)

I
partem duntaxat, suntque
I
I
I (*h*)
populorum, ipsa
comprehensorum, ùt Glomaciorum,
Daleminciorum, (*h*)
Milzenorum, (*i*)
Nisanorum, (*k*)
Luzicorum. (*l*)

(*f*) Non

(f) Non patitur instituti hujus ratio, singula, quæ in schemate sunt, resecare ad vivum, quandoquidem quô ordine Gentium natales se excipiant, & à fonte suo fluant, accuratiùs jampridem demonstratum fuit. Id de Mysiis habeo monere, horum, qui ex Asia in regionem hanc veniisse eos cupiunt, Melanthonem fuisse Ducem, & eorum conjecturas elegantes auctoritate suâ non mediocriter corroborâsse. Vid. epigramma græcum à Fabricio latinè editum. Conf. oratio de regione & gente Mysorum, à Joanne Homilio recitata.

(g) De Sorabis liquet, ipsorum complexu omnes populos ambiri, qui è Venedico sanguine olim Misniam obtinuerunt. Ideo sub ipsis Dalemincii fuêre, tanquam præcipua & nobilissima gentis portio, quorum qui à capite ordiuntur res evolvere, principiò Sorabicas antiquitates, post Wendorum in universum migrationes & progressus recognoscere, oportet. Conducunt ad hoc institutum, præter vetustissimos scriptores, quæ Jornandes annotavit, & ex Adamo Bremensi Helmoldus Presbyter accepit, cum Arnoldo Abbate, Kranzio & Chytræo. Quibus addimus Martinum Cromerum, Historiæ Polonicæ Conditorem, in Germanicum idioma rudi charactere olim versum. Non obest quidquam Sorabicus limes, vel longiùs protractus interdum, vel arctiùs viciſſim circumscriptus & conclusus. Nam à Sala ad Svevum à quibusdam extenditur, à quàmplurimis verò Albis ripa terminatur. Monachus Pirnensis inter Muldam & Plisiam constringit: alii inter Salam & Elistrum. Quoniam enim vox antiqua est, & à Karoli M. ævo frequenter usurpari cœpit, antequam Dalemincíorum fieret mentio, populi quem signavit, variam secuta est fortunam, & perinde ut de illo constat, vel manavit latiùs quandoque, vel se contrahi sivit, & angustiores terminos accepit. Vid. cum Adone Viennensi Aimon. L. IV. c. 74. 81. 102.

(h) Dalemincios Slavos Soraborum effecisse partem, nemo, ût opinor ego, dubitat. Quam in sententiam Henrici III. Cæsaris Diploma allegatur, Burgwardum quendam sive Præfecturam donantis, in Dalemincia jacentem, & Serebetz nominatam. Alibi Aimonius de hoste quodam Imperatoris loquitur: Ludevicus ad Sorbos, quæ natio magnam Delmatiæ partem obtinere dicitur, fugiendo se contulit. Qua in recitatione offendit, quod Delmatiam cum Sigeberto & Ursbergensi expressit, quæ Dalemincíæ non est affinis: & quod partem tenuisse prodidit, qui omnem Misniæ oram rapuerunt, armisque aliquando subjugârunt. Quod si nostros hæc non tangunt,

tangunt, equidem teſtimonio caremus, at non argumento omni, Sorabos toti Miſniæ incumbentes, & imperio ſuo graves conſtituente. Vid. cum chronico Goſicenſi Coſmas Pragenſis, è quo id compertum eſt, Miſniam à Bohemis Sirbiam fuiſſe dictam, pro qua Spangenbergius Sorbiam legi oportere judicavit.

(i) Haud capio, quod Albinus conſignavit, Ditmarum Præſulem Sorabos in Dalemicios, Slavos, ac Milcienos diſpertiri. Perinde ac ſi plures populi non eſſent præſtò, qui æquè quidem, ùt hi duo, Soràborum in cognatione partibusque numerantur. Etſi hæc ſapientiùs ſcribat, quàm id eſt, quod fortè cuipiam in mentem venire poſſet, Dalemincios & Milcienos unam inſediſſe regionem, nec diverſas extitiſſe gentes. Secus efficit, ut ſentiamus, chronicon Merſeburgenſe Ditmari, in quo ambas quidem nationes inſtar diſtinctarum memorari, tùm Milcienos ibi poni intelligimus, quò Dalemînciis non potuit patere acceſſus, aut porrigi ipſorum fines. Sic enim de Henrico Cæſare, à Bohemia expeditionem moliente, expoſitum eſt ibi: Ipſe verò cum Bojemorum Duce novo Milzienos, qui tùm ſibi fuêre proximi, terminos per ineffabilem itineris difficultatem adiens, Budiſſinam urbem poſſedit. Lib. VI. p. 132. Quæ cùm lego, incredibili voluptate afficior, quoniam cum his, quæ Celeberrimi Scriptores commentantur, conſentire animadverto. Tradit Joannes Dubravius, Epiſcopus Olomuzenſis, antiquitus Serbios eſſe nominatos, quorum pars fuêre Milciani, notatione ſitûs à ceteris diſtinctis, & pago Niſeni & Budeſin, unde poſtea Marchia Budiſſinenſis dicta eſt, comprehenſi. Adeoqué non potuit eſſe immemor Diplomatum, ab Imperatoribus Saxonicis & Salicis datorum, in quibus ſignantur Milciani, haud ſanè alii, quàm qui hodie Luſatiam ſuperiorem colunt. Lib. II. Hiſt. Bojem. p. 14. quemadmodum apud C. S. Schurtzfleiſchium eſt, in elegantiſſima ac perquàm erudita diſſertatione, quæ de Luſatia inſcribitur. Proinde jam abſterreor, ne Reineccio me dedam, in quantùm Sorabos Slavos Milcienos modò à priſcis, modò Dalemincios fuiſſe dictos putat. Sicut ex his Gentibus cum Dalemincios Henrici Aucupis ævo, Milcienos autem Henrici II. temporibus floruiſſe ſcribit, fidem haud meretur. Aliud namque Ditmarus indicat, quoties Henrici Regis & Imperatorum ſequentium ætati Milcienos aſſignat cumque aliis Wenderum innectit. Vid. Proœm. in Ditmar.

(k) Falsò creditur, Dalemincios & Milcienos Soraborum Gentem exhauſiſſe, ſiquidem Niſani pari jure iſtuc ſpectant, & Glomazios Wendos

Wendos quàm proximè attingunt. Patet è Diplomate Pontificis, quo Præsulatûs Misenensis terminos designavit, his inter alia verbis usus: Ubi caput & fons est aquæ, quæ dicitur Odera, inde quasi recta via usquè ad caput Albeæ, inde deorsùm ad occidentalem partem, ubi divisio duarum regionum est, Behem & Nisen. Et verò in literis, ab Henrico IV. Cæsare profectis, Burgwardus quidam nominatur, in Provincia Niseni, qui Gozebudi pagum habuit, quem Costebaudam esse hodie, satis luculenter mihi constat. Ad hæc Diœcesis Nisicensis Archi-Diaconi, cujus in Episcopatu illo extitit peculiaris dignitas, sic signata est, ut Brisnicium, Kotsenbrodam, Dresdam, plurimosquè circùm pagos comprehenderit, limiteque suo terminârit. Præterea in tabulis Brunonis, Antistitis Misnensis, territorii cujusdam mentio facta est, quod Nisen audiit, castellumque Scharfenbergium finium complexu includit. Quibus quando hæc adjungo, quæ in chronico Pegavienſi de Viperto Comite narrantur, ipsum dotis loco Budissin & Nisin à Bohemis tenuisse, haud est, quod ulterius requiram. Liquet enim satis, Nisenorum oram, ubi Dalemincia finivit, habuisse initium, cùm versùs Budissinam, tùm ad agrum Bohemicum quàm longissimè porrectam. Conf. literas Henrici II. anno 1013 & alias Bennonis ac Witigonis, anno 1071 & 1269 consignatas. Add. Ditmar. L. IV. p. 16. & L. VI. p. 134.

(l) De Luzicis exploratum debet esse, utrum populis Sorabicis accensere, utrum verò à Nisanis & Daleminciis divellere oporteat, quo sic ineptæ tractationi satisfiat, & via ad sequentem feliciùs communiatur. Enimverò ad dijudicandum utile est, quod in præcedentibus adduxi, Joannis XIII. Diploma, in limitum enumeratione porrò hæc recensens: & sic sursum ultra Provinciam Nisici, ad ipsum terminum: nec non in altera parte Luzicii & Selpoli, & sic usquè ad civitatem Sulpize, illam videlicet infra eundem sursum usquè ad caput ejus. Præsules Misenenses indicat versùs orientem usquè ad Luzicos potestatem suam porrigere, quorum pagum à Selpoli & Nisici regionibus manifesto discrimine sejungit. Quod si mihi conceditur, Merseburgii Præsulis, è quo harum rerum antiquitates maximam partem haurire oportet, testimonium adducere, illustrem invenio characterem, quem signavit ratione sequenti. Exercitum autem nostrum cum prosperitate ad locum, qui Dobraluh dicitur, in pago Luzizi venientem, Henricus & Jaromirus Duces ad supplementum ejusdem cum suis properantes lætificant, majo-

reque

reque consilii ac fortitudinis spe roborant. Et paullò post illa: Inde Provinciam Nice vocatam itinere attingentes juxta Sprevvam fluvium castra metatus est. Ditmar. L. VI. p. 134. Huic commemorationi acquiesco, id ex ea suspicari contentus, Luzicos ultra Albim, ubi qui Lusatiam inferiorem tenent, hodie reperiuntur, sedem sibi statuisse. Quapropter si hoc verum est, quod Viri Summi pericripserunt, utriusque cùm superioris regionis, tùm inferioris populos, Soraborum nomine fuisse insignitos, Luzicos equidem à Luticiis, ab ipsis procul constitutis, non à Dalemincìis nostris, quibuscum communem ortum servant, removere in universum necesse habemus. Vid. Albert. Kranz. Sax. L. I. c. 1. Meibom. in pag. Luzici Conf. Adam. Bremens. L. I. c. 34. Helmold. L. I. c. 7. ubi de Susis fiunt verba, quos quidem Lusos maluissent legere, Luzicosque sunt interpretati. Addatur denuò Ditmar. p. 155. ubi Geroni, Lusatiæ Marchioni, urbs quædam in pago Luzici postea tribuitur.

XI. Postea verò quàm natales visi sunt Wendorum incolarum, ad fines *Dalemincìæ* appropinquamus, & quaquaversus antiquitus descriptos cum cura ac diligentia in posterum scrutamur. Sic autem *Ditmarus* in chronico suo delineare est aggressus: Et hæc provincia ab Albi usque in *Caminizi* fluvium porrecta, vocabulum ab eo trahit derivatum. Sed non longè à prædicto amne in pago *Chutizi* dicto. Quæ nemo propemodum aliter accepit, quàm *Caminizi* esse fluvium, in Sudetum radicibus ortum, qui à fonte suo manans ad *Chemnitium* urbem descendit, eamque præterlapsus absolvere cursum suum pergit, donec paulò infra, ubi *Wechselburgum* est, in Muldam *Zviccavienſem* recipitur. XI.

XII. Ex his manifestum evadit, *Dalemincìæ* limites versus orientem quidem Albim reperiri, ad meridiem verò lineam, paulò suprà Misnam incipientem, & ad amnis fontem in *Zvvenicium* perductam. Adde ipsum fluvium à *Ditmaro* nominatum, atque aliam insuper lineam, ab ostio ejus ad *Leisnicium* oppidum, longiùsque protractam, & sic oram hujus Provinciæ non modò versùs occasum Solis, sed ex juxta Septentrionis plagam circumscribi & concludi deprehendes. (*m*) XII.

(m) Vid. chron. Mogellanum, ubi Spangenbergius refellitur, & limites regionis consimili ratione statuuntur. Quippe secundùm eam Dalemincia à Misniæ confiniis ad Chemnicium, è regione verò ad Leisnicium se porrexit, Mogellam & Ossacium ambiens, nec non ad Mutinensem & Wurcenum Comitatus fines suos extendens.

XIII. XIII. Quanquam verò ea certa sint, tamen observari adhuc debet, Scriptores Chronicorum, Viros pios alioqui & diligentes, in eo sibi non constare; quòd infrà Ileburgum *Grunam* arbitrantur extitisse, *Dalemincorum* civitatem. Ipsi enim Provinciæ terminos hos designârunt, qui eò usque protensi esse ac patere nequiverunt. Faciliùs assentiremur de Kora, arce ad *Gnansteinium* posita, si testimoniis veterum probari posset, ad regionem, quam describendam sumsimus, pertinuisse, & à Ducibus *Glomaziorum*, quod illi inquiunt audacter, ædificatam & insessam esse. (n)

(n) Tradit quidem istud, quemadmodum id, quod de Gruna recensuimus, Optimus Vir, à quo Mogellæ memoria æternitati consecrata fuit, sed Autorem, quô se muniat, non adducit. In reliquis autem commodè sentit, & Fabricium opinionis suæ habet Patronum. Annal. Urbis Misniæ ad ann. 928. ubi Ditmarum in eandem sententiam allegat & interpretatur.

XIV. XIV. *Petrus Albinus* Nivemontius in finibus Daleminciæ circumdandis contrariam rationem fuit ingressus, quam verbis manifestis aperuit, tùm argumento non uno (o) confirmavit ibidem ac stabilivit. Utùt enim liberaliter hoc fateatur, se antea quàm diligentiùs de proposito negotio cogitâsset, haudquaquam dissensisse, & *Chutici* pagum Chemnicio fluvio ob eam rem apposuisse, tamen ad Ditmarum redeuntem necessariò inquit sententiam suam immutare, & amnem longè nobiliorem significari, statuere fuisse compulsum.

(o) Et verò non probari ipsi potuit, cum fines Dalamineiæ versùs Thuringiam indicandi forent, Chemnicium amnem ad id fuisse adhibitum, qui exiguus est, & vix octavum lapidem ab ortu suo absolvit. Quo pacto Dalemincia non adipiscitur sufficientem descriptionem, quoniam longiùs decurrebat, & alio fluvio manante ulteriùs insigniri habebat necesse. Adhæc commodùm eveniebat Albino, quod Ditmarus meminit, de Præsulatu Merseburgico, cùm is discerpe-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1 ZEN Leibn. Marg. 48, [278] - 266

cerperetur, Antistitem Misenensem consecutum fuisse partem, quæ intra Albim & Caminizi fluvios constringebatur. Nam quia Merseburgica Diœcesis nequaquam huc pertingebat, sed perinde ùt Præsulatus Citizensis ripa Muldæ terminabatur, oportere ait ea ex causa, ut amnis constituatur alibi, longiùsque ad occasum flectat. Vid. Ditmar. L. III. p. 55. ubi hæc est invenire: Volceldo autem Misnensis Ecclesiæ Antistiti pars illa conceditur cum adpertinentibus villis, Wissebürg & Lostata una, quæ ad Gutici Orientalem pertinet, ac fluviis Caminitz Albique distinguitur. Alius character à Ditmaro est exhibitus, quando quæ Ottonis Cæsaris munificentia Bosoni Merseburgico attribuebat, sic in chronico suo persequitur: Imperator huic paucas villas concessit, ad prædictam urbem pertinentes, & in pago Chutici positum quoddam castellum, quod Medeburc vocatur. Jam id à Brotusio est annotatum, supereſſe pagum quendam, Plisiam versùs & Elistrum, haud procul à Rætavia, Frisiorum clientela, situm, qui Medeburn vocetur. E quo istud porrò colligitur, Chutici pagum non ad fluvium Chemnicium, sed Elistri ripas esse postea quærendum. Si enim probè ponderetur, quid Chutizi toties commemoratum, aut Gutizi sibi velit, non planè nihil id persvadet, Sceudicium esse, quemadmodum nunc appellamus: præsertim si inspiciantur, quos crebrò jam adduximus, Annales Ditmari L. IV. Cum quibus conf. Brotuf. L. II. c. 3. Tandem Lostatæ commemoratio, quæ Albino Lauchstadium est, & Gruna ad inferiorem Muldam posita, singula eò pertinent, ut multò, quàm in schemate deprehenditur, ampliorem regionem nobis relinquant. Vid. Albin. p. 432. seq. chron. citat.

XV. Antea verò, quàm hæc *Albini* perquiramus, *Brotusio* oportet satisfieri, *Dalemincia* fines sic ordinare olim aggresso, quasi ad utramque Muldæ ripam protenderentur, *Lisnicensis* Comitatûs territorium, intervallo ad *Lupfurdum* sive Misnam urbem perducto, ambientes & complexi. Quæ asseveratio testimoniis caret, & alioqui terminos angustiores comminiscitur, quàm fieri conveniebat. Ideò illam non operosè argumentis jam refellimus, sed silentio duntaxat confutamus. Quod si laxiùs oporteat intelligi, quæ de Muldæ ripis commentatur, non omninò inficior, eum veri limitis rationem propemodum fuisse assecutum. XV.

XVI. Cæteroqui pondere valent, quæ *Albinus* conquisivit, ad muniendam suam opinionem, etiamsi talia non sint, quibus evertendis machinæ non sint præstò, aut nequeant à nobis admoveri. XVI.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [279] - 267

veri. Nam præterquam quod auctoritate caret inventum Viri doctissimi, omnesque experitur sibi adversarios, etiam rationibus manifestis (p) oppugnatur & convellitur. Quin imò ipse hoc non postulat, qua est modestia, ut sine tergiversatione confestim ab omnibus recipiatur, sed Antiquitates Misnicas scrutantibus proposuit, ut hinc occasionem explorandi diligentius, meliusvé quid inveniendi adipiscerentur.

(p) (1) Id est manifestissimum, Elistrum, vel Plisiam Ditmaro non venisse in mentem, cùm fluvium Caminizi commemoraret, quia non modò separatim amnes nominat, sed in dispertitione Diœceseos Merseburgensis, partem Elistro, Milda & Sala comprehensam, ab ea, quam Albis & Caminizi sepserunt, valde luculenter distingvit. Sic enim sonant, quæ ibi loquitur: Pars Episcopatûs nostri, quæ jacebat inter Salam & Elistram & Mildam fluvios, & Plisni, Vedu, & Tuchurino pagos, cum villis passim & piscinis, Friderico Cizensi datur Episcopo. Reliqua ad Volcoldum Præsulem pervenerunt, quemadmodum in sequentibus, jam à Nobis allegatis, hoc apertè est perscriptum. (2) Haudquaquam veri speciem, aut similitudinem aliquam habet, pagum Chutici, qui exiguam Misniæ partem claudit, fluviis latè fusis, longissimoque à se invicem recedentibus, circumdatum à Ditmaro descriptumque fuisse, qui alioqui accurationi studuit, & propinquæ terræ spatium diligenter exquisivit. (3) Non insolitum novumque fuit, si Antistitum Merseburgensium ditio se extenderet ad limites in schemate repræsentatos, quandoquidem ipse Albinus Episcopatuum duorum, Merseburgii nimirum & Citicensis, terminos ita statuit conspectui nostro, ut linea ad Wechselburgum pertingens, & ibi angulum faciens, ipsos mutuò separaret. Quapropter desinat mirari, portionem exiguam, in pago Gutici inveniendam, etiamsi ad Chemnicium appropinquaret, tamen Merseburgiorum, non Præsulum Misnensium imperio curaque subjectam fuisse. (4) Veritati consentaneum non est, terram ad Elistrum jacentem, dilaceratis à Gisilero & distractis possessionibus, Diœcesi Misenensi accrevisse, cùm alii Præsules propiora ei acciperent, & juxta Mildam posita nanciscerentur. Quæ cùm è Ditmaro expendo, non patior me induci, ut removeam ad Plisiam vel Elistrum, quæ ad alteram plagam & superiorem Misniæ regionem procul dubio vergebant. (5) Quod de Mulda fuit dictum, sic interpretor, ipsum quidem Præsulatus istos discriminâsse, verùm non sic exactè, quemadmodum Albinus judicavit.

Contra-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [280] - 268

Contrarium perſpicitur è recenſione Ditmari, quam ſequentia abſolvunt verba: Sibi autem retinuit Giſilerus undecim urbes, quarum ſunt hæc nomina: Scudici, Cotug, Worzin, Bigni, Ilburg, Dihni, Pug, Luibanici, & Gezeriſca. Wurcena ergo Merſeburgicis obtemperavit, priuſquàm in Præſulis Magdeburgenſis poteſtatem conceſſiſſet, quam verò civitatem ad ulteriorem Muldæ ripam pertinere, nemini non eſt compertum. Hæc igitur legens non mediocriter afficior, & in ſententia priori confirmor, præſertim quando librum ſeptimum evolvo, ubi talia reperiuntur conſignata: Tunc Imperator & Archi-Antiſtes juſſerunt mihi, ut parochiam in Orientali parte Mildæ fluminis jacentem, i. e. in Burgwardis Bichini & Wurcin Eilhardo concederem, & quam ille in occidentali ripa tunc teneret, mihi, hoc nunquam deſideranti, relinqueret. En! poſſeſſionum permutatio, quæ antequam ſuſciperetur, Epiſcopus Mersburgenſis ripæ Solis ortum reſpicienti, Miſnicus verò occidentali adjacentem parochiam habebat, quam Ditmarus invito animo ſuſcepit, & cum ſua permutari ſivit. Vid. vita ejus, è Codice quodam MSto à Reineccio publicata p. 259. (6) Regionem Pliſia & Eliſtro terminatam, & pagos ad ipſam ſpectantes, alibi enumerari videmus, verbis neque difficilem intelligentiam habentibus, neque ſinentibus quidem dubitare, hæc & Caminizi amne circumfuſa ad diverſas plagas tendere, penitusque inter ſe diſcrepare. (7) De Chutici verò per commodum accidit, quòd Præſul ſæpè laudatus, & ex eo Albinus prodidit, duos eo nomine ſignificari pagos, quorum alter orienti magis vicinus fluvio prædicto irrigatur, alter verò ad occaſum declinans Medebur comprehendit, quem, niſi ineptiat, nemo amplius oppoſiturus eſt, aut eo velut argumento quodam adversùs nos pugnaturus. (8) Idem habeo reſpondere ad Loſtatæ commemorationem, quæ ſi non una extitit, quemadmodum Ditmarus indicabat, alteram quidem ad Daleminciam referemus, cum Wiſſeburgo pari modo in hiſtoria recenſito, alteram verò Lauchſtadiam eſſe patiemur, quæ procul abeſt ab hac ora, eivé apponi vel includi nequaquam debet. (9) Quanquam verò quæ adducta à nobis fuerunt, controverſiam non continuò ſopiant, aut rem in vado locent, tamen validum haud dubiè eſt argumentum, quod ab expreſſa Caminizi fluvii mentione deſumitur, cùm invertat omnem ſecùs cogitandi rationem, & ad Eliſtrum vel Pliſiam confugientes aſſeverationis falſæ manifeſto reos evincat. (10) Ad hæc exploratiſſimum eſt, Daleminciam à Ditmaro non ſic extendi, quaſi ad inferiorem Miſniæ oram patuerit, vel terminos ſuos Thuringiam versùs latiſſimè habuerit ſtatutos

& prorogatos. Aliud saltem vastatio significat, à Bohemorum multitudine, barbara feritate grassantium, illata, qua unius diei intervallo universus pagus miserè direptus fuit ac depravatus. Vid. Ditmar. L. V. p. 116. ubi hæc inveniuntur: Totus hic pagus, qui Glomaci dicitur, in una hac die, igne, gladio, & habitatoris eductione flebiliter desolatur. (11) Longè illustrius testimonium idem Scriptor suppeditat, quando de Henrici Ducis itinere sequentia exponit: post hæc Henricus Bozlaum, Ducem Bojemorum, cum suis adiit, honorificèque ab eo susceptus, cum exercitu ejusdem à finibus suis per Niseni & Daleminci pagos usque ad Mogelini ducitur. L. V. p. 65. E qua narratione conjectura fieri potest, Dalemincia finiente, Mogelini pagum, vel novæ regionis oppidum, iter illac facientibus occurrisse. Unde Grona Dalemincia castrum appellari nequit, siquidem infra Ileburgum situ suo removeatur. Et verò (12) de Grona sic existimamus, si in Annalibus rectè legitur, ubi Kietæ faciunt mentionem, vel Kietni porrò oculis subjiciunt, vel de Erasmi Stellæ sententia, Gietanam consignatam nobis sistunt, præposteram non fore expositionem, quæ de Geita id interpretaretur, quod oppidum veterem Dalemincium contingebat, & etiamnum hodie sic appellatur. Sin verò Gemblacensis potior est, cùm Ganam nominat, urbs fuit propè Janam fluvium fortassè, cujus memoriam fieri potest, ut pagi ad hunc diem existentes, è veteri calamitate & excidio servârunt. Et quidem, si id fateamur, Gronam esse retinendam in lectione, quandoquidem ùt plurimùm sic inveniatur, tamen nulla cogit nos necessitas, ut infra Ileburgum Urbis rudera quæramus, cùm argumentum istud svadens imbecillius sit, quàm ut causæ hujus dijudicationem eidem permittamus. Vid. Erasm. Stella lib. allegat. Spangenberg. apud Albin. p. 78. conf. p. 95. & 145. Adde Ursbergensem, aliam lectionem suppeditantem, apud Meibomium, qui arcem Gronde ad Visurgim, cum Grona Daleminciorum nil commune habere, tempestivè & sapienter annotavit.

XVII. XVII. Præterquàm autem, quod sic animadversum est, *Wisseburgum* & *Lostatam*, cum *Gana* Urbe munitissima, (q) *Dalemincia* civitatibus castrisque annumerari, aliàs insuper vel urbes, vel munitiones expromemus, quarum cùm situm dubitatione vacare perspicimus, tùm mentionem præclaram vetustissimorum Scriptorum monumenta fecisse invenimus. Pertinet autem ad hanc recitationem inclytum regionis hodie caput, (r) in Pontificis Diplomate *Daleminciæ* attributum; & quæ olim urbium princeps extitit,

extitit, *Lomacia*, (*s*) Wendorum Dynastarum celeberrima cultissimaque sedes, quam palus admirandæ antiquitatis evexit, & ad omnem posteritatis memoriam nobilitavit. His adjungo Burgwvardos veteres, *Zadili*, *Boruz*, & alium in Diplomate Cõnradi Marchionis, ad *Ganam* amnem collocatum. (*t*) Tandem castellum *Cirin*, ubi hodie pagus est, epigrammate *Taubmanni* facetè aliquando notatus, hanc recensionem, ob id quod Ditmari tempore notissimum fuit, (*u*) subire debet & locupletare.

(*q*) Firmam & propugnaculis munitam adversùs hostium impressiones H. Mutius testatur, qui hanc causam pertinaciæ ferociæque incolarum fuisse scribit, quæ animum Henrici exacerbavit, sic ut iracundia ejus non nisi sangvine restingui posset & satiari. Chron. Germ. L. XII. Reliquos eo nomine pagos, Dalemінciæ limitem ingredientes, superesse adhuc hodie videmus, alterum propè Misnæ suburbia, in Schleiniziorum clientela comprehensum: alterum versùs Mogellam positum, & itinere Caroli V. Cæsaris, cujus castra ibi biduum durârunt, in historia celebratum. Sic enim in Ephemeride itinerum hujus Imperatoris, ad annum 1547. Mens. April., quo tempore in Joann. Fridericum, Electorem Saxoniæ, ducebat, annotatum reperio. 22. Hoven & Ganam pagos ad IS. Qua & ipsa die fuêre ad nonam usque nebulæ. 23. Ibidem permansum est fueruntque & ea die usque ad decimam tenebrosæ & perdensæ nebulæ. Conf. Thuan. L. III. Hist. p. 68. seqq. ubi iter magnâ diligentiâ recenset, sed vocabulis valdè inflexis, & interdum planè corruptis, ut vix agnosci queant.

(*r*) Verba in Diplomate Pontificio concepta sequentia observatu fuêre digna. Iidem Gloriosissimi Imperatores postulârunt à Nobis, quatenus Monasterium, quod pro remedio animarum suarum primitus constrúi, & in honorem Beati Joannis Evangelistæ consecrari fecerunt, super ripam fluminis, cui nomen est Albea, in civitate Misna, sita videlicet in Provincia, quæ dicitur Dalemincia. Ideoque Misnam ad Dalemінciam referri oportet, quam dubium non est adversùs Dalemінciorum Gentem, quæ circumfundebatur, ab Henrico conditam fuisse. Quod enim de Milzenis dicitur, quemadmodum Viros summos non prohibuit existimare, & Bohemorum & Polonorum excurrentium immanitatem, suscepti consilii, & fundatæ civitatis causam extitisse; ita nullum affert impedimentum cupientibus asseverare, Henricum simul in animo habuisse Dalemінcios à se repressos hoc quasi freno coërcere, & hostiles ipsorum impetus per militem præsidiarium, è

castro

castro munitissimo deinceps propulsare. Ceterùm sapienti consilio à fortissimo Rege, in medio duorum populorum, inimicis animis irruentium in se, urbs locata & constructa fuit, ut limites adversùs utrumque firmaret, èque uno latere Milcienos prospiceret, Nisanis mistos atque inclusos, alterum verò Daleminciis ostenderet, quorum regio ad Scharfenbergium castellum, ùt in priscis tabulis est, deficiebat, penitusque claudebatur.

(*) Principem voco, quæ nomen à palude sortiens universæ regioni impertivit, obque eam rem sic pòst exsplenduit, ut Daleminciorum Slavorum metropolis non immeritò habeatur. Itaque quæ in populum honorificè dici queunt, hoc oppidum præcipue afficiunt, & ad amplificandam ipsius celebritatem appositè referuntur. Quanquam Scriptores temperare sibi debeant, ne quod universam provinciam attingit, perinde accipiant, quasi civitatem unam spectet. In qua parte neque chronica debitam semper cautionem adhibuerunt, neque Celeberrimi Commentatores existimationi suæ fideique historiæ consuluerunt. Exempli causa, cùm Ditmarus memoriæ prodit, Boleslaum Bohemum pagum Glomaci depopulatum esse, èque pristino cultu & abundantia in solitudinem ac vastitatem redegisse, non modò Georg. Fabricius in Annalibus suis, sed & Petrus Albinus in Commentario rerum Misnicarum de oppido Lomacio interpretantur. Sic enim prior ad annum 1017. Lomacium oppidum, & villa Zerena in aditu Chelebosci cremantur. Hic autem similia refert p. 119. & 260. Quem secutus autor chronici Lomacensis non modò calamitatem prædictam, sed & cultum de toto pago intelligendum, ad urbem unicè restringit. Ceterùm vera est, quam faciunt illi, conjectura, urbem & primordia sua & incrementa atque splendorem à fonte admirabili duxisse, cùm fieri nequiverit, quin tàm certis creberrimisque portentis ibi visis, magna hominum ethnicorum multitudo ad eum locum confluceret, & sacrorum celebratione, fortasse etiam conventuum Reipublicæ causâ instituorum frequentia, non mediocriter illustraret. Sive itaque è pago civitas aliqua repente exurgeret, sive Wendorum opera prorsus nova egrederetur, perinde quidem accidit, ut superiori tempore meminimus interdum evenisse, quando miracula conficta, hominumque miserorum superstitiô, & monasteriorum magnificis structuris, & pagis juxta ac civitatibus originem largiebantur, subitosque progressus efficiebant. Vid. chron. Lomacense & Mogellanum, quorum Editores recitationum suarum fundamenta ab Albino desumserunt. At verò primus & antiqvus hac in parte Scriptor, cujus & sententi-

centiam explorare, & autoritatem sequi nos oportet, Ditmarus Merseburgius habetur, qui de Glomaci fontis, & paludis hinc stagnantis natura, in chronico suo sic differere pertexit. Cùm bona pax est indigenis profutura, suumque hæc terra non mentitur fructum, idem tritico & avena ac glande refertus, lætos vicinorum ad se crebrò confluentium efficit animos. Quando autem sæva belli tempestas ingruerit sanguine & cinere, certum futuri exitii indicium præmonstrat. Hunc omnis incola plus quàm Ecclesias, spe quamvis dubia, veneratur & timet. Eadem è Ditmaro refert Erasmus Stella, paludem hanc ad duodecim passuum millia ab Albi sejungens, quam secundo tamen lapide à fluvio illo positam esse, Antistes idem confirmat. Enimverò Chronicon Lomacense non habuit cur Ditmarum incusaret, propterea quod intervallum haud rectè fuerit dimensus, longiùsque pronunciaverit, quàm fieri oportuisset. Ego autem Præsulem excuso, quem ratio metiendi ætate ipsius recepta, & terminus designatus, ripa nimirum Albis, omni culpâ liberat, facilique negotio absolvit. Alioqui hujus pulcherrimæ narrationis, præter Georgium Fabricium, & Matth. Dresserum, opportunè recordatur Petrus Albinus, qui paludem inclytam à pago contermino Polznênsem hodiè nominari, verè & prudenter observavit. Mihi autem quod natales præbuit, Strigenicium, cùm proximè à palude dicta abest, ad quam jactus tormenti minoris facilè pertingit, spatiumque interpositum emetitur, tùm agro sibi assignato ad eandem se obvertit, situque pariter & districtu viciniam propinquam servat. E regione verò ejus Derssenicium comparet, eôdem positu respiciens paludem, neque longiùs ab ea discedens, qui pagus utrum claustro Monialium antiquitus excelluerit, Sicerodam postea translato, quemadmodum in catalogo cœnobiorum Misniæ recitatur, dispiciendum aliis relinquo. Id interea è vocum terminatione, & aliis insuper characteribus rectè conficitur, hos & reliquos complures, qui circum magnâ multitudine se sistunt, ob pingvissimum videlicet ac fertilissimum solum, à Venedica gente excultos fuisse, cui rei profectiones ad fontem susceptas, & hominum concursum eò factum profuisse, mihi admodum probabile veroque simillimum videtur. Quamobrem incredibilem ex eo capio voluptatem, quoties contueor antiquissimis Scriptoribus celebratum & portentosum fontem, qui quanquam eâ profunditate hodie non sit, quam Albinus ipsi tribuit, nec venis hujusce modi quidem gaudeat, quæ exsiccari ipsum non patiantur, tamen ob mirabiles eventus, & vetustatem suam, memoriamque multarum rerum, quas in animum revocat, jucundissimum adspectum præbet, mirificasque cogitationes gignit.

(t) Burgwardum Zadili, qui Ecberti Marchionis Comitatui innexus fuit, Diploma Henrici IV. anno 1074. Provinciæ Thalemenche assignat. De quo reliquam videmus arcem, ad Albis ripam, infrà Misnam civitatem sitam; Burgwardi Boruz propè fluvium, qui Albea dicitur, tabulæ donationis meminerunt, quibus Otto II. Præsulatui Misenensi ipsum tradidit, cujus appellationem pagus quidam ad Episcopatûs bona spectans, in hunc diem conservavit. Ceterùm Gana rivus etiam hodie durat, & propè Risam oppidulum, olim cœnobio, nunc Nobilium Sede clarum, in Albim exoneratur. Quo de Merseburgici Annales sic prodiderunt, dum militum Polonorum excursiones referunt: Qui depopulantes, & ubi ignis inveniebatur, omnia usque ad Gana fluvium concremantes, serò lassis revertuntur equis. Lib. VII. p. 196.

(u) Zerenam memorant Annales, quando expeditionem Bolizlavi persequuntur, sequentibus quidem verbis: nec mora, exercitus jussu Ducis in quatuor dividitur, & ad Cirin castellum vespere convenire præcipitur. L. V. p. 115.

XVIII. XVIII. Vel limitem signant, vel in confinio *Dalemincie* sunt positæ, de quibus exponendum mihi restat. (*vv*) Et verò *Strelam* impressio Poleniorum, & oppugnatio à *Guncelino* Marchione tentata, & conventio dotalis, qua in Bohemorum Ducis Filiæ peculium perveniebat, antiquitus ipsi celebritatem circumdederunt. Eodem verò tempore *Mogelina* caput erexit, cujus situs ex itinere patuit, fortitudo autem habitatorum ex deleta Bohemorum legione, quam cùm astu primùm delusissent, postea ferro aggressi ad internecionem ceciderunt. Quod quemadmodum ad *Mogilinæ* commendationem pertinet, sic ad laudem civitatis exiguæ procul dubio istud vergit, quod eandem virtutem in bello Germanico, adversùs varias hostium machinationes demonstravit, veteresque laudes egregiè renovavit, & cedentibus munitissimis oppidis, invicta nihilosecius perstitit. *Rochlicium*, vetus *Hermanni* & *Eccardi* Marchionum Burgvvardus, prisco illo ævo similiter jam fuit notus; nec minoris quidem celebritatis urbs ipsa ex Scriptoribus comparet, *Guncelini* jussu, qui à Strela cum contumelia discesserat, animumque ultionis avidum explere cupiebat, in cineres redacta. Vetustiorem tamen istis universis,

sis, & hybernis Karoli Junioris nobilitatam, Belegoranr Annales nobis sistunt, quam tabulæ *Ottonis* II. civitatis nomine insigniunt, Diploma verò Conradi Marchionis pagi appellatione impertit, in quo burgvvardum *Treſcovvo* nominat, & huic *Schremſenicium*, quod hodie *Schirmenicium*, Thuano autem corruptè *Schermeſſerum* audiebat, ſubfuiſſe ſignificat. In hac civitate, expeditionibus adversùs Boleslaum ſuſceptis, copiæ Cæſaris utplurimùm conveniebant, indeque per Luſatiam & Sileſiam proficiſcebantur, quæ Polonico Imperio, latiùs multò, quàm hodie ad nos porrecto, iſtis ſeculis obſequebatur.

(vv) Limes Septentrionalis non æquè accuratè explorari potuit, ut alter versùs meridiem, ideo de his urbibus haud ſimplici locutione ſententiam noſtram declarare viſum fuit. Ceterùm quæ de Strela ſcripſimus, inclytæ Pflugiorum Gentis ditioni hodie ſubjecta, apud Ditmarum continentur, L. V. p. 108. & 115. L. VI. p. 153. De Mogilinenſium aſtu & felicitate ſingulari vid. idem Scriptor L. V. p. 16. De virtute autem in bello Germanico contra Svecorum aſſultus & oppugnationes, chron. Mogell. paſſim, quòd legens Antiquitatis recordatione afficior, & ad comparanda priſca cum recentibus factis inſtigari me perſentiſco. Rochlitium Burgwardum Annales citati memorant L. VIII. p. 245. Urbis autem juxta Mildam flumen poſitæ, & incendio conſumtæ, mentio ab ipſis facta eſt L. VI. p. 153. Quod reliquum eſt, de Belegora ad Geronis prædia ſpectante, in eadem hiſtoria aliquid perſcriptum extat, L. VI. p. 155. quo in loco vocabulum exponitur, quaſi pulcher mons per illud ſignificaretur, cùm tamen Venedicæ linguæ gnari ſic interpretentur, ut album montem ipſis denotet. Conf. p. 162. nec non L. VII. p. 222. ubi hæc eſt legere: neq; tacendum eſt, quòd alii milites Bolizlavi urbem Belegori dictam, XVIII. Cal. Sept. aggreſſi, & bello eam impugnantes diutino, Deo gratia, nil proficiebant. De expeditione Karoli Junioris, vid. præter Adonem Viennenſem, Aimon. L. IV. c. 81. à quo Karolo ſtatuam Rolandi adhuc hodie reliquam eſſe, ingenti magnitudine è lapide confectam, & ad curiæ latus in oppido illo erectam, Albinus judicat p. 88. Lib. cit. Cujus rei vel veritatem, vel cauſam indagare cupientes, ad Hermannum Conringium viſere oportet, qui de ſtatuis Rolandorum pereruditè diſſeruit, Exercit. III. de Rep. Imp. Germ. p. 107. ſeq. Ceterùm Schermeſſeri recordato, in men-

tem venit de juvene ruſtico, qui Cæſari copias transmiſſuro & vadum indicavit, & viæ ducem ſponte ſe præbuit, quò injuriam à Saxonicis acceptam ulciſceretur. Cujus hominis poſteritatem adhuc hodie ſupereſſe, à Viro Illuſtri accepi, utpote qui aliquem vidiſſet ipſe, per literas ſupplices in aula petentem, quò ſibi beneficium quoddam impertiretur, ſiquidem à ſtirpe ejus deſcendat, qui Familiæ Electorali, hodie rerum apud nos potienti, inſignem fidem exhibuiſſet. Vid. Thuan. Hiſt. L. III. p. 70.

XIX. XIX. Ex his, quæ de civitatibus dicta ſunt, ad Remp. progreſſus argumenta pariter & indicia licebit ſumere. Enimverò Slavorum populus non abhorruit à ſocietate cultuque humano, ſed ordinem, quem imperandi leges ſanciunt, animo non illibenti ſapientiſſimoque conſilio eſt amplexus. Proinde neque Regum Majeſtatem revereri grave ſibi duxit, neque Ducum imperium, ſi moderatum eſſet, pati non ſuſtinuit, & licentiam immodicam, quæ in populari ſtatu viget, civili unius potentia temperavit ac repreſſit. Quod quemadmodum de Venedis univerſè cognitum habemus, ſic de Soraborum multitudine, Ducibus ſuis parere haudquaquam detrectante, ſimiliter ex Annalibus liquet; qui quanquam adſtrictius gubernari haud facilè ſe paterentur, tamen libertatem ſic tenebant, ut obſequium & venerationem cum faſcibus ultrò ad ipſos deferrent. Equidem amplificandæ felicitati *Glomaciorum* magnopere conduxit, quòd non modò regionem per ſe opimam ac fertiliſſimam fuiſſent nacti, ſed ut exſplendeſceret præterea, cultuque florentiſſima efficeretur, (x) nulli rei nullisque laboribus ſuperſederent. Ut igitur fortunis ſuis conſulerent, & Soraborum juxta conſuetudinem Rempublicam ſuam ordinarent, imperium unius minimè pertimuerunt, (y) ſed Ducali faſtigio inſignitum, obtemperandi juribus communire, & exemplis à ſe profectis roborare ſunt aggreſſi.

(x) Teſtimonio ſuo id confirmat Præſul elogiis noſtris major, quando calamitatem à Boëmorum graſſatione profectam his verbis deſcribit: *Totus hic pagus, qui* Glomaci *dicitur, optimè tunc excultus, in una hac die flebiliter deſolatur.* Vid. loc. allegat.

(y) Boleslaum, Delmantiæ Ducem, inter alios qui Henrico Aucupi præſtò

præstò fuerunt, quo tempore decretoria pugna cum Hungaris confligere parabat, recensuit Chronicon Saxonicum, ab antiquo Monacho concinnatum, & à Joh. Pomario primùm, post à Matthæo Dresslero auctius & castigatius editum p. 85. ubi Boleslaus octavus & ultimus inter Duces comparet. Hanc recitationem verò è Spangenbergio desumtam esse, & chronicon ipsum fatetur, p. 80. At vetustiores inter, qui de prælii hujus fortuna & eventu tradiderunt, eminent Luitprandus L. II. c. 9. Otto Frisingensis L. VI. c. 18. nec non Liber Ludorum Trojanorum, quos Sidonius Apollinaris agones Drepanitanos nominat L. II. epist. 2. Ceterùm Duces Regesque Slavinos in Annalibus Francicis est observare, ad ann. 805. 806. 871. &c. ut & penes Albertum Stadensem & Helmoldum in chr. Slav. L. V. c. 12. Cum quibus conf. quod Albinus de Miliducho, Soraborum Duce, ex iisdem monumentis annotavit. p. 89.

XX. Ingenium *Daleminciorum* & religionis curam Slavica Gens universim visa nobis sistit, cui & Asiaticum quid, & græcum assignare quàmplurimi ex Antiquitatis testimonio (z) non dubitârunt. Itaque in periculis & calore pugnæ magnanimos atque feroces, in consilio capiendo peritos & callidos, in Reip. administratione æquitatis ac justitiæ studiosos, in religione verò, quàm præscripserant sibi ipsi sequendam, vehementer pertinaces atque devotos, & ut verbo dicam, in barbarie Sarmaticis populis familiari non prorsus barbaros ipsos depinxerunt, qui mores quanquam cultu ad superstitionem flexo, multitudine Numinum confictorum (a) portentosis fœdissimisque cerimoniis non mediocriter contaminarentur, tamen pietatem ipsis curæ fuisse, & Cyclopicam immanitatem displicuisse significant. Enimverò difficilimos experiebatur, qui à prisca fide ipsos abducere, & ab erroribus ad veram de religione sententiam revocare cupiebat, cùm neque opinionem, quam semel imbibissent, libenter deponerent, neque legem sibi dictam, etiamsi extrema alioqui perferenda forent, reciperent vel servarent. Idque nusquam fortè manifestius perspiciebatur, quàm apud *Daleminciorum* populum, (b) quippe qui talia ad limpidas fontis aquas designaret, qualia reliqui sanguinis & studiorum affinitate ipsis conjuncti, in lucorum XX.

rum umbris & consecratis nemoribus perficiebant. Adeo & purioris cœtûs consortium aspernabatur, & præstigias ludosve Dæmonum oraculorum fidei longissimè præferebat, & meliora docentes capitali odio velut acerbissimos inimicos persequebatur.

(z) Dubium illud est, quod ex Homero petitur testimonium, sive quisquis est, cui Strabo L. XII. adscribit. Quanquàm enim Philippo mirificè placuerit, & ab omnibus, qui se ipsi permiserunt, propemodum receptum fuerit, tamen & de Paphlagonibus incertum est, & de Henetis in Argonautico carmine, nec non ab ipso Homero commemoratis, minimè pervestigatum ostensumque liquidò, Venedos attinuisse. Quo de argumento Phil. Cluver. evolvi debet in Germ. antiqv. De Scriptoribus verò, qui cùm pro altera sententia, tùm ad rationem nominis in universum cognoscendam allegari solent, consulatur Chytræus in Vandalia sua, ubi tum Ptolemæum, Tacitum & Plinium nominat, hic potissimùm instituto ejus inservit. L. XXXVII. c. 3. Vid Homer. Iliad. β. cujus sententiam Strabonis interpres feliciter expressit. Herodot. Τερψ. 15. Germania Taciti, à Philippo illustrata, in chron. Peucer. ab initio.

(a) De Slavinorum idolis vid. Joh. Lindenerus, quem vulgò Monachum Pirnensem vocant, in Onomastico, seu chronico suo juxta numerum concinnato; item autor chron. Saxon. p. 208. ubi Plinsium, & p. 216. ubi Prononen, Ridegastum & Siebam depingit. Conf. Helmold. L. I. c. 53. Kranz. L. II. c. 25. Ad. Bremens. L. I. c. 6. De Svantevicio & Zernebogo commentatur Emserus in vita Bennonis c. 19. De Trigla verò Sabinus in libello de Brandenburgo, Marchiæ Metropoli.

(b) Non caret ratione, quod Erasmus Stella prodidit, ad inclytam paludem Wendorum Diis fuisse sacrificatum, quorum & nomina extiterunt fœdissima, & forma prorsus fuit terribilis, & significationes futurorum eventuum deplorandos errores in animis miserorum hominum vehementer stabiliverunt. Sic enim Ditmarum interpretor, quando indicat, Slavinos huic fonti plus esse solitos tribuere, quàm ipsis Ecclesiis, eumque sanctissima cerimonia venerari & colere consveviss̃e. Ceterùm quid vetat, quò minus ad Dalemincios referam, quod idem Præsul de Arno Wirzeburgensi Antistite narravit, ipsum in pago Chutici à Slavis fuisse trucidatum. Sic enim habent, quæ de Martyris calamitate recitat. Sed non longè à prædicto amne, in pago Chutizi dicto, Arnus, Episcopus Sanctæ Wirceburgensis Ecclesiæ IX., cùm ab expeditione Bojemorum reversus juxta plateam in parte septentrionali, fixo super unum collem suimet tentorio, missam caneret, hosti-

hostili circumvallatus agmine, præmissisque omnibus per martyrium suimet cum sociis semetipsum obtulit Deo Patri DCCCXCII. Dominicæ Incarnationis anno, temporibus Arnolphi Imperatoris, cum oblationibus consecratis in sacrificium laudis. Ubi hodie sæpe accensa videntur luminaria: & sanctos Domini Martyris hos esse nec Slavi dubitant. L. I. p. 1. & 2. Conf. p. 8. 39. 56. 223. &c. ubi plurima invenies ad capita & fervorem religionis Deorumque cultum, in Slavorum populo spectantia. De sacris verò christiano ritu ordinatis apud eandem gentem vid. Chytræus L. I. p. 35. & seqq.

XXI. Cetenùm bellicosum fuisse *Glomaciorum Wendorum* ingenium, cùm argumento à fortitudine totius populi accepto, tùm variis expeditionibus in eos indictis, ac denique Marchia adversùs eorum impetum & ferociam constituta, efficitur planum, facilique negotio demonstratur. Qua in parte cùm sibi ipsis non satisfacerent aliquando, barbaros homines in fœderis societatem adsciscebant, inque Germanicum sangvinem, sibi vehementer suspectum & invisum, grassandi non faciebant prius finem, quàm ductu & auspiciis Henrici, horumque Principum, qui limitaneo magistratu fungebantur & potentia ipsorum paulatim frangeretur, & eò res ad ultimum deveniret, ut frenum discerent mordere, jugumque moderatè ferre, à quo tantopere abhorruissent, & cui propulsando sanguinem pariter & opes suas diu frustra insumsissent. (c) XXI.

(c) Prohibet institutum hujus tractationis, ut, quæ ex Annalibus in eam sententiam afferre possum, singula copiosiùs persequar, aut commentatione prolixa lucem ipsis affundere laborem. Quapropter Witichindi Monachi recitatione contentus ero, & autoritate testimonii gravissimi in capite præsenti utar, seriemque rerum gestarum ita quidem ex eo pertexam, quemadmodum ipse exemplo suo mihi demonstravit. Et verò posteaquam Henrici Aucupis militiam impetumque in Dalemincios exposuisset, sic de Hungarorum copiis, in subsidium ab hostibus evocatis, perseverat explicare: Prædictus igitur exercitus Ungarorum à Slavis conductus, multa strage in Saxonia facta, & infinita captâ prædâ, in Dalamantiam reversi, obviam invenerunt alium exercitum Ungarorum, qui comminati sunt bellum inferre amicis eorum, eò quòd auxilia eorum sprevissent, dum illos ad tantam prædam duxissent. Unde factum est, ut secundò vastaretur Saxonia ab Ungaris, & priori exercitu in Dalamantia secundum expectante, ipsa quoque in tantam penuriæ miseriam ducta sit, ut aliis nationibus eo anno, reti-

relicto proprio solo, pro annona servirent. En calamitosum fœderis exitum, & perfidiam barbarorum immanem! Quibus Dalemincios nostrates parem postea retulisse gratiam, Witichindus eodem libro ad hunc modum est persecutus. Avares igitur agentes per Dalamantiam, ab antiquis opem petunt, amicis. Illi verò scientes, eos festinare ad Saxoniam, Saxonesque ad pugnandum cum eis esse paratos, pingvissimum pro munere eis projiciunt canem. Et cùm non esset injuriarum vindicandi locus, ad aliam pugnam festinantibus, cum ridiculosa satis vociferatione longiùs prosequuntur amicos. Hæc sanè & mutuò tunc & impunè ipsis facere licebat. At verò pessimè cessit, quam Henrico, Hevellorum jam victori, opponebant audaciam, quam quemadmodum castigaverit, ex Annalium Corbeiensium Scriptore porrò audiamus. Cùmque illa urbe potitus (Brennaburgum intelligit,) & omni regione, signa vertit contra Dalmantiam, adversùs quam jam olim reliquit ei Pater militiam: & obsidens urbem, quæ dicitur Grona, vigesima tandem die cepit eam. Præda urbis militibus tradita, puberes omnes interfecti, pueri ac puellæ captivitati servatæ. Eôdem modò H. Mutius de expugnatione urbis differit, Henricum dispositis Brennenburgi rebus, continuò in Daleminciam duxisse, qua ne potiretur tota, cùm Gronam sibi obstare animadverteret, admoto exercitu postulâsse deditionem, fore enim, ut æqua conditione, vitâ & facultatibus salvis, paciscerentur. Quod cùm illi non acciperent, munitioni urbis sisi, & non modò superbiùs respondérent, sed tela in hostem ejaculari, crebrisque eruptionibus inferre cladem minimè cessarent, irritatum Regem militibus suis edixisse, ut omnes puberes ex utroque sexu interficerent, pueris modò & puellis servatis, urbeque ipsis in prædam concessa. Sic igitur repressis populi viribus, jam non amplius mirabile videri cuipiam poterit, quod & Witichindus Monachus & Ditmarus Præsul consensione quâdam stili perscripserunt, Daleminciam Henrico tributariam esse factam, & libertatem suam amisisse. Vid. Witichind. Annal. L. I. H. Mutius in chron. Germ. L. XII. Ditmar. L. I. p. 6. Ceterùm finiente Republica, neque cessavit regionis nomen, quod circa extrema seculi XI. usurpatum esse certò scimus, neque Venedi desierunt habitare pulcherrimas sedes suas, donec multitudine colonorum, civiumque Misniæ veterum, vel oppressi & extincti, vel in angustias præcipitati obscurivé redditi, vel moribus ad elegantiam compositis emolliti & mansvefacti, vel expulsi denique & in alia domicilia translati, patriam nostram peregrini sangvinis commercio liberarent, & Germanica stirpe satos emergere rursus, ac possessionem sibi debitam recuperare paterentur.

D. O. M. VITA

VITA
B. WALTGERI,
ILLUSTRIUM
COMITUM HERVORDIENSIUM
IN WESTFALIA ULTIMI,
ex vetusta membrana edita.

L. B. S. P.

CODex, *in quo vita hujus* Waltgeri *Herfordiæ servatur, membranaceus est, ejusq; inscriptio talis:* Vita B. Waltgeri. In hoc libro etiam habentur privilegia per Summos Pontifices & Venerandos Imperatores Monasterio Herverden collata, cum eorum declarationibus, quem studiosè custodiri convenit, ne ab eodem Monasterio furto aut incuriâ abalienetur. *Scriptor, seu Encomiastes, Waltgeri* Wigandus *erat, Presbyter Bilefeldensis, teste Hermanno Portfeldio* in chron. suo Herford. MS., *cujus fragmenta habeo. Mons* Dorenberg *dicitur etiam* Dürinberg, Thorberg, Dornberg. *Avum Waltgeri* Adolfum *Portfeldius meus* Protoscribam *vocat &* arcanorum Regis custodem ac explicatorem. *De Jovis arbore, quam, dicente Gregorio Papa,* Bonifacius *subvertit, vide me sis prolixiùs alibi.* P. III. Zeitkürtz. erbaul. Lust them. 92. *Junge, si vacat,* Hachenberg. German. med. dissert. VIII. §. 24. seq. & Aventin. L. III. Annal. Bojor. p. 147. edit. Francof. 1627. *Ceterùm somnia & visiones splendidissimæ crebriùs fabricâsse cœnobia, testantur origines Monasterii Virginum* Bodecensis *in Diœcesi Padebornensi,* Schat. P. I. Annal. Padeborn. p. 112. seq. Monum. Padeborn. edit. I. p. 127. seq. Ilfeldensis *ad Hercyniam,* chron. Riddageshusan. Meibom. T. III. Rer. Germ. p. 348.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [293] - 281

seq. Cathariniani *nostri in suburbio Georgiano ad semitam* Hist. m. Isnac. §. 40. *ut sexcenta alia sicco transiliam pede. Copiam verò hanc authenticam esse, tres attestati sunt Tabelliones publici manibus sigillisq; suis*, Hermannus Schmakpfeffer, *in Camera Imperiali immatriculatus*, Petrus Panthæus, *&* Henricus Porhorst. *Quod verò* Wigandus *de* Jodoco, *Præsule Padebornensi, insperſit, erroneum est, siquidem nullus hujus nominis in Syllabo Antistitum istorum reperitur. Fortè* Theodoricum *intelligit, obscuri nominis Episcopum, ipso fatente* Schatenio l. c. p. 241. *qui ab AC.* 908. *usq; ad* 915. *sedit. Quamvis etiam* Svanehildis *nomen in indice Abbatissarum non extet, suspicor tamen, ipsam præfuisse Congregationi Herfordiensi ante primam* Immam. *Quò verò annò præcisè vel cæperit, seu desierit, non liquet. Vixerit tamen fortè circa AC.* 907. *& seqq. ante terribilem irruptionem & vastationem Hunnorum. Deus Te servet! Ferrariæ Thuringorum Annò Gratiæ MDCXCVIII.*

* * * * * * * *

IN NOMINE DOMINI.

Incipit vita B. Waltgeri, Confessoris Christi, cujus transitus agitur XVI. Kal. Decembr.

UNiversitati Filiarum B. Mariæ Dei Genitricis & S. *Waltgeri* in Hervorde Wigandus, pauper & exiguus, post hujus vitæ exilium cœleste bravium. Dilectio Vestra, imò devotio sincera, quam erga Deum & Sanctum suum *Waltgerum* habetis, jubet, ut ultrò aliqua de gestis & vita ejus velim excipere, & futuræ successionis memoriæ styli officio commendare. Ad quod opus peragendum licèt me videam minùs idoneum fore, cùm Vobis debeo parere, cùm perpendam, tàm nobile thema honestiorem personam decere, & mihi ruricolæ despicabili tantùm rusticana congruere. Sed Vos attentiùs Deo commendate, ut per virtutem vestræ orationis pro voto fiat Vobis, quod exigitis.

De

De prædicatione B. Bonifacii Episcopi.

CUm per universum orbem omnes Nationes sub cœlo nectar prædicationis famelico ore degustarent, & Gentium populo, qui in umbra mortis sedebat, lux divini verbi luceret, nec esset angulus, qui se à calore fidei occultaret, *Winfridus*, qui & *Bonifacius*, natione Britto, revelante Spiritu Sancto, divinæ legationis spermologon, concessû Beatissimi PP. *Zachariæ*, partes Galliarum, Svevorum, Franconum, Hessonum quoque & Thuringiorum visitavit, ibique semen verbi Dei, quasi sator fertilitatis, seminavit.

De conversione Saxonum.

POstea verò ut etiam funes prædicationis extenderentur in præclaris convertendis Saxoniam adivit, & saxea corda gentilium Dominicæ prædicationis aratro mollificans fructificavit, factumque est, cùm seges divini agelli cœpisset multiplicari, fanaque dilapidari, Ecclesiæ fabricari, Sedes Episcopales per Eum, amminiculante Glorioßissimo *Karolo*, cœperunt ordinari. Præterea multi Nobiles & ingenui Viri *B. Winfridum* imitati, prædiis & mancipiis divinæ venerationis templa dotaverunt, nonnulli etiam se mundi floridis abdicaverunt, & piis actibus florentes solummodò theoreticæ vitæ subdiderunt, ut meritò de terra ista, cui benedixit Dominus, præclara hereditate ejus facta, illud Cantici Canticorum dictum sit: *flores*, i. e. sancti Viri, *apparuerunt in terra vineæ*. F. O. D. I. Congregationes fidelium ardore bonorum operum cum fragrantia svavitatis coram Deo & hominibus enituerunt. In hujusmodi præclaris veluti ingens sidus in Westphalia effulsit dilectus Deo & hominibus, nomine *Waltgerus*, cui officium styli nostri famulari cupimus, generis excellentiâ clarissimus. Hæc interim de Gentis hujus conversione summatim prælibabimus, modò etiam seriem narrationis ordientes de Domino *Waltgero*, Hervordiensis Ecclesiæ Fundatore primo, qualiter & quomodo sors voluntatis Altissimi in eum, & in omnem heredem ejus, ceciderit, procedemus.

De ortu Ludovici Imperatoris.

SUprà memoratus Romanorum Imperator Augustus *Karolus*, shortatu Matris, filiam *Desiderii* Regis Longobardorum uxo-

rem duxit, eamque post annum, dato libello repudii dimisit, postquam nobilitatis magnæ feminam ex Alamanorum prosapia, *Hildegardam* nomine, contectalem accepit, de qua tres filios, *Karolum* videlicet, *Pipinum* & *Ludovicum*, & totidem Filias generavit.

Quod temporibus Ludovici claruit Dominus Waltgerus.

IGitur *Ludovico*, *Karoli* Magni Filio, post discessum Patris, Monarchiam regente, religio christiana in pace, & in fundandis cœnobiis, in processione justitiæ & Legum, Ecclesia cœpit pollere.

De ortu ipsius.

EO tempore in partibus Westphaliæ in monte, qui dicitur *Dorenberg*, habitavit felicis memoriæ Dominus *Waltgerus*, ex Patre *Dedda* nomine & Matre *Ecvvi*, fidelibus natus, possessionibus & facultatibus ditissimus; & licet terrenis divitiis foret præditus, magis tamen fulciebatur mentis opibus, juxta illud Psalmistæ: *divitiæ si affluant, nolite cor apponere:* non eum divitiæ ducere poterant ad interitum, cum quibus ei semper in voluntate erat dissidium. Ps. LXII.

Quod ex Avis Gentilibus & Atavis natus sit.

EX Avo *Adolpho* Gentili & Ava pagana, Patre & Matre tantùm, ùt dictum est, Christianis scilicet, ceteris hîc memorandus de parentibus ortus est ethnicis, ùt *stella matutina* in tenebris, & ùt *svavis rosa* prodit è spinis.

Quòd Avus ejus temporibus Karoli fuerit.

POstquam præfatus Princeps Glorioſus, Augustus *Karolus* de hostibus Romani Imperii victoriâ potitus ubique gentium manentibus, rebellem Saxoniam suo dominio subjugavit. Idem *Adolph*, Secretarius *Widekindi* Regis Saxonum, ejusdem Domini *Waltgeri* Avus, sœpe dicendi id loci, quod prætaxavimus, *Doringberg* possedit; & licèt gentilitatis errore velatus, tamen honestis & piis oneribus, sicut de *Cornelio* legimus, insistebat.

Quòd Karolo venationis dona transmisit.

HIc, ùt præclaram famam *Karoli* audivit, nomen ejus & robur admirans, & honorem Principatui deferens, *piscationis* & *venatio-*

nationis Xenia per admodum honorificas personas transmisit. Rex autem perpendens talem honorificentiam sibi à pagano homine exhibitam, summa cum exhilaratione inclinans, divinæ Majestati acclivis, gratias agens, eò quòd videret Dominum etiam per nomen Regium venerari à paganis.

Quomodo conversus est.

ET mox eundem *Adolphum* sine dilatione accersivit, exhortansque divinæ auctoritatis sermonibus imbuit, nec non per piam ammonitionem ejus conversum lavacro salutis ablui mandavit. B. *Gregorius* id temporis Sedem Apostolicam, & Karolomannus Romanum Imperium gubernavit, ut in gestis B. *Bonifacii* invenimus. Et cùm audîsset idem Papa memoratus, Saxoniam & Principes ejus ad fidem Christi convolâsse, Apostolico exemplo invitatus, qui, sicut in Actis Apostolorum legitur: *cùm audissent, quia Samaria recepit verbum Domini, gavisi sunt, mittentes ad eos Petrum & Johannem:* ita quoque Ipse jucundabatur va de, misitque Presbyterum suum, nomine *Dodonem*, ad eundem B. Bonifacium, & salutavit in hæc verba:

GRegorius, Servus Servorum Dei, Reverendissimo Fratri & CoEpiscopo *Bonifacio* Apostolicam benedictionem. Benedictus Dominus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui secundùm magnam misericordiam suam, & per prædicationem tuam Saxoniam regeneravit, in spem vivam, & Principes ejus, *Covam* scilicet ut & *Rulewich*, *Uldericum* & *Dedda* eduxit de tenebris ignorantiæ in admirabile lumen suum, ita, ut nunc sint Deo populus acquisitionis eò, quòd per fidem, quam à Te susceperunt, agnoscant faciem æterni luminis. Epistolam à Tua Dilectione transmissam *Denehardus* Presbyter

ter præsentavit, per quem, pronunciante Archi-Diacono *Stephano* de titulo S. *Susannæ*, audivimus, in Saxonia operarios paucos esse verbi Dei, quòdque messis multa pullulaverit. Quapropter à latere nostro *Dodonem* de titulo *Pastoris*, ut Principibus memoratis in verbo Dei præsit, destinamus, illique curam prædicationis in vice nostra committimus. Ceterùm Dilectissime, arbores illas, quas incolæ colunt, monemus, ut succidantur, sicut subvertisti arborem, quæ Jovis appellatur, quæ ab incolis venerabatur. De sequacibus etiam *Adelberti* & *Clementis* eliminatos de Ecclesia Te pronunciari volumus, quos etiam per Nos & à Beato Petro anathematiza in futurum diem æterni Judicis, & à Congregatione justorum scias esse seclusos, nisi resipiscant. Data prid. Kal. Jul. ad Sanctum Paulum.

Puericia virtutum operibus floruit.

BEatus *Waltgerus*, præclaræ indolis puer, cùm educaretur cara cum devotione à Parentibus, & jam esset in legitimis annis constitutus, non solùm temporis decursione scilicet & morum virtutumque crevit augmentatione, ut non immeritò ei conveniat
Ps. LXXXIV. versiculus ille: *Beatus Vir, cui est auxilium abs Te; ascensiones in corde suo deposuit.* Et iterum: *ibunt de virtute in virtutem, videbitur Dominus Deorum in Sion.*

Quomodo voluptates hujus seculi vilipendit.

TRanscursâ quoque metâ pueritiæ, in ea ætate, quæ solet juvenes ad luxus & voluptuosa lenocinia illicere, ipse corroborati-

one

one fidei pellices voluptatis & cœci amoris cum commentis monstrosæ cœnodoxiæ arentis mundi cœpit floccipendere, reputans secum illud Prophetæ: *Beatus Vir, cujus est nomen Domini spes ejus, nec respexit in vanitates & insanias falsas.*

Quòd post obitum Parentum omne matrimonium suum Deo obtulit, & nuptias sprevit.

PAtre verò & Matre interim vitâ decedentibus, cùm jam posset Vir Dei spiramine plenus matrimonio suo uti liberiùs, nuptias carnales, convivaturus in cœno nuptiarum Agni Dei, pro Domino sprevit, & tandem omnem hereditatem suam *Agno immaculato*, qui tollit peccata mundi, commodare cogitavit, respectu illorum, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Dominus diligentibus se, juxta illud Propheticum: *Justus miseretur & commodat, & semen boni operis & lucri crediti in benedictione erit*, quando ei dicturus est Dominus: *Euge, bone serve & fidelis, intra in gaudium Domini tui.*

Quòd primus in Saxonia fundaverit Congregationem S. Dei Genitricis.

MEmorandus itaque *Waltgerus*, primus in Saxonia humo fundator Congregationis in honore S. Dei Genitricis Mariæ, volvere secum cordetenus cepit, ubi locum divinis famulatibus aptum instituëret, cui omne matrimonium pro divina recompensatione Salvatoris omnium contraderet, & veniens in locum, qui *Mudehorst* dicitur, fundamenta jactavit, sed divinâ voce ad eum demissâ, non ibi structuram Domini voluntati placuisse, recessit. Hujus institutionis indicium usque in præsens ostenditur manifestum.

Quòd inchoaverit locum ad Olden-Hervorde, & quòd nocte destructus sit.

CUmque tàm piâ voluntate seroborante in loco, qui dicitur *Olden-Hervorde*, vovisset, opus præimaginatum perficere, fati importunitate, & nocturnâ, ut ajunt, destructione motus, cœptis cepit

cepit desistere, unde itum est ad arma orationis, confugiens ad Dominum sub asylum turris fortitudinis.

Ubi voluntatem Domini quæsivit & S. Dei Genitricis, & quomodo exauditus sit?

ET pernox insistens in vigiliis & oratione rem Deo piæque Ejus Genitrici desudabat committere, quatenus ubi dignatio Reginæ cœli opus cœptum voluisset initiare, ipsa Salvatrix & Domina mundi, Virgo Virginum, locum dignaretur insinuare. Clementissimus autem Dominus, qui propè est omnibus invocantibus se in veritate, sub ejusdem noctis intervallo geniculatim jacenti in oratione, per merita Sanctissimæ Parentis suæ, dignatus est locum optatum designare. Et quoniam *Matrem luminis* interpellavit, locum etiam optabilem constructionis prævium lumen indicavit.

De Visione Vituli.

GLorioso igitur Viro *Waltgero* ab oratione surgente descendit Spiritus Domini se ducente vacca, quæ *candoris nivei* præivit, utroque cornu cereum ardentem ferens, & ad rivulum *Aham* usque perduxit. Erat autem ibi præ affluentia aquarum confusa & cenolenta assiduitas, & paludum lutulenta profunditas, ibique serpentium & repentium, & onocratali commoratio, ubi nunc Sanctorum est habitatio.

Ubi fundavit Ecclesiam?

GRatulabundus autem Beatus *Waltgerus* in id loci ædem Ecclesiæ de lignis erexit, titulumque sub honore Domini & Sanctæ *Mariæ* Indicis suæ fieri decrevit, alterque Jacob altare construxit, ubi nunc venerabile ejus corpus quiescit, & ibidem omne matrimonium suum solemniter quàm devotè obtulit: unde ob hujus ostensionis memoriam usque hodie vitula datur ibidem Deo servientibus in hujus Patris anniversaria die, ne id facti oblitteretur, sed annuatim visio B. Viri renovetur.

Ubi

Ubi profectus est ad Regem Anglorum.

TAli modo piis omnibus peractis, honorificè divino accensus desiderio, pro Sanctorum reliquiis, Angliam decrevit adire, & depositâ Nobilitatis purpura, & pretiosorum equorum vectura, jam miles Christi pro purpura vilissimis panniculis induitur, & pro equitatura bacello utitur, comitantibus Viris quatuor in fide ferventissimis, sive Presbytero capellano quodam, *Dodone* nomine, secum commeante, itineri desiderato cepit insistere. Cumque Vir pro Deo pauper factus cum pedestri comitatura in locum veniisset, *Marsvelde* dictum, civis futurus Summi Regis pera peregrinationis velatus, se præsentiæ dedit Anglorum Regis; Dominus *Waltgerus* autem pridem Regi erat notissimus. Nam, eo interveniente genero Regis Francorum reconciliatus, idem Rex Anglicus ei factus est amicissimus, quem Rex pro Regia magnificentia admodum benignè susceptum, cum obviatione Reginæ & Procerum, causam sui adventûs venerabiliter est scisitatus. Cujus inquisitioni Beatus *VValtgerus* desiderium suum aperuit, & quòd non pro aliis donis obtinendis exierit, quàm pro Sanctorum reliquiis indicavit. Tunc Rex audiens affectum Viri Dei petitionis, devotissimè reliquias Beati *Osvvaldi* Regis & Martyris donavit, insuper galeam & gladium, quo christianæ religionis hostes devicit, cum aliis Sanctorum pignoribus tradidit. Deinde mutuò valedicentes Dominus *Waltgerus Dorinberg* remeavit, ibique venerabiliter Sanctorum munera collocavit.

Quod quatuordecim præbendas &c.

VIr igitur Domini natalis soli penatibus redditus, veniens in locum, quem in memoriam excellentissimæ Virginis Matris Domini dedicari delegit XIIII. Virgines Intemeratæ Virgini obsequentes substituit, quibus victualem amministrationem habundæ ex propria hæreditate providit, secundùm illud Sapientiæ: stare fecit cantores, sive cantatrices contra altare, & in sono eorum dulces fecit modos, ut laudarent sanctum nomen Domini, & amplificarent

manè Dei sanctitatem. Et illud: requisivit modos musicos & narrantes carmina Scripturarum. Hæc sicut ex antiquorum fideli relatione accepimus, non omnia pro magnitudine audita, sed compilatim quædam exaravimus, quæ etiam tota Saxonia, vel Westfalia testante, vera esse non diffidimus. Ipse etiam locus Fundatori suo testimonium dat in omni sanctitate venerandus, sed & ipsius Domini *Waltgeri* familia in giro manens, & seniores confinii partium illarum fideliter affirmant, eaque annotavimus. O beatum Virum, qui pro possessione terrena comparavit æterna, dignum omnium hominum memoriâ. Quantam dilectionis puratis Patrem vestrum in cœleste requie nactum esse gloriam, cujus videtis, & omnis Saxonia miratur habitationem, & super terram exaltatam.

Quòd antiquiores nomen ejus laudandum nobis reliquerint.

ISte enim, ùt Filius Sirach in laude glorioforum Patrum dicit, in generationibus gentis suæ gloriam adeptus, & in diebus suis extitit laudabilis, & filii hereditatis ejus nomen ipsius laudandum reliquerunt; Filiis suis vobis dico, qui vespere & mane in ejus odis excubatis. Hujus enim memoria immortalis, licèt apud nos incelebris, apud Dominum, ùt idem fatetur, in benedictione erit, sicut & aliorum Sanctorum Virorum, quorum gesta & nomina, quia scriptis non commendata obliterata sunt, ignorantur: qui tamen resuscitati cum Christo regnare & in futuro examine censores nostri creduntur. Et iterum dicit: *ossa ejus pullulant de loco suo, & nomen ejus permanet in æternum.*

Quòd secundùm Evangelium crucem suam tulerit, & secutus sit Dominum.

TAndem felicissimæ memoriæ divinâi remuneratione dignus *Waltgerus*, cœnobio filiali dilectione fideliter dotato, sese omnium secularium rerum exemit, &, secundùm evangelicam

ammonitionem, nudus bonus Crucifer, Christum Christi æmulator investigavit, ibique quasi unus ex Deo ancillantibus esse cœpit, duas quoque præbendas, quamdiu vixit, post mortem verò unam, suæ singularitati delegit.

De Abbatissa Svvala, quam loco præfecit.

DEinde Summæ nobilitatis & prudentiæ feminam, *Svvala* nomine, de cognatione sua Abbatissam præposuit, quæ etiam in omni castimonia subditis usq; ad felicem vitæ terminum præfuit.

De pactione sua, quam fecit cognationi suæ & mancipiis.

PRæterea piâ commiseratione actus, omni posteritatis suæ successioni pactus est conditionali inscriptione, si aliqua cognationis suæ monasterium gratiâ religionis intrare gestiret, facilis ei aditus pateret, si tamen *libera* vel *nobilis* fuisset. Et si idonea persona cognationis suæ interesset, defunctæ Abbatissæ in regimine succederet. Et ne aliqui mancipiorum suorum pro aliqua criminatione membrorum imposterum debilitatis sentirent detrimentum.

Quòd ancillæ familiæ suæ in domibus Dominarum reciperentur.

INsuper quòd hanc pactionem fecit, qua feminini sexus infirmitas semper indigens est solatio quatenus ob sui memoriam, mulierculæ sui dominii & in domibus ancillarum Dei, quæ foris sunt, reciperentur, atque in earum manere paterentur ministerio.

Ubi profectus ad Regem sub habitu peregrinantis?

IIsdem temporibus pius *Ludevvicus* Imperator novam Corbeiam initiavit, multisque prædiorum dominationibus sublimavit, tunc Vir beatus sæpe dicendus *Waltgerus*, nutu Dei se instigante,

& Angelo Domini se comitante, Aulicus Supremi Regis pedester se palatio contulit *Ludevvici* Imperatoris, sub habitu peregrinationis, quem Rex quasi mendicum intuitus, ut cognovit Dominum *Waltgerum*, amicâ devotione suscepit, & quid tantæ nobilitatis homo voluerit, sub specie mendicantis inquisivit. Cui ille flexis poplitibus, unicam, inquit, *filiam* habeo, cujus indefessæ inopiæ subvenire nequeo, petoq;, ut hujus indigentiam regiæ Magnificentiæ tuæ suppleas opulentia.

Quòd secundùm jura Svessionis Hervordia instituta sit.

HUjus humilitati Rex commiserans, *Filiam* scilicet *Hervordiensem* Ecclesiam Regali Dominio commendatam, vel manumissam, in suam defensionem suscepit, & sicut *novam Corbejam* ad instar *veteris Corbejæ* exstruxit: ita istam secundùm jura *Suessionis* in Gallia constituit: Adhæc quicquid in prædiis, vel mansis *Corbejæ* contulit, tertiam partem Beatæ & Gloriosæ Dei Genitrici *Mariæ* pietatis amator obtulit, idque cyrographis & Sigilli sui impressione roboravit.

Indicium subjectionis Regio honori.

SEd & ut in aliquo subjectionem debere Regiæ ditioni cognosceret, decrevit, ut singulis annis in *Purificatione* Sanctæ Mariæ *cereum* ab Abbatissa Regia Dignitas missum acciperet.

Gratiarum actio, quòd ex misericordia Dei invenit gratiam in conspectu Regis.

BEatus ergò *Waltgerus* voluntatis suæ compos factus, *Hervordiam* repedavit, Dominoq; e Auxiliatori suo laudum vota libavit, eò quòd se in via peregrinationis suæ, ut quondam *Jacob* Patriarcham custodierit, & sicut *Joseph* in conspectu Pharaonis fecit habere gratiam, & *Danielem* coràm Rege Babylonis: ita quoque se misericordiam & gratiam ante faciem *Lodevvici* Regis invenisse dederit.

Quàm sanctè vixerit omne reliqvum tempus vitæ suæ.

SEd quàm laudabiliter & districtè in vigiliarum exercitatione, insuper contritione & carnis mortificatione, jejuniorum usitatione, quàmque sobriè & justè vixerit, officium linguæ enumerare nequit, qui magis corde, quàm ore, indesinenter cum Psalmista cecinit dicens: *cor detritum & humiliatum Deus non despicies.* Bene vigilia mentis & corporis vigilavit, quia, ut Beatus *Gregorius* dicebat, adventum Judicis semper suspectum habuit. Iste in dilectione Dei & proximi ferventissimus, & erga afflictos mitissimus, in omni vita sua virtutum operibus gloriosus, contemplativam vitam omnimodè secutus, & semper revelata facie mentis gloriam Domini speculatus, domos etiam, agros, possessiones, & familiam pro Domino respuit, operatus est justitiam, & præstolatus est repromissionem diligentibus Domini promissam.

De transitu Beati Waltgeri.

CUmque Dominus laborem boni certaminis Beati *Waltgeri* laureis vellet remunerare perennibus, febre correptus, viaticum Dominici corporis percepit. Et licèt gravedine infirmitatis vexaretur, tamen corpore & spiritu in Domino exultans XVI. Kl. Decembr. ad Dominum gloriosè migravit; De hoc exilio carnis sublevatus, velut in jubilæo summæ libertatis & æternæ pausationis, hymnidicis choris Angelorum ferentibus, ejus beatissimus spiritus repatriavit, gloriâ & honore à Deo coronatus.

Ubi sepultus est?

CUjus corpus cum vigiliis & orationibus & Missarum solemniis honorificè terræ est commendatum in Aquilonari parte civitatis in basilica, quam ipse fabricavit, ibique, Domino opitulante, variis infirmitatibus hominum & animalium subveniens, & in afflictione positis mitissimus, interveniente gratiâ Dei, claruit. Iste est, qui in populo suo mitissimus apparuit, sanctitate & gratiâ plenus; iste est, qui assiduè pro populo orat, & pro civitate ista. O nimis felix anima Beati *Waltgeri!* me, qui ob tui memoriam,

hæc collegi gesta, de instantibus necessitudinibus dignare tueri, & qui profundo iniquitatis dimergor, tribulationum agitatus procellis, Tu sis mihi anchora speranda salutis, ut de luto miseriæ te trahente valeam quandoque ad portum salutis enatare, tuâ fideli compassione patrocinante.

De miraculis post transitum Viri glorioſi.

POst transitum igitur felicissimi hominis multi ægritudinum varietate detenti, præcipuè dolore dentium & capitis, ad sepulcrum B. *Waltgeri* venientes, virtutem sensêre curationis.

Quòd vivens nullum fecerit signum.

ET nemo causetur, B. Virum in hac carnis fragilitate positum, signa, vel miracula non operatum, quia, sicut legimus, etiam *Ioannes*, inter natos mulierum maximus, signum fecit nullum, nec ideò minoris meriti eum esse dicimus, cùm signa facere concessum est etiam infidelibus, ùt ait Dominus: filii iniquitatis dicturi sunt: *Domine, Domine, in nomine tuo prophetavimus, dæmonia ejecimus, miracula & virtutes operabamur:* quibus profectò dicetur: *ite maledicti, nescio Vos.* Nunc igitur, cùm longùm est singulas virtutes, quæ auribus nostris illapsæ sunt, retexere, vel paucula, quæ nostris temporibus acciderunt, præsenti generationi nota, omnibus ejus Beatissimam animam diligentibus temptabo enucleatim edifferere.

De cœca muliere curata.

MUlier quædam *Geila* dicta commanens in nostra civitate, omnibus nostratibus nota, casu interveniente visu luminum est privata, quæ fideli mente tumulum B. *Waltgeri* sedula frequentavit, pro passione sua querelosorum voce eundem interpellavit; quis ergò tàm mitem tàmque misericordem virum subvenire infirmitati ejus voluisse diffideret, cùm cottidie animam suam ante sepulcrum Beati hujus effunderet paupercula illa, & obnixè preces dirigeret. Quid plura? mulier sanata est, vidit, gratias egit Deo & B. *Waltgero*, exivit & per multa tempora ibidem mansit.

De

De secunda tumulatione Beati Viri.

POst hæc sanctæ recordationis Abbatissa Domina *Svvenehild*, ob reverentiam Domini *Waltgeri*, basilicam super Venerabile corpus ejus de polito lapide construxit, eaque consummata in honorem omnium Apostolorum II. Kal. Septembr. per manus *Jodoci*, Venerabilis Patherbornensis Episcopi, consultoque Episcopo, pretiosum thesaurum in Aquilonari parte Ecclesiæ collocatum effodientes sublevaverunt, & mutato sarcofago, sacratissimos artus ante Apostolorum altare in decentiori mausoleo honorificè deposuerunt.

De muliere, cujus filium lupus rapuit.

ERat etiam in partibus Saxoniæ *Bebecha* nomine, Matrona quædam nobilis, cujus filius ex divina concessione sublatus est lupinâ incursione, quæ dum sollicita materno more tristaretur, gemebunda pro amisso pignore & familia lugubris cursitare, evagare silvas questibus pro puero cœpit replere, cui præ magno singultu hiscenti illabitur memoriæ, quòd audierat, B. *Waltgerum* omnibus in afflictione positis solitum subvenire; palmas supplices levavit, & ut solita clementia prolem à lupo prædatam mitissimus illæsam redonaret, magna cum devotione supplicavit. O matris miseræ miseriam & mœstitudinem in filium, & ô miram pietatem exauditionis Dei erga Sanctum suum! Per merita enim B. *Waltgeri*, sicut postea ipso puero prodente innotuit, lupus sœvitiei oblitus, sicut mater solet servare infantulum; ita hic custodiam in solitudine, minùsque rabidus die tertiâ reduxit, salvâ omnium membrorum compagine. O beatum Virum, per cujus laudabile meritum Dominus lupi refrenavit voragines faucium, ne sævires in puerum B. Viri clementiæ commendatum, qui quondam concluſit ora leonum, ne Danielem devorarent, nec non leonis, qui Prophetam inobedientem sermoni Domini occidit, stetitque juxta cadaver, & jumentum, ne vel asinum dilaniaret. O res mira adinstar hujus facti memoranda, quia servatur à fauce lupi caro & ossa pueri. Tunc mater à reduce lupo susceptum puerum continuò ad sepulcrum exauditoris sui, puero secum commeante, se contulit, & libera-

beratori suo oblationes deferens, grates quoque exsolvens libamina laudum quàm intimè libavit, deinde camisiam pueri, cum qua raptus fuit, coram sepulcro Salvatoris sui pependit, in monumentum suæ liberationis, & in ostensionem illius pietatis & glorificationis, veneratáque memoria Confessoris extra remeavit gratulabunda de receptione filii. Hæc breviter de gestis & miraculis post obitum B. *Waltgeri*, sicut audivimus, & vidimus, excepimus, per quæ quis, vel qualis fuerit, scire datur, quanquam eô verborum lepore carere fecerimus. Sed, ô lector, si tibi displicet vilitas meæ personæ, ne vel devies consultò à Viri beati dilectione pro meæ laudis assumptione. Nunc, ô Vos Filiæ Beati *Waltgeri*, precor, ut, qui hæc pro dilectione vestra & beati Viri memoria collegi, de vestris etiam orationibus confisum non desinatis B. Confessoris commendare intercessionibus. Aliud etiam accidit in Westfalia miraculum per B. *Waltgeri*, meritum, quod huic libello inscribere dignum duxi, & Vestræ pietati committendum. Quædam filia Ministerialis *Hervordiensis* Ecclesiæ de *Werdessen*, *Ermegard* nomine, unà cum marito suo *Werinberto*, in festo B. *Pusinnæ Hervordiam* venit, evolutâque festivitate in reversione equus mariti, in quo sedit, mortifera percussione subitò quasi exanimatus ad terram usque corruit, nullaque ei curatio, quâ quidem equis solent mederi, profuit. Quid multa? ubi humana eos deseruerunt solatia, B. *Waltgeri* Confessoris cum omni clientela sua quàm intimè invocârunt suffragia, tandem per manus servulorum utcunque levatum fidelis conjunx sonipedem mense è lumine morbidum secumque nutantem & claudicantem atque casum minantem tendendo trahendoque vix reduxit, & lumen B. *Waltgero* non incredula de ejus juvamine, quia omnia possibilia sunt credenti, quàm devotè obtulit. Quid multa? felix anima hujus exoratur, exoratrix exauditur, equus ipsâ horâ curatur, ipsaque insidente in id diei nobilissimum equorum incessum obtinuit, quem antè habuit, quo usque hodie fruitur, & exinde B. *Waltgeri* meritis fit prerioſior.

De eo, qui blasphemavit memoriam B. Waltgeri.

EVolutis aliquot annis, familia *Hervordiensis*, unà cum civibus communicato consilio, felicis *Waltgeri* animæ memoriam instituе-

ſtituere inchoata quadam in pauperes diſpenſatione, & in Veneratorum hujus Beati collectione, & victus collatione civibus, & ex adjacentibus locis confluentibus tripudium fiebat commune. Igitur tali actione & affectione quidam civium nobilitatis haud infimæ, *Erp* nomine, monebatur à conjuge, ut fidelis Viri memoriæ intereſſe vellet, & Beatiſſimæ ejus animæ Venerator exiſteret. Qui avertens ſe gravi cum indignatione æmulatores hujus memoriæ nugaces fore, civesque omnes aſſeruit nugas gerere; Tali modo igitur memoriam Viri Dei inficiante, immò adnihilante nox ſupervenit, quâ ſanus ſe ſopori vellet dare, mox quod per divinam ultionem diro tactus verbere, blaſphemiæ ſuæ recepit talionem. In illius enim noctis intervallo ſubitò verenda clandeſtina parte natium puſtula cœpit prodire, & ad inſtar digitalis articuli ſurgere, pro cujus incommoditate indefeſſo clamore angebatur, ut ob eam inter mirabilem cruciatum jam pene deſperaretur, uxor maritum, omnisque familia flevere Dominum, veluti quem jam videbant propinquare ad exitum. Tandem injuriæ memor, quam erga Virum Dei protervo ore protulit, facti ſui pœnitens, vota placationis vovit, & ſi à doloris inſtantia redimeretur, deinceps ſe veneraturum B. *Waltgerum*, quàm obnixè ſpopondit. O exauditorem pium, & ô omnibus in anguſtia poſitis interventorem laudandum! O præclarum facinus, & omnibus eum diligentibus memorabile, tametſi futuræ ætatis fidei committendum difficile. Quid amplius? Intimis ejus ſuſpiriis indulgentiſſimus Archiater Medicus affuit, pietatis mitigationemque ſenſit relevationis, ruptoque apoſtemate ſanus gratiâ Dei per merita B. *Waltgeri* priori redditur convaleſcentiæ. Unde de reliquo B. Viro devotus exiſtere cœpit, qui ſe valetudini reſtituit, & annuatim hujus memoriæ ſociis, quamdiu vixit, miniſtravit propriis impenſis. Aliud etiam per B. *Waltgerum* Dominus operatus eſt miraculum. Nam quædam Sororum pro annuli aurei amiſſione precatura auxilium, à Beatiſſimo homine, ſepulcrum ejus adiit magna cum devotione,

poſt circulum verò ferè trium hebdomadum, ſolâ ſtante & peplum ſuum manu tenente, annulus ille, nemine circummanente, ſuper eam cecidiſſe videtur, inde quaſi celeri rotatu proſiliens ad terram uſque dilabitur. Quô receptô, gratiarum actiones ſolvit B. Viro, & quæ antè triſtabatur de annuli ſubreptione, gaudebat de mirabili ejus reſtitutione.

WAltgeri *ſcalæ virtutis id imperiale,*
Æde patente poli vis ſine mole doli.
Prole, domo, cura copulæ ſpretis ſua rura,
Pro Domino ſecuit ſydera, quis meruit?
Id tumuli cineres fovet ac ovat ætheris heres,
Munere centuplici fœnore pro duplici.
In ſextis decimis Kalendis conditur imis
Hujus mauſeoli dignus honore coli.

In foribus Baſilicæ in ſuperliminari.

QVisquis Waltgeri *precibus vis tutus haberi,*
Hanc tumuli ſedem viſere ſiſte pedem.

Avo de Waltgero.

AVonis *votum*, Waltgerum *ſcribere totum,*
Sed quia non valeo, propterea taceo.
Ille pius fundat, quia cunctis rebus abundat,
Virgineum *cœtum*, nobile *cœnobium.*
Et quod plantavit, feliciter atque rigavit,
Omnia enim Domino reddidit ille ſuo.
Ut Virgo *vivebat, ceu pia* Virgo *manebat,*
Hæres, quando ruit, Virgo Maria *fuit.*

INDEX

INDEX
Rerum Notabilium.

Abenſt fluvius 79
Abrinsbergum 116
Abrahæmons ibid. 118
Ahuſium 2. ſeq.
Aldenmünſter 180
Aliſo caſtrum 5
Ambra fluvius 8
Ambrones 100
Amrivus lucus 9
Andegarius 4
Andeſagina 233
Ara Mercurii 121
Archidiaconi tres Eccleſiæ Pariſienſis 130
Sex Eccleſiæ Carnutenſis 169
Reddenſis Eccleſiæ 176
novem Eccleſiæ Bellovacenſis 189
Archidiaconus balſamiæ 199
Arnulfus, Flandriæ Comes, 69. 79
Arola Fluvius 12. 91. 93
Athela 80
Atur fluvius 15
Audaldus 3
Aufridus 187
Avitus 166
Auva Fluvius 234
Axona fluvius 160. 176
Bair fluvius 45
Badiliki 8
Baldricus Comes 80
Balſamus fluvius 199
Balſamer Land ibid.
Baſigundi-curte 197
S. Bathildis 7
S. Bavo 32
Belegora 275
Bellick 8
Bernagillo 160
Bitrifi 139
Biuſtrizzi 153
Blanciacum 214
Bleſa fluvius 27. 194
Blexen 187
Bonitus 25
Borbetomagum 246. 254
Briege 34
Brochotinachetla 153
Brunnesheim 154

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [311] - 299

INDEX

Barbonenſis familia 37
Burgundio 68
Camliacum loricarinum 41
Caſtrum Aliſo 5
Alteriacum 40
Altmont 60
Autunnacum 131
Bodiliki 8
Baldi 37
Belluſiocus 23
Bleſa 26
Burbo Erchembaldi 37
Cabaretum 42
Caninum 141
Carlat 45
Cirin 271
Criſpiacum 226
Dalehem 87
Faleſia 164
Fuxum 70
Gronden 115
Gruona 123
Gunterii 100
Hulmus 101
Limoſum 176
Lobodona 116
Luſilinburg 135
Sine murum 5
Medeborn 47
Minerva 136
Miribellum 168
Mundburg 13
Pinciacum 169
Plunenſe 171
Sagonicum 193
Saxonis fons 31
Scarponna 197
Schir 8. 100
Skeudiz 48
Spinal 39
Theodemerenſe 217
Vabrenſe 225
Vendobora 40
Zabrena 6
Cervedo 141
Chaminizi fl. 47
Chora fluvius 19
Comites Palatini Tubingenſes 3
Curiæ Rhætiæ 3
De rubro vexillo ibid.
Bleſenſes 28
Namurcenſes 124
Chronicon Ambianenſe 41
Arnulfi 131. 188
Atrebatenſe 41
Bertinianum 216
Cameracenſe 41
Centumlenſe 214
Fontanellenſe 234
Lomacienſe 272
Mauricianenſe 44
Mauriniacenſe 205
Morinenſe 41
De geſtis Nordmannorum 214

Raſte-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [312] - 300

Raſtedenſe 246
S. Trudonis 124
Valciodorenſe 66
Chrodegangus 86
Clommerii nobiles 259
Cluverii lapſus 172
Cynonotos 188
Dalemincia 256. ſeqq.
Darlingi 56
Decem pagi oppidum, 58
Dionyſius Areopagita 247
Doccum 13. 163
Doggii 92
Domnutus 25
Driezole 138
Dumniſſum 148
Duſiacum 146
Duria 188
Eccleſia Rhemenſis habet XI Civitates & Epiſcopatus 14
S. Flaviani 30
in Heppenheim terminatio 183
Emiſa fluvius 63
Eſchenbrock 8
Evra fluvius 215
Falemannus 66
Fanum Martis 66
Fara 34
Fauſta 69
Fiſcarus fluvius 219
Fons Blaaudi 130
Furt 155
Ganda fluvius 69
Garumna fluvius 37
Gello 28
Gemblacum 57
Gemudium 149
Glomazi fons 258
B. Goar 222
Grafia 192
Gruna 266
S. Gudila 31
Haina fluvius 66
Hainmorus Epiſcopus 222
Ham quid ſit? 206
Hammaburgunde dicatur? 206
Hamelburgum 194
Hammerſted 179
Haſpa 86
Hed fundator monaſt. Heslingoenſis 62
Helmus fl. 91
Helpre 67. 79
Helvetica Reſp. 94
Heppenheim 181
Heptadius 141
Heremunt idolum 97
Heriger 116
Heſſo 88
Hocwar 243
Hojeſtede 179
Hugo Rhætiæ Palatinus 3
Imma 90
Jocundiacum 224

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1,ZEN Leibn. Marg. 48, [313] - 301

INDEX

Juviniacum 214
Karolivenna 169
Kempenland 215
Kirchberg 149
Lehmanni elogium 204
Ligere fluvius 175
Limagus fl. 91. ſeq.
Lobdenburg 117
Loma arx 259
Lomacia 271
Loritus (Henr.) 91
Luide 100
Luſtat nobiles 203
Marca 65
Marcgravii quot? ibid.
Marsfeld 179
Matrona fluvius 133
Meginrades cella 35
Megunzermarca 246
Meinulfus 29
Meppia datur Corbeiæ 2
Moguntia Wormatiæ ſubdita 251
Monaſteriū Abdinghofenſe 89
Ahuſium 2
Alta 206
Mons 79
Altaha 175
Altene 80
Banniolas 16
S. Bavonis 211
S. Benigni 30
Blandinienſe 79. 238
Böke 29
Boſaugienſe 72
Bronienſe 124
Brunshuſianum 69
Calmilias 229
Caſtrenſe 3
Caunenſe 136. 150
Celſiniacenſe 6
Ciſonienſe 49
Condatum 31
Conchenſe 7
Corbeienſe 7. 17
Dalheim 8
Deas 96
Ders 166
S. Dionyſii 128
Dobberanum 171
Ebersheimenſe 5
Eltenenſe 194
Epternacum 22
Fabarium 42
S. Filiberti 96
Fredena 241
Froſſatenſe 133
Gaicum 239
S. Galli 233
Gandersheim 69
Gotteſau 4
Gortzienſe 28
Groningenſe 83
Hagemünſter 148
Haſnonium 163
Heiningen 90

Herol-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [314] - 302

Rerum Notabilium.

Herolvesfeld 99
Heslingoa 62
S. Hilarii 42
Hojerſchen
Hunolfocurtis 41
Inſulenſe 14
S. Joannis 217
S. Juliani 19
Juncellenſe 26
Keminata 218
Keſſelnheim 132
Lauriſſa 117. 179. ſeqq.
Lemanſum 206
S. Leutfredi 127
Liesborn 159
Lobefeld 52
Magdeburgenſe 83
Magnus lacus 7
Malaſtum 219
Maricollas 67
Marquetta 71
S. Mauri 10
Memmileben 197
S. Michaël 82 232
Michelnſtat 170
Mure 12
Murbach 6
Novientenſe 5
Odenheim 52
Pentallum 190
Perſenianum 192
Placinium 169
Proviliacum 177
Pſalmodienſe 152
Pulchrada 30
Ravengeresburch 103
Ravenſpurgenſe 148
Rephold 13
Richarii 172
Roſenthal 250
S. Salvii 67
Saxifontis 30
Scheldice 241
B. Silveſtri 217
Sithieu 214
Skennines 47
Smollenſe 170
Sollemniacenſe 68
Tigurinum 223
S. Trudonis 124
Visbeccenſe 219. 242
S. Walfroii 225
Weingartenſe 244
Winethahuſum 81
Wiſenſtaigenſe 69. 169
Mons S. Trinitatis 31
Mirabilis 35
habet verticẽ, frontẽ &c. 40
Bruſonis 69
Bibonis 162
Mors Gothorum 122
Naterna fluvius 133
Nenſe fluvius 15
Nix magna 32
Nortpurger Loch 151
Obrinca fluvius 101

Olina

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [315] - 303

INDEX Rerum Notabilium.

Olina fluvius ibid.
Opidum S. Manechildis 59
S. Goaris 222
Oscara fluvius 163
Osanna fluvius 189
Otlinga Saxonica 193
Ottenwald 170
Pagus quid? 213
unde denominetur ib.
Perpiniacum 191
Peterſemius Baro 188
Pirmirius 6
Pluvia frumenti 2
Ponteburg 9
Porta Veneris 227
Valeſia 228
Pavonia 254
Prunidus 169
Radigaſt 178
Redæ urbs 176
Reinerswald 221
Rethre urbs 178
Rosburg 201
Roſwitha 8
Rupes amatoris 38
Sagonna fluvius 163
Saleca arx Fuldens. 194
Salvia opidum 152
Sambuga fluvius 25
Sannabiki 242
Saroa fluvius 194
Scaligeri error 24
Scarpenberg 153
Scholeve 138
Schremſenicium 275
Sidagus nobilis 5
Sileſia unde dicatur 200
Sola diſcipulus S. Bonifacii 210. ſeq.
Staiebruch 5
Starckenburgenſ. Præfectura 186
Stora fluvius 106
Sueinheim 185
Suriſmæ 169
Terpſipolis Freheri 203
Tollenſee 219
Transmarus Epiſcopus 69. Treſcowo 275
Truncinium 14
Tubingenſes Comites Palatini 3
Tugium 93
Tura fluvius 223
Uplan 80
Ur fluvius 91
Urba fluvius 231
Urcus fluvius 236
Urſa 91
Urta 22
S. Valeria 41
Verden 208
Vicus virtutis 46
Victoria Frid. I. Palatini 121
Vimina fluvius 234
Virnunheim 185. ſeq.
Vivarius peregrinorũ 6
Voſagus 6
Vota 80
Waltgeri, ultimi Comitis Herford. vita 282. ſeqq.
Wangerogia Inſula 238
Waßgau 236
Wendilgarda 62
Weoz burgwardiũ 153
Wetteravia vendit. 240
Wieſenloch 122
Wilena arx 259
Winburtich 152
Wolffburgum 90
Zabothus mons 200
Zadili 54
Zere fluvius 199

Errata.

Pag. 6. lit. 19 leg. ejus.
p. 19. l. 17. Ptolomæo.
p. 21. l. pen. leg. §. pro et. l. 39. leg. ac pro de,
p. 23. l. 8. leg hoc
p. 29. fin. leg. Badurado
p. 31. lin. antepen. deſtruxiſſe,
p. 71. l. 12. leg. prœdia
p. 84. l. 10. del. alibi
p. 90. l. 14. leg. dilectæ
p. 98. l. ult. leg. palus
p. 102 l. 1. leg. quodam l. 4. leg. feris
p. 141. l. 1. progreditur
p. 159. l. 6. leg. vicinia
p. 160. l. 7. leg. Otto
p. 161. l. 10. leg Abbate
p. 169. l. 4. liti
p. 170. l. 2. erat
p. 179. l. 15. leg. quondam
p. 191. l. 13. dirutus
p. 205 l. 22. leg. Specialiorem l. ult. leg. chart. 8
p. 206. l. 26. add. & Geropii
p. 211. l. 28. leg. portus.
p. 212. l. 3. leg. negari,
p. 218. l. 4. vivo
p. 221. l. 19. ponunt
p. 243. l. 29. del. omnis.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [316] - 304

CHRISTIANI FRANCISCI PAULLINI

HISTORIA

NOBILIS SECULARISQUE VIRGINUM COLLEGII

VISBECCENSIS,

DIOECES. OLIM MINDENSIS,

Variis Chartis Impp. Pontificum,

Aliorumque, nec non diversis memorabilibus,
gratis Antiquitatibus, jucundisque digressionibus
illustrata & aucta,

Innexis Chronici MS. fragmentis Ejusdem
Congregationis.

FRANCOFURTI AD MOENUM,
Impensis FRIDERICI KNOCHII, Bibliop.
Anno M. DC. XCIX.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [317] - -

REVERENDISSIMO ET CELSISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO
FLORENTIO,
IMPERIALIS, ANTIQUÆ, SEMPERQVE
LIBERÆ ECCLESIÆ
CORBEIENSIS
PRÆSULI,
S. R. I. PRINCIPI, &c.
DOMINO SUO CLEMENTISSIMO,
CONSILIUM ET AUXILIUM
ALTISSIMI PERPETUUM,
(SECUNDUM SANCTISSIMUM LEMMA,)
PURA MENTE VOVENS,
HISTORIAM HANC VISBECCENSEM
DEVOTISSIMO ANIMO

D. C. Q.

C. F. P.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [318] - -

LECTORI MEO,
HISTORIARUM CULTORI,
VITAM ET PROSPERITATEM!

UNus idemque usus, seu finis *Historiæ* est, sive *universalem* vel *particularem* velis, & is quidem *generalis*, docente *Tullio*, (a) quòd sit *testis* temporum, *lux* veritatis, *Magistra* vitæ, vitæ *memoria*, & *nuncia* vetustatis. Quæ verba latiùs explicant Annalium Bojorum Conditor, (b) & *Trithemius*, (c) doctissimus olim *Spanheimensis*, & postea D. *Jacobi* apud Herbipolitanos Abbas, totius Ordinis Benedictini Ornamentum. *Historia*, inquit, *suo vigore immortalitatem confert mortalibus, prudentiam animo legentis copiosam aperit, & in gestis veterum quid agendum cavendumve sit, omni tempore ostendit. Historia fidem instruit, spem erigit, caritatis igniculum accendit. Historia nos cautos reddit ad pericula, in agendis facit providos, & in omni negotio, quod occurrerit, astutos. Historia parvulis addit scientiam, & mentes infirmorum incitat ad virtutem. Enimverò dum gesta vel dicta memoratu digna bonorum Virorum ad memoriam legendo reducimus, quid aliud quàm eorum nos imitatione ad virtutum exercitia præparamus? rursus cùm pravorum impia dicta vel facta legimus, docemur ut pernicioſa fugiamus.* *Specialis*, ùt nostræ, quam si *Topicam* vocare velis, per me quoque licebit, inservit cognitioni Statûs Ecclesiastici, & admirandæ, quæ cuncta gubernat, Providentiæ divinæ. Quot & quanta olim simpliciores animæ pro *refrigerio* suo ad aras tulerint, passim mirabere. Quàm magna Ecclesiarum in

(a) II. de Orat. (b) L. VII. in procem. (c) in præf. ad T. I. Annal. Hirsaug.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [319] - -

Germania viciſſitudo, in *Annalibus* hujusmodi fideliter expoſita. Hi faciunt ad indagandas & illuſtrandas familias extinctas ſpiranteſque. Dirimunt lites ex anguſto agello interdum ſatas. Ob meum enim & tuum adhuc Ilium fumat, totuſque concutitur orbis. Denique ad inſtructionem poſteritatis multùm conferunt. Verbo: utraque *Hiſtoria delectat*, (d) & eſt ἀρχὴ τῆ φρονήσεως καὶ Σοφίας. Ergo

Eximius patriæ *eſt* facta *referre labor.* (e)

Quid? quod omnibus, qui *patriam conſervârint, adjuverint, auxerint*, certum eſſe in cœlo, ac definitum locum, ubi *beati ævo ſempiterno* fruantur, aſſerit Cicero. (f) Quis Autor, ſeu compilator, vel continuator fragmentorum horum fuerit, certò tibi non dixero, ùt in limine Hiſtoriæ monui. Hoc autem ſcio, *Viſbeccenſibus* nihil prorſus conſtare de chronico aliquo MSto. Verba cujusque, quiſquis etiam fuerit, fideliter allegavi, ſubjunctis notis & epicriſi mea, quod ne neſcias velim ad evitandam confuſionem. Quorſum verò, ais, tot *digreſſiones*? ut aurum è ſtercore colligam, & lampada tibi præferam, ne ceſpites in tenebris. At quàm *ampli hiatus*! etiam *fragmenta chronici* erant, in quibus multa deſiderabantur folia. Cur verò tam prolixè de *Huysburgo*? in gratiam fit amicorum, utque lucem affundam chronico *Huysburgenſi*, dudum à CL. *Meibomio* edito. Verùm *ſomnia*, & *fictiones*, & *minutiora* quæque aliquando innectis. In ſtudio Hiſtoriarum ſimus, quales Stagirita vult, ὅτε πᾶσι πιςεύοντες, ὅτε πᾶσιν ἀπιςοῦντες: nec *pueri*, nec *ſenes*, nec *creduli*, nec adeò *difficiles*. Adhibere oportet *judicium* & *delectum*, inſit Fr. *Balduinus*, (g) ut neque *confuſè* (quod quidam faciunt) *vera cum falſis* repudiemus, neque rurſus *temere falſa cum veris* complectamur. Nam ſicuti *fatua* eſt *temeraria*, & *nimia*, & *facilis* credulitas; ita eſt quædam nimium *morоſa* nimiumque *diffidens* ἀπιςία. Quæ quidem, niſi faceſſat, nullum ulli hiſtoriæ locum relinques. Et verò non

(d) Cic. L. V. de fin. bon. & mal. c. 19. (e) Ovid. L. II. Triſt. eleg. 1. (f) in ſomnio Scipion. (g) in libell. de inſtit. hiſt.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [320] - -

non ingenui, sed *impudentis* atque *præfracti* hominis est, si quid probabiliter dicatur, quod & *gravem* autorem testemque habeat, tamen id *contumaciter*, tanquam falsum, repudiare, cùm quidem, neque quod affirmatur, refellere, neque cur illud repudiet, causam dicere possit. Ita: viliora quædam tibi videbuntur inspersa, non tamen prorsus inutilia erunt, si rectè judicare valeas. Sibi & suo Monasterio scripserunt boni Viri, quid amplius cupis? Dormitant nonnunquam cum Homero, committentes magnos calculi errores, nisi vitia sint amanuensis, e. g. §. 60. ad ann. MCLXXXVI. notatur mors *Mariæ* I. Abbatissæ. Quam narratiunculam rectiùs mecum referes ad annum MLXXXVI. *Mariæ* Abbatissæ §. 56 ad annum MCLXX. iterum mentio fit, quæ secunda hujus nominis fuerit. Ad annum MCCI. memoratur *Bertha* Abbatissa, sed pone tu mecum annum MCI. Catalogus in fine annexus nec integer, nec accuratus satis est. Ut reperi, sic dedi. Ultrà fidem & industriam neminem obstringunt Leges. Moliuntur jam Eruditi Brunsvicenses solidam historiam suæ Gentis & Provinciarum, quorum primarius, ut audio, ἐξοχὴν Celeberrimus Dn. *Godofred. Wilhelm. Leibnizius*, JC., Sereniss. & Potentiss. Domini GEORGII LUDOVICI, Ducis Brunsvic. & Lyneb. S. R. I. Archi-Vexilliferi & Electoris, Principis Cellæ, Calenbergæ & Grubenhagiæ, Comitis in Hoja & Dipholt &c. Consiliarius & Historicus. In hac Historia, uti Amicus monuit, afferetur quoque *Visbeccium* nostrum. Bonum *sanè factum*, cui quisque bonus *Feliciter* addet. Si multi nobis forent *Trithemii* vel *Trithemiani*, i. e. pii, docti, industrii, & sinceri Benedicti Ordinis Monachi, plures etiam *Annales* seu *Historias* Monasteriorum Germania haberet. Sed, quæ sint tempora, cernis. *Postquam amor & studium literarum* (ipse loquitur Monachorum Doctissimus, priscæque in vita religiosa integritatis & sanctimoniæ Vindex & Assertor flagrantissimus, elogio *Meibomiano*, (h) *à Monachis deficere cœpit, unà cum disciplina observantiæ regularis, mirandum*

(h) Not. in dipl. Thassilon.

non est, si nec Monasteriorum suorum conditiones, pro tempore sæpius variatas, nec successiones actaque suorum literis mandaverint Abbatum: cum ex his, qui hodie vivunt, sub Reformationis Bursfeldinæ titulo, ne unum *quidem* (computum hunc non facio meum,) *invenire potuerimus de omnibus, qui veterum exemplo animatus,* vel *scribere* novam, *vel continuare* diu inchoatam *proprii sui Monasterii* chronicam, *ad informationem posteritatis, aut velit, aut possit. Proh pudor! dicere de multis Abbatibus, qui sanctam observantiam regularis vitæ cum suis Monachis profitentur, quòd* historiæ utilitatem *ignorant, quid nobis opponant, compellor. Ajunt enim, quid nobis scire conducere potest* fundationis Monasteriorum *nostrorum antiquitas? quid* Abbatum *vel* successiones, *vel* gesta *reducere ad memoriam confert, qui in pulvere mortis dormiunt, nec ullis laudibus demulcentur? O jam sepulti ignavi homines vivi, quorum peribit memoria cum sonitu, quàm sitis* (totus nunc in fermento est) .... *ac rudis ingenii, palàm ostenditis, qui bonum cotemnitis* historiarum, *quod assequi non potestis.* Historia *vivis, tàm præsentibus, quàm futuris, conscribitur, non mortuis. Vos ergo, si viveretis intellectu,* historias *utique amaretis. Neque enim si tollatur* historia, *Evangelii Sacrosancti memoria, neque martyria & passiones Sanctorum ad nostram scientiam devenissent. Valeant ergo vivi homines ignorantiâ sepulti, & sibi vivant solis, ignaviâ suâ contenti, nulli utiles, nullique in bonis actionibus, vel studiis imitabiles.* Sic candidissimus *Trithemius.* (i) Miror autem, hæc verba in nupera chronici editione, quæ sub rubro *Annal. Hirsaugiens.* è MSS. Bibliothecæ Monasterii S. *Galli* prodiit, typis ejusdem cœnobii anno MDCXC. (k) non reperiri. Castigatur quidem ibi Monachorum magna & *damnabilis* ignavia, sed mitiùs & parciùs. Interim Bonorum memoria sit in benedictione! Imò usum historiarum plures justè expendentes dudum monuêre, ut quilibet Prælatus de conscribendis *Annalibus*, seu historiis Monasterii sui sollicitus esse velit, quô sanè *nihil utilius, nihil*

(i) in chron. Hirsaug. ad ann. 1359. (k) & quidem T. II. ad ann. 1359. p. 239.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [322] - -

nihil melius, nihil ſcitu, ſeu lectu jucundius præſtari poterit. Vide omninò aureolum de *Hiſtoria* ſermonem clauſtralem Prælati Montis Petrini Erfurti. (l) Et Autor *Actorum factorumque Præſulum Nuenburgenſium*: *Pudeat Epiſcopos noſtros*, ait, *ut non quisque ſuæ Diœceſi ordinet* doctum Hiſtoricum, *qui totius Eccleſiæ acta & facta ordine colligat & conſcribat fideliter, ad perpetuam rei memoriam, & poſteritatis* tàm delectationem, quàm informationem, *cùm tamen videmus, quòd aliquando ob leve diſſidium, & minutam liticulam, multi oriantur motus. In quolibet Capitulo Hiſtoricus eſſe debebat; qui ſanè ut* utilis, *ſic* neceſſarius *eſſet. Sed quamdiu colamus culices, tamdiu deglutiuntur cameli.* Interim vale, Venerande Lector, & fave porrò, nî ſordeant, lucubratiunculis noſtris. Etſi enim virtus & doctrina algâ & quisquiliis nunc viliores ſint, ut meritò quis dixerit cum vate *Bilbilitano*: (m)

CUr me literulas ſtulti docuêre parentes,
Quid cum Grammaticis Rhetoribuſque *mihi?*
Frange leves calamos, & ſcinde, Thalia, libellos,
Si dare ſutori *calceus iſta poteſt.*

aut cum Eccleſiaſte: (n) *Si ſecundùm eventum ſtolidi etiam mihi eventurum eſt, cur ergo ſapuero amplius, & dixi cum animo meo, hoc quoque eſſe vanitatem*; Is tamen *mihi demum vivere*, cum C. Salluſtio Criſpo, (o) *atque animâ frui videtur, qui aliquo negotio intentus, præclari facinoris, aut artis bonæ famam quærit.* Iterum *vale*, & vive, ut vivas hîc & æternùm! Scripſi Ferrariæ Thuringorum Anno ſeculi exeuntis ultimo, i.e. ab Orbe Redemto M DC XCIX.

Adſpi-

(l) in Synt. m. Rer. & Antiquit. Germ. p. 145. ſeqq. (m) L. IX. epigr. 75.
(n) c. II. 15. (o) de conjurat. Catilin.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [323] - -

( )

ADſpirat fortuna Tuo, PAULLINE, *labori*
Sub quo vix credis pulvere, gaza jacet.
Sis porrò felix! ſemper Tibi pendeat hamus;
Ut capias, capta: ſic capis atq; ſapis.
Sordes & tenebræ *famulantur*, AMICE, labori,
Candoriqúe *tuo mucida quæq; favent.*
Væ! væ! quæ ex tenebris lucem *faciunt*, (p) *Tibi verò*
Alma ſalus! artem hanc quam didiciſſe ſcio.
Cælo penna *beat*; chartis *extendimus annos*:
Dignum laude Virum penna *perire vetat.*

(p) Eſa. V. 20.

Sig. Carolus adjecit

Joſeph. Chriſtian. Mærkler, D.



HISTO-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [324] - -

HISTORIA VISBECCENSIS.

§. I.

EDidi ante annos aliquot dissertationem de hoc Collegio, sed typis *Müllerianis* Giesæ Hassorum vitiosè excusam, quã pro mea non reputo, uti nuper prolixiùs questus sum publicè in *Syntagmate meo Rerum & Antiquitatum Germanic.* (a) Jusserant *Marquardus* AC. MLXXXIV. feriâ quartâ ante diem B. Andreæ Apostoli proximâ, & *Wicboldus* AC. MCXLIX. die Walburgis, uterque Abbas Illustris Corbeiæ Saxonicæ ad Wisaram, Viri omnium seculorum memoriâ digni, ut de omnibus & singulis Præposituris ac Monasteriis, Corbeiæ subjectis, Eruditi aliqui & apti Cœnobitæ, rerumque harum gnari, peculiare chronicon aliquod contexerent. Et ut eò majorem adhiberent industriam, præmio singulos invitabant. Horum vestigiis inhæsit *Theodericus* I. è Generosa *Dalvvichiana* Gente satus, AC. MCCCXXXVII. ipso die B. Veronicæ idem mandatum, ceu justum & salutare, innovans. (b) Demandatum itaque *Brunoni de Sældern*, Nobili Monacho, cœnobium *Visbeccense*. An verò hoc, quod innectimus, fragmentum, ipsius charta sit, seu prima delineatio, certò tibi non dixero. Nescio etiam, cujus accessiones, seu continuatio sit. Cum itaque citata dissertatio mea fœdè confusa, corrupta, deturpataque fuerit, ut ne cassâ nuce digna sit, Eruditi tamen repexam, limatam, emendatam, auctamque expeterent, egoque sponderim, fas & justum est fidem servâsse, eorumque desiderio feciſſe satis.

Quæstus Autoris, bonum institutum, Bruno à Saldern,

§. II. Magnum verò Scrupulum in ipso limine injiciunt nobis Chronica Mindensia, *Kranzius*, *Hamelmannus*, &, hos qui sequuntur, alii.

dubia 944.

(a) p. 521. (b) vid. chron. Huxar. à me edit. p. 80. seq. & Annal. Corbeiens. à me edit. ad ann. 1150.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [325] - 1

alii. Chronicon quippe Mindenſium Epiſcoporum, incerti collectoris, à *Joanne Piſtorio* anno MDCLIV. Francofurti ad Mœnum, ſumtibus *Caſpari Wæchtleri*, edit. in hiſtoria *Ludarii*, octavi Epiſcopi, (c) ita:

error, Anno Domini DCCCCXLIV. tempore *Henrici* Aucupis Monaſterium Canonicorum Regularium in *Visbecke* à Nobili Domina *Hillehurgi*, in honorem B. *Joannis Baptiſtæ* fundatum eſt. Poſt lapſum verò temporis, ſcilicet anno MCCXXXIV. per incendium deſtruitur, & poſt annos XX. ſeptimo Kal. Jul. à duobus Epiſcopis reconciliatur. In qua conſecrationis die duæ ſtellæ lucidæ circa meridiem, multis id videntibus & admirantibus, ſuper dictum Monaſterium ceciderunt. At *Henricus* imperare cœpit AC. DCCCCXIX. deſitque anno decimo ſeptimo, menſe ſexto. Ingens itaque calculi error iſtius chronici.

934. §. III. Alterum chronicon Mindenſe, etiam incerti autoris, editum à CL. *Meibomio*, d) in Hiſtoria *Folmari*, Epiſcopi XIX. eâdem fere chordâ oberrans ſic: AC. DCCCCXXXIV. tempore *Ottonis* Magni, Monaſterium in *Visbecke* Canonicorum Regularium in honorem S. *Joannis Baptiſtæ* à nobili Dominâ *Hillenburga* eſt fundatum. Succeſſit verò Otto M. Parenti AC. DCCCCXXXVI. ut quoque lapſum hujus Compilatoris ſtatim deprendas.

confirmatur.

§. IV. Audiamus nunc *Kranzium* (e) In Mindenſi verò Epiſcopatu, inquit, tum agebat ſub Conrado Cæſare *Lidarius*, in ordine Pontificum octavus. Hujus tempore fundatum eſt Monaſterium Dominarum in *Viſbbecke* in honorem D. *Joannis Baptiſtæ*. Fundatrix erat Domina *Hellenburga*. Variâ fortunâ jactatum eſt. Vix enim duo interverant anni, & ecce Ungari irruunt, novam plantationem ſubruunt. In *Overenkerke* Monaſterium jam bene firmatum penitus ſubvertunt, occiſis martyrio perſonis omnibus, quæ inerant, CXX. numero periêre, annumeratâ familiâ Clericorum & puellarum. Erat autem annus à Chriſto DCCCCXXXVI. die Felicis & Adaucti. Cœnobium autem in *Viſbbecke* tum utcunque inſtauratum permanſit annis plurimis, donec proprio incendio deperiret, tùm quoq; in cinere diu fuit, donec à duobus Epiſcopis innovaretur. Apparent ſtellæ geminæ per diem reconſecrationis, multis videntibus. Sed tùm effectum eſt inſtantiâ tùm regentis Abbatiſſæ, ut exemtionis ei privilegium daretur à Summo Pontifice, ne quis ordinariorum manum immittat, & non niſi invitatus adſit. Hæc *Cranz.* Sed quem *Conradum* intelligit? primum hujus nominis, qui

amendatur.

Overenkerke

936.

AC.

(c) p. m. 725. (d) vid. T. I. Rer. Germanic. p. 561. (e) L. III. Metrop. c. 24.

AC. DCCCCXIII. cœpit, & an. DCCCCXIX desiit. Rectè autem Monasterium *puellarum* seu *Dominarum*, vocat, quod contra citata chronica Mindensia notandum est. Si enim Abbatissa exemptionis privilegium impetravit à Summo Pontifice, utique Sanctimoniales ibi fuerint. Puellæ enim haud dominantur Canonicis, seu Regulares, vel irregulares sint. Ceterùm de Canonicis falsè admodùm, idem *Kranz.* (f) *Admoneor*, infit, *hoc nomine, quod in annalibus ubique lego*, per *Ecclesias vixisse* Fratres, *ordine utique* Canonico *sub regula* D. Augustini. *Sed ubi abjectum est hoc nomen, ut erubescant deinde dici* Fratres, *hoc retinentes, ut* Canonici sine regula, (*cùm canon sonet regulam*) & Domini *dici ament. Fugit cum nomine* Fratris *caritas, illi nomini cognata, & succedit amor Excellentiæ propriæ & contentio sine fine.* Canonici vapulant.

§. V. Kranziana vestigia calcant *Hermann. Hamelmann*, (g) & *Busso Watensted*, Canonicus Hamelensis, in suo chronico Mindensi nuper à me edito. (h) Vastationem cœnobii in *Overekerken* chronicon Mindense *Meibomianum* refert ad tempus Ottonis Magni. Tempore hujus (*Lidarii* scilicet, Episcopi Mindensis) Sanctimoniales in *Overenkerken* cum Clericis & familia sua numero CXXIIX. anno videlicet Christi DCCCCXXXVI. tempore Ottonis M. ipso die SS. Felicis & Adaucti ab Ungaris occisi sunt. dubium.

Anno nongento ter X. sexto simul anno
Tunc Overenkerken *occisæ sunt Moniales.*

Chronicon Mindense *Pistorianum* ponit hæc ad AC. DCCCCXXVI. inquiens: Tempore *Henrici Aucupis* Magni, die Sanctorum Felicis & Adaucti Martyrum, Sanctimoniales in *Overenkerken* cum Clericis & sua familia numero CXXIIX. ab Ungaris occisæ sunt. Istæ autem Moniales (eadem verba habet chronicon *Meibomianum*) prius albo utebantur habitu, sed postea tempore *Werneri* Episcopi, qui prædictam Ecclesiam reconciliavit, & eas licentiavit, habitu nigro. Et illa Ecclesia primò fuit inter Altam & Leynam. *Meibomianum* chronicon ita: prædicta verò Ecclesia inter Leinam & Weseram (al. Alleram) prima fuisse perhibetur. 926.

§. VI. Verùm si *Otto* III. Imp. AC. MII. qui ultimus erat Imperii sui, *Venerandæ Matronæ Helemburgæ* prædium suum, quod habebat in villa *Visbiki*, jure hereditario tradidit, ipsaque licentiam fundandi Congregationem *Sanctimonialium* in dicta villa *Visbik* abs Ottone & petiit & obtinuit, certè nec chronica Mindensia, nec *Kranzium*, alioswe, Vera fundatio Visbecc.

(f) eod. libro c. 15. (g) L. I. chron. Mind. (h) p. 8.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [327] - 3

alioſve, vera aſſeruiſſe conſtat. Rectè igitur fragmentum clauſtrum in monte *Wedegonis* & noſtrum in *Visbeck unius ætatis*, & *unius Regis fabricam*, ſeu *monumentum* vocat. Sub *Milone*, Epiſcopo Mindenſi XII. vixit in caſtro & monte *Wedegonis* devota quædam Matrona *Thetwyf*, *vvyf*, (Thetwiof) piis contemplationibus perpetuò dedita, cujus vitæ ſimplicitate & ſanctimoniâ plures allectæ Virgines eandem ſibi eligebant, ut tandem, approbante Epiſcopo, ſpectabile fieret Collegium, omnes ſecundùm regulam S. Benedicti rigidè viventes. S. *Thetvviof*, ait chronicon Mindenſe, (i) incluſa hîc vitam ſolitariam degebat, regulamque S Benedicti piè obſervabat cum aliis Monachabus ſanctis, quibus ipſa ſacræ doctrinæ lac ab infantia præbuit, & religionem ſanctæ docuit vitæ, ut ab hominum frequentia ſequeſtratæ Domino liberius faciliuſque poſſent famulari. Hoc caſtrum Milo, *ſidus Epiſcoporum, Saxonicorum*, (k) & *lumen ſeculi ſui*, (l) cum conſenſu *Ottonis* III. (ideò fragmenta *fabricam* & *monumentum* Ottonianum nominant,) anno DCCCCXCII. vel ſequente (alii malunt DCCCCXCIV.) in pulcherimum Monaſterium Sanctimonialium (quod neſciit *Kranz.*) commutavit, eandem regulam profitentium. *Ramvvardus* verò, ſucceſſor *Milonis*, ob varias incommoditates, id poſtea in honorem B. *Virginis* & S. *Blaſii* Epiſcopi, Mindam tranſtulit, bonâ quidem intentione, ſed infauſto ſucceſſu circa AC. MIX. (al. MIV.) Religio quippe haud modicum paſſa eſt detrimentum. (m)

Thetwyf.

wedegonis caſtrum,

§. VII. Exſtat ſphalma typographicum in *Annalibus Corbeienſibus* nuper à me editis. (n) Non *Mindinenſi* Diœceſi, ſed *Mimigardinenſi*, i.e. Monaſterienſi legendum eſt. Iſtud enim *Visbeccium* in pago *Leri*, ſeu *Leriga*, pro Monachis O. S. B. conſtructum, Ludovicus Pius teſte Conrado III. (o) aut Ludovicus, Germaniæ Rex, anno Regni ſui XXII Corbeiæ jure perpetuo donavit. Certè Ludovicus Imperator Auguſtus V. Non. Septembr. anno Imperii ſui VIII. Indict. XIV Aquisgrani ex Palatio Regio notum fecit omnibus, quòd Vir Venerabilis *Caſtus*, Abbas Eccleſiæ *Fiſchbeccenſis*, petierit, ut Cæſar ipſam cum ſubjectis Eccleſiis, & cum decima ac ſilva *Ammeri* & *Ponteburg*, reliquiſque Eccleſiis in *Heſſia* & *Fenckiga*, exceptâ unâ in *Saxlingo*, quam conceſſit ad parochiam S. *Paulli*, ad locum, qui vocatur *Mimigernavord*, ubi *Gerfridus* Epiſcopus præeſſe videtur, pro mercedis

error,

Visbecc. in pago Leri,

(i) Meib. T. I. Rer. Germ. p. 159. (k) Schaten. P. I. Annal. Padeborn. ad ann. 999. (l) L. III. Metrop. c. 47. (m) Chron. Mindenſ. à me edit. p. 12. & chr. Mindenſ. Meibom. l. c. (n) in Syntagm. Rer. & antiqq. German. p. 372. (o) anno 1147.

dis suæ augmento, sub Imperiali defensione & immunitatis tuitione reciperet, uti fecit. Miror autem demirorque, *Schatenium*, (p) Chronographum Padebornensem, hæsitâsse, utrum hoc *Visbeccium* ad Visurgim in Diœcesi *Mindensi*, seu istud in *Emslandia* Diœc. *Monasterienſ.* fuerit, cùm tamen eâ tempestate prius nondum extiterit. Quid autem *Saxlinga*? annon *Linga* ad Amesim, intra veterem Saxoniam, quæ in oppidum post surrexit, ut vel inde prisca jura sibi in *Lingam* Ecclesia D. *Paulli* Monasterii Westfalorum vendicet. Schaten. hæsitatio, Saxlinga

§. VIII. Ecce autem chartam *Ottonianam*, quæ cuncta solvit dubia.

IN nomine Omnipotentis DEI & Salvatoris nostri JESU CHRISTI. OTTO, divinâ favente Clementiâ Rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris, tàm præsentibus quàm futuris, Nos tradidisse cuidam *Venerandæ Matronæ*, nomine *Helemburck*, prædium, quod Nos habuimus in villa, quæ dicitur *Visbiki*, jure hereditario, & in aliis locis, quorum nomina hîc subter notata sunt. Itaque Eadem *Venerabilis* præscripta *Helmburck* postea adiit Nostram Serenitatem, rogans, quatenus concederemus sibi, ut Congregationem *Sanctimonialium* faceret congregari in antedicta villa *Visbicki*. Hanc ipsam petitionem concessimus in nomine Domini nostri JESU CHRISTI, & pro amore Sanctæ Mariæ, omniumque Sanctorum, pro remedioque animarum *Ruperti* Domini sui, & *Richarti* & *Aldeges*, (q) Filii sui, nec non & aliorum suorum proximorum. Hanc etiam illis concedimus potestatem, ut habeant, seu inter se, sive aliunde, Abbatissam eligendi liberam ac propriam facultatem, ac nulli seculari dominio sint subjectæ, excepto nostro, quantum *Advocatus ac Defensor*, Deo annuente, esse volumus. Præcipientes ergo jubemus, ut nullus judex publicus, neque quilibet ex judicis potestate, homines prædictæ Ecclesiæ, liberos seu colonos, litos aut servos, in aliquo negotio injustè distringere præsumat, nisi tantùm Advocatus loci illius. Hæc sunt prœdia, quæ pertinent ad suprà dictam Ecclesiam *Visbicke*. In illo loco Charta Otton. III. 1002.

(p) l. c. p. 68. (q) aliis Pater vocatur Richardus, Aldegem autem Alfelebe nominant.

sex mansi pleni; insuper etiam in his locis ita nominatis *Unendredesa*, i.e. vulgariter *Unigholdeshusen*, tres mansi, *Weneshusen*, unus mansus *Haddeshusun*, unus mansus in *Wadenhusen*, unus mansus in *Tackenhusun*, & duo mansi, & in aliis locis, ad ministerium Ecclesiæ *Visbicke*, viginti novem mansi. In pago *Tilithi*, in Comitatu *Helimanni* Comitis, uterumque in pago *Merstem*, in Comitatu ejusdem Comitis, octo mansi, & in pago *Laginga* sex mansi, in Comitatu *Bodican*, & in pago *Westfaliæ*, in Comitatu *Henrici* Comitis, decem & octo mansi, & in Comitatu *Huoduersen*, sex mansi, & in villa, quæ vocatur *Pannesberge*, duo mansi, in *Frahtorpe* unus mansus, in *Amon* tres mansi, & in Comitatu *Uneharti* curtem, nomine *Tultberg*, quinque mansi. Datum quarto Idus Januarii, anno Dominicæ Incarnationis MII. Regnante Pio Rege Ottone, anno vigesimo. Actum *Brugthem* feliciter in Domino.

dubia. §. IX. Retur fragmentum meum, *Robertum*, (al. Richartum) Helemburgæ Maritum, unà cum adultis Filiis suis *Richarto* & *Aldeg*, Ottoni Imp. ab ipsa pueritia hujus videliter serviisse in castris. Singulis verò cadentibus in prœlio, pro solatio & in signum gratiæ, prœdium in *Visbeck* cum bonis Ottonem largitum esse viduæ, quæ verò Deo reddidit omnia, constructo ibi *Sanctimonialium* Collegio. An verò *Robertus* Comes de *Hallermond*, sive de *Diepholt*, vel de *Spegelberch* fuerit, incertum est, quandoquidem ipsæ Sorores, quas interrogârit fragmenti Scriptor, non dicere potuerunt, ex qua consanguinitate Solvuntur fuerit Fundator. Hoc equidem non negaverim, *Rupertum*, seu *Richartum*, ejusque Filios, serviisse *Ottoni* Cæsari, proque solatio & in signum gratiæ Eundem dedisse id prœdium in *Visbeck* relictæ *Helemburgæ*. Verùm nec apud *Hallermundanos*, seu *Diepholdianos*, vel *Spiegelbergios* Rupertum istum, ùt Conditorem Monasterii *Visbeccensis*, offendi. Et sanè nomen *Ruperti* & *Richarti* in Familiis istis inusitatum erat, ut parùm fidei Collectoris istius vanæ, eæque recentiores, conjecturæ mereant. Rupert. Dalberg. *Rupertus* iste erat è Nobili *Dalbergica* (al. Dolbergica) Familia, opulentus & magnæ auctoritatis Miles, seu Dynasta. Quàm notanter verò dicit *Otto*, se primùm eo tempore jure hereditario tradidisse *Helemburgæ* prædium suum in *Visbeck*, & alia alibi sita. Quêis acceptis, demum *Helemburga* petiit, ut liceret sibi

Con-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [330] - 6

Congregationem Sanctimonialium ibidem instituere. Ergo antea ibi non fuit. Fecit quoque se *Otto Advocatum*, seu *Defensorem* Ecclesiæ Visbeccensis. Quod idem fecerat *Otto* M. Ecclesiæ Quedlinburgensi Anno Domini DCCCXXXVII. dicens: Nostræ cognationis qui *potentissimus* sit, *Advocatus* habeatur & loci prædicti & ejusdem catervæ. Imò *Henricus* I. Quedlinburgo *quatuor* Nobiles Advocatos constituisse legitur. Sic enim *Kranzius*: (r) *Terra est* Advocatorum *non longè à Saxonia superiore, quam primus* Henricus, *Romanorum Rex*, *subjecit Monasterio Dominarum in* Quedelenborg, *constituens*, quatuor *per terræ angulos* totidem Advocatos Nobiles, *qui* Barones *dicuntur*, *de* Wida, *de* Gera, *de* Russe, *de* Plawe. Quod tamen minùs consultum autumat *Magerus*. (s) quatuor Advocati simul.

§. X. Biennio post, anno scilicet MIV. *Henricus*, cognomine *Sanctus*, seu *Claudus*, (non ab angelico contactu, quod *Joann Cravius* (t) & *Naucleri* (u) figmentum est, sed ab incursu feræ ita dictus, populari jactatione Hüffeholtz / i. e. *grallator* seu *ligno saliens*, (vv) Monasterium *Visbeccense* in mundiburdium & defensionem suam suscepit. Sic enim charta Imperialis. Henr. S. cur Claudus dictus

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. HENRICUS divinâ favente Clementiâ Rex. Notum sit omnibus fidelibus, tàm præsentibus, quàm futuris, Qualiter per interventum Dilectissimæ Conjugis nostræ *Cuinigundæ* videlicet Reginæ, quoddam Monasterium in villa, quæ dicitur *Visbike* constructum, *Canonicarum Sanctimonialium* congregationem, à Venerabili Matrona, nomine *Helmburgha* quadam, institutum, ubinunc temporis religiosi nominis Abbatissa *Alfheyd* præesse videtur, in nostrum mundiburdium & defensionem, cum omnibus ibidem collatis aut conferendis, per hanc Regiam auctoritatem recepimus. Præcipientes ergò jubemus, ut nullus judex publicus, neque aliquis ex judiciaria potestate, homines prædictæ Ecclesiæ, liberos seu colonos, litos aut servos, vendere, aut aliquo injusto negotio distringere præsumat. Præsertim concedimus ex insigni potestate Regali, ut defensio & confirmatio ejus 1004.

(r) L. IX. Saxon. c. 33. (s) de Advocat. armat. c. IX. num. 1030. (t) in vit. Impp. ex Domo Brunsvic. Add. Amœq. Brunsvic. Mader. p. 87. (u) generat. 32. (vv) Brower. L. III. Antiquit. Fuld. c. 15.

ut habeant Sanctimoniales illam liberam potestatem, per successiones temporum inter se, sive aliunde, Abbatissam eligendi, nullius seculari dominio subjectæ, excepto nostro, qui earum *Defensor*, Deo annuente, esse volumus. Sit & in potestate ejusdem loci Abbatissæ, unà cum Congregatione illi subjecta, hæc stabilis & inconvulsa libertas, quatenus Advocatum eligant, qui homines Ecclesiæ distringat, si redditus sui juris experti fecerunt rebelles. Et ut hæc nostra confirmatio semper permaneat, hanc nostri Præcepti paginam inde conscriptam manu propriâ roborantes insigniri jussimus. Data XIII. Kal. Aug. anno MIV. Incarnationis Dominicæ Indict. I. Domni *Henrici* secundi Regni tertio. Actum in villa *Osen* in Dei nomine feliciter, Amen.

Henr. S. Corb. est. Hæc villa jacet in ripa Visurgis. Anno superiori *Henricus* iste cum *Cunegunda* sua visitâsse dicitur Monasterium Corbeiense devotionis gratiâ, quod valde placuit utrique flexis genibus deosculantes reliquias, cunprimis S. *Stephani*, *S. Viti*, & S. *Justini*, iisque benefacientes. Hôc ipso verò annô, quô *Visbeccium* in tutelam suscepit, eandem gratiam fecit *Kaminadensi* cœnobio. (x)

§. XI. Vocat *Henricus* Imp. Collegium *Visbeccense Canonicarum Sanctimonialium congregationem*. In Concilio *Aquisgranensi*, jussu Ludovici Pii AC. DCCCXVI. convocato, præscriptæ sunt Sanctimonialibus hisce, seu *Canonicis* Virginibus, XXVIII. leges, quas sis vide apud *Baron.* ad AC. DCCCXVII. (y) Erat nimirum sub Abbatissæ imperio, adeoque sub uno tecto, una bonorum communio, una mensa, & communis psallendi chorus. Religiosum hoc vitæ institutum in Francia & Germania, cunprimis Saxonia, maxime viguit, sed à Monialium instituto, ad regulam S. *Augustini*, vel *Benedicti* nunc viventium diversum, & tantum quidem, quantum Canonici à Monachis. *Theodor. Engelhus.*, Presbyter Monasterii in *Wittenborch*, ait, *Henricum Aucupem* ultra viginti Ecclesias fundâsse & dotâsse pro *Dominabus secularibus*, quæ Canonicæ nominantur, utentes habitu Canonicorum Regularium Ord. S. *August.* nullam tamen professentes religionem, nubunt in Domino, quando volunt. (z) Dicuntur quidem Collegia earum *Monasteria*, quia monasticè, h. e. religiosè simul cohabitabant,

LL. pro Sanctimonialibus,

hymnis

(x) Vid. Annal. Corbeiens. à me edit. in Syntagm. cit. p. 383. (y) Add. Concil. à Binio edita. (z) Vid. Antiqq. Brunsvic. Maderi p. 26.

hymnis, precibus, honestisque laboribus, qui decent sequiorem sexum, deditissimæ. S. *Alfriedus*, ex monacho Corbeiensi quartus Antistes Hillesheimensis, ex illustri Comitum de *Asnede* stirpe satus, cujus Genitor, *Ono* seu *Ouno* dicebatur, Mater *Richardis*, soror Germana, quam primùm præposuit Collegio Essendiensi, *Gerswida*, quoties Conventum, seu dormitorium intrabat, cecinisse legitur: *Quàm dulce est Fratres cohabitare in unum.* (a) Hujusmodi Collegia in Saxonia erant *Gandersheimense*, *Quedlinburgense*, *Essendiense*, *Hervordiense*, *Mollenbeccense*, *Bodecense*, *Herisiense &c.* Quos antiquos Virginum mores vitamque sanctiorem *Otto* II. Imp. justè expendens, carissimam Filiam suam *Sophiam* Nepti suæ *Garburgi*, Abbatissæ Gandersheimensi, devoto animo obtulit, nutriendamque commendavit, ut S. Scripturæ literas ibi edisceret, vitamque & conversationem Sanctimonialium, Deo illic servientium, imitaretur (b) Quòd verò Canonicæ istæ vinculo Regulæ S. *Augustini* vel *Benedicti* nequaquam constrictæ, bona sua liberè administrarint, è fundatione Illustrissimi Collegii *Essendiensis* patet. Sic enim laudatus *Alfriedus* Fundator. S. Alfriedus. Canonicæ

Si quæ verò Sanctimonialis *ibidem habet propriam domum, aut aliquod ædificium, vel à se emtum, vel dono sibi datum, vel aliquas res aliunde liberè & justè acquisitas, nihil omninò ex omnibus supradictis neque Abbatissa, neq; e aliquis alius ei auferat, neque ullo modo auferendum suadeat, sed eadem Sanctimonialis libero arbitrio suam domum & cuncta, quæ inibi possidet, suæ sorori, vel amico, ad eandem Ecclesiam pertinenti, absque ullius contradictione, sive morti sit proxima, sive vitæ, quocunque modo voluerit, tradat.*

§. XII. Si permiseris mihi, B.L. παρέκβασιν de laudatissimo Sanctimonialium Collegio *Essendiensi*, vulgò Essen dicto, hîc faciam. Exhibent *Herman. Stangefol.* (c) & *Nicolaus Schaten* (d) copiam fundationis, utriusque tamen charta à mea est diversa, quam in ipso Collegio *Essendiensi* tamen desctipsit DN. IOHANN CHRISTOPH à BELLINGHUSEN, postea Abbas & Princeps Corbeiensis, cujus animæ bene sit! Operæ pretium videtur, propter dissonantiam, eâ, quâ accepi, fide hanc subjungere, aberrationes *Schatenianas* in margine notaturus. Dicit quidem *Schaten.*, eam nec à *Gelenio*, nec in Conciliis generalibus integrè recitari, suam verò pro authentica habet. fundatio Essendiensis.

(a) vid. chron. Hilleshem. Reutel. in Synt meo p. 75. (b) vid. Henric. Bodon. Synt. cœnobii Gandesf. T. II. Meibom. Rer. Germ. p. 496. (c) L. II. annal. circul. Westfal. p. 150. seq. (d) l. c. p. 174.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [333] - 9

Sed verba sunt integram anathematis formulam oblitus est, quam tamen *Gabriel Bucelinus* (e) è literis fundationis præfixit, rerum harum haud ignarus.

non habet Schat. Hildesiensis

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. ALFRIEDUS, Dei disponente Providentiâ *Hildesemensis* Ecclesiæ Antistes. Cùm inter immensas Dei Patris miserationes, quibus humanum genus gratuitâ pietate relevare dignatur, præcipuè eam,

non habet,

quâ constat, consubstantialem & coæternum Ejus Filium pro nobis incarnatum & crucifixum fuisse, ad memoriam reducerem, circa me verò specialiter divitias bonitatis ejus non sine admiratione perpenderem, qui me, nullis exigentibus meritis,

non habet, fecit,

de sordibus levatum, *suâ gratiâ* inter Principes Ecclesiæ considere, & solium gloriæ tenere *facit*, ne tantis Ejus beneficiis ingratus apparerem, quid retribuerem Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi, diu multumque mecum cogitare cœpi. Tandem itaque ex divina, ùt credo, inspiratione occurrit animo, Sanctissimam & semper Virginem Mariam,

Deum me

unicum & singulare præsidium peccatorum, post *Dominum* esse, cui si quid venerationis impenderem, id & Deo fore gratum, & animæ meæ, Ejus *patrocinantibus* meritis, arbitratus sum profuturum. Opitulante itaque *DEI gratiâ*, in prædiolo meo, quod *Asticide* vocatur, in

Asnide honore

honorem S. & Individuæ Trinitatis consecratam, Sanctæque semper Virgini Mariæ, & SS. Martyribus Cosmæ & Damiano dicatam Ecclesiam, *ex his*, quæ,

his Domino tam animæ quàm corporis

DEO donante, possidebam, constRuxi, in qua ad immaculatum sacrificium sanctimoniæ *animæ atque corporis* DEO in cordis & Spiritûs contritione offerendum, Sanctimonialium Congregationem coadunare, eique victûs & vestitus necessaria providere, Spiritualem quoque Matrem, quæ regulariter præsideat, eidem ex eadem præficere curavi. Ne verò post

excessum

mei *discessum* futuris seculis de electione Abbatissæ dissensio oriatur, ex decreto Papæ Sergu, & ejus Successoris Adriani, sanci-

(e) P. alt. Germ. sacr.

ſancitum eſt, & eorum privilegiis confirmatum, ut nec prece, nec pretio, nec ullo omninò unquàm modo alterius Congregationis Sanctimonialis *ſuprà* dictis Sanctimonialibus præponatur, ſed quæcunque ex eisdem & in Dei ſervitio potiſſima, & in ejusdem Eccleſiæ rebus juſtè diſponendis aptiſſima reperietur, hæc ex communi omnium ibidem Deo famulantium electione, ſecundùm Dei timorem, ſuis Sororibus præficiatur. Quod *autem* conſvetudinarium jus tàm *ſuprà dictis ſororibus*, *quàm Clericis Deo ibidem ſervientibus in adminiſtrandis* ſuis rebus impoſuerim, & perpetualiter obſervandum velim, paucis abſolvam. Poſſeſſiones Eccleſiæ traditas, *ſive* tradendas, interiores *&* exteriores, tàm mobiles, quàm immobiles, cum conſilio Deum timentium ſumma cum diligentia Abbatiſſa procuret, reditusque earum, tàm in ſua, quàm ſororum *æquali* diſtribuat utilitate, id ſummoperè cavens, utpote Deo rationem redditura, ut de omnibus earum rebus *ne* unam minimam præbendam, absque earum conſilio, vel utilitate, alicui tradat, ne, quod abſit, penuriâ familiaris rei urgente, ruptis ſanctimoniæ habenis, liberiùs *hûc & illûc* abſque Dei timore vagentur. Si quæ verò Sanctimonialis ibidem habet propriam domum, aut *aliquod* ædificium, vel à ſe emtum, vel dono ſibi datum, vel aliquas res *aliunde liberè* & juſtè acquiſitas, *nihilominò* ex omnibus ſuprà dictis neque Abbatiſſa, neque aliquis alius ei auferat, neque ullo modo auferendum ei ſuadeat; Sed eadem Sanctimonialis libero arbitrio *ſuam* domum, & cuncta, quæ inibi poſſidet, Sorori ſuæ, vel amico, ad eandem Eccleſiam pertinenti, absque ullius contradictione, ſive morti ſit proxima, ſive vitæ, quocunque modo voluerit, tradat. Idipſum verò & Clericis ibidem ſervientibus conſtituimus. Si *quis autem* earum aliquam Eccleſiæ poſſeſſionem Abbatiſſa largiente ſuſceperit, tali ſuſcipiat conditione, ut poſt ejus obitum eandem poſſeſſionem Eccleſia, absque ullius contradictione, ſuſcipiat, reſtitutis prius omnibus tàm mobilibus, quàm immobilibus rebus, quæ in

non habet
reperiatur
tamen
non habet
vel
vel
æquabili
ne vel
hac vel illac
aliud
undelibet
nihilominùs
eandem
antedictam

illa esse videbantur eâ die, quâ ipse eam susceperit: cetera verò, quæ in eadem possessione adipisci potuit, *aut ipsa vivens,*
non habet ejus. prout voluerit, disponat, aut aliquis amicorum *ejus*, post illius mortem, pro salute animæ *ejus* distribuat. Constituimus etiam, ut nullus hominum, vel Advocatus aliquis aliquam Jurisdictionem in civitate prænominata habeat, exceptâ Abbatissâ *Assindensi*, præter intruncationem manuum,
Assindi vel armorum proclamationem. Anno Incarnationis Dominicæ DCCCLXXVII. sub Piissimo Rege Ludevvico, anno Imperii ejus XXXVI. apud Coloniam civitatem V. Kal. Octobr. in ipso die dedicationis Basilicæ S. Petri.

Ego Alfriedus Episcopus hoc privilegium coram Domino *Wiliberto* prædictæ civitatis Archi-Episcopo recitavi, nec non coram *Luithberto*, Moguntiacensi Archi-Episcopo, & *Bertolvo* Treverensi Archi-Episcopo, & *Berhardo* Virdu-
Tiederico nensi Episcopo, & *Thiadrico* Mimidonen: Episcopo, & *Herolvo*, Verdensi Episcopo, & *Luithardo*, Padeborn. Epi-
Hildegrimo scopo, atque *Hildegrino*, Halverstadiensi Episcopo, & *Bertolvo*, Mimigarnivurdensi Episcopo, & *Othiboldo*, Trajectensi Episcopo, & coram *Egiberto Offenbrugensi* Episcopo, nec
Odolfo Osnabrugensi non & coram aliis quàm plurimis Sacri Ordinis Viris, qui, ob suprà dictæ Ecclesiæ dedicationem, convenerant.

Hæc omnia non habet usque ad finem, Prælecto hocce privilegio in omnium suprà dictorum conspectu, acclamantibus omnibus, ita hanc constitutionem salubriter atque ornabiliter institutam, ut non modò addi, verùm etiam diminui aliquid damnosum videretur, omnes unanimiter hujus conscripti aliquo modo violatorem in perpetui anathematis foveam detrusimus, universis mecum uno ore acclamantibus; ex auctoritate Dei omnipotentis Patris & Filii & Spiritus Sancti, & Sanctorum Apostolorum excommunicamus & anathematizamus omnes, qui suâ præsumtione, vel aliquô malô ingenio hanc constitutionem scienter violare præsumserint, eos omnes & eorum consenta-

neos

neos à consortio Dei sequestramus, ita, ut non habeant partem cum Eo, neque cum Sanctis ejus; *deleantur de libro Dei, & cum justis ejus non scribantur: obscurentur oculi eorum, ne videant, aures eorum & nares sic obstruantur, ut non audiant neque olfaciant, gustus eorum & tactus inutiles fiant, destruat eos Deus, & migrare faciat de tabernaculis eorum, evellat radicem eorum de terra viventium, veniat mors super illos, & descendant in infernum viventes; prævaleant super eos peccatores, & diabolus stet à dextris eorum, & oratio eorum fiat in peccatum, & dies eorum pauci. Mendicent & ejiciantur de habitationibus suis, & diripiant alieni laborem eorum: Clament ad Deum, & non misereatur eorum, sed potius disperdat de terra memoriam eorum, induantur confusione perpetuâ & irreverentiâ: Sint inter omnes miseros miserrimi, & inter perditos perditissimi; induant hanc maledictionem sicut vestimentum, & intret sicut aqua in interiora eorum, & sicut oleum in ossibus eorum: fiat eis sicut vestimentum, quô operiantur, & sicut Zona, quâ præcingantur, & in Dei judicio primi deputentur in ignem æternum, ubi vermis eorum non extinguetur, sed crucientur cum Diabolo & Angelis ejus sine fine*, annuente Domino nostro JESU CHRISTO, qui vivit & regnat in secula seculorum Amen.

§. XIII. Nec ingratus fuerit syllabus Abbatissarum. index Abbatiss. Essendiens.

I. *Gersvida* I. S. Alfriedi germana Soror,
II. *Adelvvif*, seu *Adeluna*, consanguinea S. Alfriedi,
III. *Gersvida*, II.
IV. *S. Pinnosa*,
V. *Witburgis*, seu *Wartburgis* à Winburch,
VI. *Mechtildis* I. Comitissa de Ringelheim,
VII. *Gerbergis* I. ex Illustri Saxonica Familia,
VIII. *Hartvvigis* I. Henrici I. Imp. Soror,
IX. *Adelheid* I. Filia Otton. M. Imp.
X. *Mechtildis* II. Imp. Constantinopolitani Filia,

an Cunegundis soror, cujus alia soror erat Adelh. C. Ludi filia Dicta est vide stemma Dillingarum nostrum.

XI. *Sophia* I. Henrici Ducis Soror, Otton. III. Imp. consanguinea,
XII. *Gerbergis* II. Filia Henrici Ducis Saxon.
XIII. *Theophana*, ex Ezelino, Com. Palatino, & Mechtilde, Otton. III. Imp. Sorore, nata.
XIV. *Adelheid* II.
XV. *Svanehildis*,
XVI. *Ida* I. è stirpe Bavarica,
XVII. *Gerbergis* III.
XVIII. *Mechtildis* III. ex Domo Bavarica,
XIX. *Lutgardis* ex Regio Svecico stemmate orta,
XX. *Ida* II. Filia Ludolfi Comitis Palatini,
XXI. *Imma*,
XXII. *Ermentrudis* I.
XXIII. *Hatvvigis* II. de Bielstein,
XXIV. *Irmentrudis* II.
XXV. *Ermentrudis* III.
XXVI. *Hatvvigis* III.
XXVII. *Hidentrudis*
XXVIII. *Cunegund.* I. de Windek,
XXIX. *Beatrix* I. de Lennep,
XXX. *Jutta* de Mülheim,
XXXI. *Alheid* III. de Willenberg,
XXXII. *Elisabetha* I.
XXXIII. *Bertha* I. de Holte,
XXXIV. *Sophia* II. Comitissa de Grafschaft,
XXXV. *Agana* (aliàs *Hemelburg*) Comitissa de Hardenberg,
XXXVI. *Mathildis* IV. Comitissa de Hardenberg,
XXXVII. *Bertha* II. de Arnsberg,
XXXVIII. *Beatrix* II. de Holte,
XXXIX. *Irmgardis* I. de Witgenstein,
XL. *Cunigund.* II. Comitissa de Monte,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1 ZEN Leibn. Marg. 48, [338] - 14


XLI. *Catharina* I. Comitissa de Marca,
XLII. *Irmgardis* II. de Broick,
XLIII. *Elisabetha* II. de Nassau,
XLIV. *Margaretha* I. Comitissa de Marca,
XLV. *Margaretha* II. de Limborch,
XLVI. *Elisabetha* III. de Beêck
XLVII. *Sophia* III. de Stein,
XLVIII. *Elisabetha* IV. de Schaffenburg,
XLIX. *Sophia* IV. Comitissa de Gleichen,
L. *Mœna* ab Oberstein,
LI. *Margaretha* III. de Bichlingen,
LII. *Sybilla* de Montfort,
LIII. *Catharina* II. de Tecklenborg,
LIV. *Maria*, Comitissa de Spiegelberg,
LV. *Irmgardis* III. de Diepholt,
LVI. *Elisabetha* V. de Mandersloh,
LVII. *Elisabetha* VI. de Sayn,
LVIII. *Elisabetha* VII. de Manderscheid & Blanckenheim,
LIX. *Margaretha* Elisabetha de Manderscheid & Geroldstein,
LX. *Elisabetha* VIII. de Monte,
LXI. *Maria Clara*, Comitissa de Spaur, Pflaum & Vallier,
LXII. *Anna Eleonora*, Comitissa de Staufen,
LXIII. *Anna Salome*, Comitissa de Salm, Reifferscheid,
LXIV. *Anna Salome*, Comitissa de Manderscheid & Blanckenheim,
LXV. *Bernardina Sophia*, Com. Frisiæ Orientalis & Rietbergæ.

§. XIV. Alfheidis ista in fragmento chronici mei *Nobilis Ale-* B. Andel-
heydis dicitur, sanguine propinqua cognationi *B. Andelgarii*, Sancti gar.
quondam Abbatis. Nescio, an intelligatur primus Abbas Campidonensis *Amelgarius*, seu *Andelgarius*, vel *ndegarius*, quem Carolus M. AC. DCCLXX II. confirmabat, nominans eum *Nobilem & magnæ religionis Virum*. Dicitur *Hillegardis*, tertia conjux Caroli M., inclyti istius coenobii *Campidonensis* O. S. B. Fundatrix, quod postea eidem *Andegario* tradidit. Si licentiam mihi dederit Lector, integram chartam Carolinam subjiciam.

In

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. KAROLUS, divinâ favente Clementiâ Imperator Augustus. Si Sanctam Dei Ecclesiam dignam Magnitudinis nostræ munere sublimare, augmentare, atque subvenire satagimus, ad æternam nostram remunerationem, & Regni nostri Stabilitatem prodesse confidimus., Ideoque noverit Omnium Sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium, nostrorumque, præsentium scilicet & futurorùm, solers industria; Qualiter Nos, ob interventum Sanctissimi Patris nostri *Adriani* Papæ, ac supplicem rogatum Dilectæ Conjugis Nostræ HILLEGARDIS, nec non propter *Nobilem* & *fidelem* famulatum *Joannis*, Augiensis & Sancti Galli Reverendi Abbatis, Ejusdemque Episcopi Constantiensis precem, ob meritum *Rudangi*, Metensis Episcopi, & *Sturmi*, Fuldensis Abbatis, seu ceterorum Principum innumerabilium Nobis assistentium, *Andegarium* quendam *Nobilem*, *magnæ religionis Virum*, & primum Campidonensis cœnobii regularis disciplinæ Instructorem, adsumsimus, & in eodem loco Campidonensi, qui ab eodem in honorem Sanctæ Dei Genitricis Mariæ constitutus est, & situs in pago *Tlergovv*, Abbatem eum confirmavimus, & à Papa *Adriano* in sancto die Paschæ consecratum, preciosissimis Sanctorum Martyrum *Gordiani* & *Epimachi* corporibus donatum, in suam Abbatiam honestè transmisimus. Sed quoniam prædicta Conjunx nostra in eodem cœnobio locum Sepulturæ se habituram ordinavit, diversis muneribus ditando, quicquid in pago *Tlergovve*, & *Augusgovve* & *Albegovve* maternâ hæreditate legitimè obtinuit, cum nostrâ potestativa manu & Imperiali largitione illuc tradidit: & in proprium jus ejusdem Monasterii transfudit, & perpetualiter possidendum, sicut in alio Brevi continetur, donavit. Nos igitur eundem locum, utpote de Nostro & in Nostro fundatum ac dotatum in Nostro Nostrorumque Successorum mundiburdio, sive defensione fore constituentes, per Nostræ auctoritatis munitionem confirmamus & præcipimus, ut nullus

lus publicus Judex, neque Dux, neque Comes, aut quælibet ex judiciaria poteſtate villas, curias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones, memorato Monaſterio præſenti tempore ſubjacentes, invadat. &c. Quod ut veriùs credatur, & omni tempore incorruptum habeatur, manu propriâ roborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domini Karoli  Sereniſſimi Imperatoris Auguſti.

Amalbertus Cancellarius ad vicem Luperti Archi-Cancellarii recognovi. Data ab Incarnatione Dominica DCCLXXIII. Indict. XI. anno verò Regni Piiſſimi Karoli VI. Imperii I. Actum Romæ in S. die Paſchæ in Eccleſia S. Petri coram Adriano Papa, & multis aliis Principibus, in nomine Dei feliciter Amen.

§. XV. Stetiſſe olim dicitur in Algoja celebris urbs *Savena*, aucta & ampliata poſtea à Duce Sveviæ, dicebatur *Vermetta*. Deleta tandem à Tiberio ſeu Druſo. In vicino colle condidit *Eſnerus*, Dux Sveviæ, arcem *Hilermont*, & quidem eo loco, quô ſteterat olim fanum *Ciſæ* Deaſtræ, quod tetigit M. *Georg. Jacob. Mellin.* (f) in Svevia ſua gentili. Hic *Eſnerus* vicinis donâſſe dicitur campum iſtum circa novam arcem, ubi ædificia conſtruxerunt, novamque urbem *Campidonum* appellârunt. Fuit etiam *Hilermont* Sedes Ducum Sveviæ. Verùm hæc *Bruſchiana* relatio non convenit cum Diplomate noſtro Carolino. Rectè igitur rejicitur à *Münſtero*, qui prima fundamenta hujus Monaſterii ponit ad AC. DCCLII. Hoſpinian. habet DCCLXXIII. *Joannes* Augienſis & S. Galli Abbas, poſtea Epiſcopus Conſtantienſis, utramque Abbatiam abs omni jugo Epiſcopali, *Adriano* I. & *Carolo M.* faventibus, exemit. (g) De *Gordiano* & *Epimacho* vide Breviar. Roman. (h)

Vermetta,

Hilermont,

(f) §. 27. (g) Buccelin. Germ. Sacr. P. II. pag. 9. (h) ad d. 10. Maj.

Hoc verò ſuſpectum erit antiquariis, quòd, contra ævi iſtius morem, annus *Incarnationis Dominicæ* adjectus ſit, Ideone autem infans cum ſordibus ejiciendus? ipſas tabulas Carolinas non inſpexi, copiam verò hanc eâ fide, quâ abs illuſtri Prælato accepi, tibi reddo. Adde ſis cenſuram Diplomatis Caroliní de fundatione Epiſcopatus *Ferdenſis* in cenſura *Conring*. Diplomatis Ludov. Lindav. dat. (i)

Monaſt. Lambſpr. §. XVI. Eadem *Alfheidis* cœnobio *Lambſpringenſi* mille aureos rhenanos mutuò dediſſe legitur in fragmento, ob ſanctam memoriam B. *Alfriedi*, qui fundationem iſtam confirmavit AC. DCCCLXXII. Erat Monaſterium hoc Virginum olim O.S B. in Diœceſi Hilleſheimenſi. Hujus autem tenoris eſt confirmatio *Alfriediana*.

confirmatio, IN nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti, ALFRIEDUS, Sanctæ Hildeſemenſis Eccleſiæ qualiscunque dictus Epiſcopus, Univerſitati fidelium tàm præſentium quàm futurorum. Quoniam divinæ bonitatis inæſtimabilis Clementia uſquequaque noſtra perornare tempora dignata eſt, per ſanctæ religionis grata ſibi ſtudia, per bonæ converſationis Monaſteria recenter inſtructa, Noſtri & Officii Sacerdotalis ratio toto mentis affectu omniſque devotionis inſtantia, noſtræ mortalitatis tempore, vigilanter operam dare debet, ut manu Superni cultoris plantata, jamque florens parturiens vinea laudabilium profectuum & bonorum fructuum quotidiana ferre non ceſſet incrementa. Inter alia itaque divinæ ſervitutis loca Venerabilia noſtris etiam diebus, noſtris etiam in terminis, Domino Auctore, fundatum eſt in loco *Lambspring* nuncupato, Ancillarum Chriſti Monaſterium Venerabile, in honorem Dei Omnipotentis & B. Mariæ ſemper Virginis, ad ſingulare præſidium S. *Adriani* Glorioſi Martyris, à Strenuiſſimo Principe *Riddago* Comite, ac fideliſſima ejus Conjuge *Himhylde*, piâ devotione conſtructum, ac dotis nomine in deſponſione Domino dilectæ Virginis *Rickburgis*, unici pignoris Filiæ, juſtis & liberis hæreditarii juris poſſeſſionibus rationabiliter dotatum, quod cùm ſecundùm ſeculi dignitatem Regni municipatu favorabiliter extollere, vel omnimodis

(i) c. 171. p. 326.

dis emancipatum juris proprii libertate auctorabiliter manumittere potuissent, hoc potius pro remedio animarum suarum, & pro Gloria cœlestium bonorum, Regum Regis Domini & Reginæ cœlestis tutissimæ Dominationi, Ecclesiæ videlicet, & Hildesemensis fidelissimæ tuitioni assignantes, fideliter suum propositum commendaverunt, ita sanè, ut in eodem loco famulantes Domino liberam, Episcopi sui consilio, habeant electionem, liberam quoque omnium disponendorum, sicut oportet, facultatem. Et quoniam eadem *Lambspringensis* Ecclesia devotione voluntaria nostræ Matris Ecclesiæ facta est fidelis Ecclesia, pro vera & perpetuali utrimque recognitione confirmanda, licentia Dei Omnipotentis, & largitate Beatæ Mariæ Virginis Matris, consensu Cleri nostri & universæ Familiæ, sub testimonio totius Ecclesiæ nostræ in Christo congregatæ, de manu nostra, in bona voluntate & cum hilaritate, decimas aliquas, villis earum adjacentes, & opportunas eidem stabiliter concedimus, quatenus usque in finem seculi, cooperante gloriâ Dei, die noctuque devota ibi exhibeantur obsequia pro Nobis & Sancta universali Ecclesia. Sed ne inposterum vacillet antiqua occasione, seu machinatione, hujus doni largitio, loco decimarum, quas tradidimus, *Lambspringensium* prœdia quædam præcipua nobiliter exstructa, utiliter exculta, nostræ civitati contigua, nostris etiam usibus magis proficua, immobiliter recepimus, similiter & in villa *Odenhusen* eis attinentia, & *Foliberti* omnem possessionem, quæ ampla erat, juri nostro & ditioni liberè adjecimus. Hanc itaque mutuam traditionem & vicariam cambitionem pacto firmo statuimus, banno legitimo roboramus præcipiendo mandantes, ut usquequaque rata permaneant. Si autem in futuro, quod absit, contra justitiam Dei & legem christianam cassari contigerit, jam dictæ possessiones agrorum ac prœdiorum cum omnibus ædificiis & culturis, atque appendiciis suis, ad primitivam donationem ex integro absque contradictione, ac sine procrasti-

natione, in bona pace redeant. Omnem autem meum Successorem fideliter in Domino moneo, ac rogo & obtestor, ut memor sortis propriæ, memor misericordiarum & judiciorum Dei, nullum in his patiatur scrupulum offensionis oboriri, ne aliquatinus Ecclesiasticæ derogaretur auctoritati, quia procul dubio magno maledicto & vindictæ gravis iræ subjacebit, qui pactum Dei viventis irritum faciens, verbum Domini conculcaverit. Præterea constituimus, & in Christo JESU Domino nostro sub interminatione venturi Numinis præcipimus, ut eidem S. *Adriani* Monasterio & Congregationi ac familiæ in omni negotio de omni ratione sit pax firma securitas perpetua. Et ne præsumat aliquis attentare locum, vel gravare per injustitiam, aut violentiam, seu rapinam, neque in aliquibus rebus possessis alicujus molestiæ diferimen inferre moliatur quolibet ingenio, vel quacunque occasione, scilicet in decimationibus, in omnibus contractis, in cæteris omnibus possessionibus suis, in agris, in pratis, in villis, in silvis, in aquis, in molendinis, in viis & inviis, in mancipiis, in mobilibus & immobilibus, in omni re ibi attinente foris atque intus; Legitimam quoque ac liberam semper idoneæ personæ habeant electionem: secundùm Dei timorem & honorem omnemque reliquam institutionem agant secundùm Sanctæ observantiæ tenorem. Summopere verò pro omnibus hoc singulari mandato statuimus, ut sancta ibi jugiter vigeat cum humili subjectione claustralis obedientia, & per omnia diligenter observetur spiritualis disciplina, ut quæ omnis exterioris occupationis & servitii temporalis impedimento sunt absolutæ, in Domini Dei Omnipotentis famulatu in casta & religiosa conservatione studeant omnimodis esse devotæ, nec invacuam gratiam Dei recipientes, vel noxiæ sese libertati tradentes, sed in omnibus semetipsas, ut veras Dei ancillas, & castissimas filias exhibentes, sanctum nomen Dei veri & immortalis Sponsi nec in se blasphemari, sed magis benedici & glorificari pio studio & continuâ devotione

tione contendentes, ut cùm nomen Domini per ævum benedicetur, ipsæ à Domino benedictionem hæreditare mereantur. Si quis autem Successor meus, vel quisquam alius, hanc nostram & divinâ cumpensatione constitutionem irritam fecerit, vel aliquid horum usurpaverit, vel si quis alter post alterum in injustitia detinuerit, nec conversus ab errore suo ad integrum omnia restituerit, & dignâ satisfactione judicio Ecclesiæ ab incolis loci placationem recipere meruerit, huic comminationi subjaceat, auctoritate Omnipotentis Dei & Beatorum Apostolorum Petri & Paulli, ac nostri sacerdotalis officii, *sit abscissus de corpore Sanctæ Matris Ecclesiæ, sit segregatus à cœlo, sit exterminatus de terra viventium, sit traditus Satanæ in interitum, & manifesta ultio divina hîc in præsenti tangat eum, ut sit omnibus in parabolam & opprobrium & in exemplum.* Et ut firmum semper & ratum hoc Domini maneat testamentum, propriâ manu sigillo nostro signamus in nomine Patris & Filii & Spir. Sancti, ut funiculus iste Sanctæ Trinitatis, qui nunquàm rumpitur, nullâ unquam ratione dissolvatur. Quam quicunque infelix dissolvere contenderit, *rudentibus ad inferni supplicia æterna sine medio pertrahatur.* Acta sunt hæc Dominicæ Incarnationis anno octingentesimo septuagesimo secundo, indictione quinta Kal. Novembr. in die solemnitatis & lætitiæ nostræ, consecrationis videlicet novæ Basilicæ principalis Ecclesiæ S. Dei Genitricis Mariæ, quam, Deo auctore, à fundamento ereximus, præsentibus Venerabilibus Episcopis, & Nobiscum omnem actionem confirmantibus, *Remberto, Theodorico, Luttardo*, astante Religioso Abbate *Adalgario*, coram multis fidelibus, Clericis, Monachis, Laicis, sub testimonio Christi & totius Ecclesiæ in Trinitatis nomine feliciter Amen.

§. XVII. *Riddagus* erat Comes Winzenburgicus, conjux ejus *Imhilde*, seu *Himhildis*. De schismate verò Anglicano latiùs egit *Nicol. Sanderus*. (k) In his motibus multi adolescentes Angli, patriâ suâ relictâ, Riddagus, Imhilde,

(k) L. 1.

lictâ, ad Ordinis sui i. e. *Benedictini* congregationes Hispan. & Cassinensis monasteria confugerunt, & ibi regulariter instituti anno MDCIII. in Angliam redierunt, & numero postea aucti à Congregatione *Bursfeldensi*, cum consensu Archi Episcopi Colonienſis, ut Episcopi Hilesheimensis *Ferdinandi*, hoc Monasterium sub certis conditionibus obtinuerunt. Primus Abbas erat *Clemens Reynerus*, qui possessionem primùm cœpit 2. Octobr. MDCXLIII. At literæ Illustris Regiminis Hillesheimensis, queîs, jussu Sereniſſimi Electoris, actualis ejusdem cœnobii administratio conferebatur, datæ sunt 17 Novemb. ejusdem anni, vixtamen quicquam in administratione officii potuit ante mensem Majum sequentis anni. Deplorandus tunc Monasterii status erat, & res domi valdè angusta. Sacra ædes & pleraque ædificia diruta, sed ruinosa, decimæ unà cum ceteris boni immobilibus, pro debitis tempore belli contractis, potissimùm oppignotatæ. *Rembertus* autem, hanc actionem confirmans, erat Archi-Episcopus Bremensis, *Theodoricus* Præsul Mindensis, *Luthardus* Padebornensis, *Adalgarius* Abbas Corbeiensis.

Clemens Reynerus,

§. XVIII. Notabilis historia, modò vera sit, quam fragmentum habet. Cum AC. MVIII. sub pia *Alfheide* Presbyter *Coracusse* ad Missam præpararet, & Custos Ecclesiæ ideo ornamenta altari imponeret, magnus & tumidus ibi conspectus est bufo, qui tamen in angulum repsit, ut custos nihil amplius inde sibi metueret. O nato jam altari, rursus ex angulo prorepit, & in medio altari consident, truculento adspectu. Custos narrat Sacerdoti. *Hic* verò: *ne moveatis*, ait, *diabolum hunc mox pellam*. Posito igitur coram eo hostiâ consecratâ, medius statim disruptus est cum fœtore, ut gratias in Missa egerit Presbyter Deo, & miraculo similis res habita est. Ita Diabolus in ipso initio Ecclesiæ *Visbeccensis* turbare & perturbare voluit sanctam Congregationem, sed Deus prohibuit. Quid enim per *bufonem* iſtum intelligam, nisi Satanam cappatum, qui, præsente Sanctissimâ hostiâ, crepuit medius. In dissertatione mea de *Abbatia Meppensi* (1) ex Diario *Georgii Brabecci*, Præpositi olim ibidem, dixi de stupendis silicibus, passim in ericetis Meppensibus repertis. Sic verò ejus verbis dixi: *Non sine causa miramur ingentes* silices, *passim quos repereris in* ericetis, *præsertim in loco, quem incolæ vocant* Hümmeling / *à paganis olim magnâ copiâ congestos, quorum maximi quatuor pyramidibus acutioribus ad altitudinem viri impositi, & tantæ magnitudinis ac latitudinis sunt, ut*

hist. notabilis, 1008.

Hümmeling /

grex

(1) num. 3. inter diss. m. historic. edit.

grex ovium (eine ziemliche trifft) *commodè sub aliquo stare queat. Quæritur non immeritò, quibus instrumentis seu machinis, tanta pondera aliquot millia centenariorum excedentia, attolli potuerint & imponi? an ethnicorum* altaria *fuerint, seu* sepulcra, *incertum est. Asserunt tamen incolæ*, Sarboldum, *Regem gentilem, sub majori aliquo cubare. Cum ante hos* XX. *annos terra egereretur, magnum vas fictile clausum cinere repletum & in terra defossum repertum est. Cumque altiùs foderent, putantes, latere forsan ibi thesaurum, in conspectum prodiit stupendæ magnitudinis* bufo, *torvo admodum vultu cujus adspectus ocius perterritos operarios in fugam egit.* Ceterùm *Alfheidis* prima erat Abbatissa, & quidem *religiosi nominis Abbatissa*, elogio *Henrici* Sancti bufo,

§. XIX. AC. MXXV. *Conradus Saliquus* denuò in Mindiburdium & defensionem suam suscepit Monasterium *Visbeccense*. Ita enim literæ: defensio & confirmatio, Conrad. II. 1025.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. CONRADUS divinâ favente Clementiâ Rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris, tàm præsentibus, quàm futuris, Qualiter quædam Venerabilis Abbatissa, nomine *Abiig*, Antecessorum nostrorum, Regum scilicet & Imperatorum scripta, suæ Ecclesiæ, quæ est in *Visbike* collocata, tradita, in nostram præsentiam contulit, eademque ex nostra Regali potestate confirmari ac corroborari quàm humillimè rogitavit. Cujus petitioni non immeritò assensum præbentes, ob amorem Dei, nostræque animæ remedium, & per interventum *Sigeberti*, Sanctæ Mindensis Ecclesiæ Reverendi Præsulis, nec non *Bernardi* Decani Ecclesiæ, & nostrorum fidelium, jam dictam Abbatissam, unà cum Congregatione sibi subjecta, omnibusque illuc ritè pertinentibus, in nostrum mundiburdium & defensionem ex integro suscepimus. Præcipientes igitur jubemus, ut nullus judex publicus, neque aliquis ex judiciaria potestate, homines prædictæ Ecclesiæ, liberos seu colonos, litos aut servos, in aliquo negotio distringere præsumat, nisi tantùm Advocatus loci illius; habeantque Sanctimoniales illæ liberam potestatem per successionem temporis

ris inter se, sive aliunde, Abbatissam eligendi nulliusque seculari dominio sint subjectæ, excepto nostro, qui earum *Defensor*, Deo annuente, esse volumus. Hæc sunt prædia, quæ pertinent ad suprà dictam Ecclesiam *Visbiki*. In illo loco sex mansi pleni: insuper in his locis ita nominatis, *Unendredesa*, i. e. *Unighalteshusun*, quatuor mansi, *Benneshusun*, unus mansus, *Haddeshusun* unus mansus; *Trackanhusun* duo mansi; & in aliis locis ad ministerium Ecclesiæ *Visbicki* viginti novem mansi in pago *Tilithi*, in Comitatu *Helimanni* Comitis; iterumque in pago *Merstem*, in Comitatu ejusdem Comitis, octo mansi, & in pago *Lagunga* sex mansi, in Comitatu *Bodican*, in pago *Westfala*, in Comitatu *Henrici* Comitis decem & octo mansi; & in Comitatu *Hroduverkesen* sex mansi, & in villa, quæ vocatur *Hramnesberg*, duo mansi, *Fratthorpe* unus mansus, in *Amon* quatuor mansi, & in Comitatu *Virinharti* curtem, nomine *Thultbergh*, quinque mansi, in *Tundern* sex mansi, in *Hartungehusun* villa integra. Et ut hæc nostra confirmatio stabilis & inconvulsa permaneat, hanc nostri præcepti paginam inde conscriptam manu propriâ roborari, & sigilli nostri impressione insigniri jussimus. Datum decima octava Januarii, indictione octavâ, anno Dominicæ Incarnationis Millesimo vigesimo quinto, anno autem Domini Conradi secundi Regis I. Actum Corbejæ.

Data hæc charta est Corbeiæ. Habito enim celebriori Episcoporum Procerumque Conventu *Mindæ*, in quo pro Regia suâ auctoritate de Republica finitimarumque regionum tranquillitate constituerat, Mindâ Rex *Padebornam* profectus est, abhinc *Corbeiam* discessit, inde *Hilleshemiam*, ubi S. *Gothardum* Episcopum invisit.

Adolf. de Santersl. fit Com. Schauenb.

§. XX. AC. MXXX. *Adolf de Santerslev*, nunc Comes, Ecclesiæ nostræ multùm benefecit, ut *Bruno*, Dominus & Pater Spiritualis ejus & noster, ex eadem familia ut obligatæ sint Sorores in æternum pro iis orare. In solenni Conventu, quem *Conradus Saliquus* hoc anno

Mindæ

Mindæ in plateâ, *Kampe* dicta, habuit, *Adolfus* iſte, operâ *Sigeberti*, Epiſcopi Mindenſis, primus Comes *Schauenburgicus* creatus eſt, uti nuper monui in notis ad *chron. Mindenſe Buſſon. Watenſted.* (l) Circa AC DCCCCLXXX. duo cumprimis *Santerslebii* celebres erant in Diœceſi Mindenſi *Bruno* & *Adolfus*. Ille fiebat *Conradi* II. Imp. Cancellarius, poſt Epiſcopus Mindenſis; Hunc, ceu *Virum ſtrenuum*, fidelem & prudentem idem Cæſar fecit *equitem Auratum* & tandem *Comitem Imperii*. Hujus conſilio & induſtriâ crebriùs fauſtè utebatur *Sigebertus*, Præſul Mindenſis, itaque in præmium laboris multa ei contulit bona, præſertim *montem urticarum*, den Nettelberg/ in quo, cum conſenſu Epiſcopi, poſtea *arx ſpeculationis*, Schauenburg/ erecta eſt. Fuit igitur uterque, non ex Gente *Salinglebiana* ùt cum *Kranzio* (m) opinantur *Chytræus* (n) & *Spangenberg* (o) ſed *Santerslebiana* ſecundùm *Hermannum de Lerbeck*, (p) & *Erdvvin. Erdmann.* (q) ac *Meibomium*, (r) queîs *Walenſtedius* meus (ſ) pollicem preſſit. *Santerslebii* ex Archi-Diœceſi Magdeburgica ſunt, â Comitibus *Walbeccenſibus* deſcendentes; (t) abs illis verò Comites *Schauenburgici*. *Salinglebii* contrà nomen habent à *Salingis*, vel *Saliis*, ſeu Francis Orientalibus, ad Salam habitantibus.

§. XXI. AC. MXXXIII. Abbas in *Mure*, frater, ſeu tamen cognatus Abbatiſſæ in *Visbick*, cum conſenſu Fratrum, multùm in teſtamento delegâſſe dicitur, teſtante fragmento meo. Non ſatis mihi conſtat, an *Muri*, ſeu *Murhart*, vel denique *Murbach* intelligi debeat. *Muri* erat primùm Præpoſitura, *Reginboldo*, Monacho Solothurmenſi, commiſſa, poſtea in cœnobium verſa. (u) Totam fundationem dabit *Guilliman.* (w) *Vernarium* Wippo (x) vocat *Werinharium*, *generoſum in divinis & ſecularibus officiis ſtudioſum*: alii *Wernherum*, *Landoldi* I. Comitis de Aldenburg, & *Luitgardis* Filium faciunt. Dicit *Henricus* V. Imp., in Regno ſuo regulare quoddam Monaſterium ſitum eſſe in Provincia ſcilicet Burgundiæ, in Epiſcoparu Conſtantienſi, in pago *Argove* dicto, in Comitatu *Rore*, quod *Mure* nuncupatur, & tempore Conradi Imp. in honore S. *Martini* conſtructum, & honorificè Deo dicatum à *Wernhario*, Epiſcopo Strazburgenſi, *parente* ſcilicet (i. e. conſangui-

Monaſt. Mure, 1033.

(l) p. 14. (m) L. VIII. Saxon. c. 26. L. III. Metrop. c. 47. (n) L. I. & II. Saxon. (o) L. I. chr. Schaumburg. c. 4. (p) in Chron. Comit. Schauenb. c. p. (q) in chr. Oſnabr. p. 206. (r) in not. ad chr. Lerbecc. p. 45. ſeq. & in chr. Walbecc. p. 9. (ſ) l. c. p. 15. (t) Meibom. in append. ad Gobelin. Coſmodr. æt. VI. c. 53. (u) Bucel. P. II. G. S. p. 63. c. f. (w) L. IV. Habsburg. c. 3. p. 195. ſeq. (x) in vit. Conr. Salici p. m. 423.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [349] - 25

ſanguineo) *Wernharii*, Comitis de Habsburg. Nunc autem idem Comes, à quo præfatum Monaſterium, ſeu Abbatia, hæreditario jure poſſeſſa eſt, nutu Dei tactus & inſtinctus, ipſum locum *Mure* cum omnibus ex toto ſuper altare *S. Martini* reddidit, delegavit, & contradidit Domino Deo, S. Mariæ, S. Petro Apoſtolo, S. Martino Epiſcopo, & S. Benedicto in proprietatem & poteſtatem prædicti Monaſterii Abbati, nomine *Luitfrido* ejusq; Succeſſoribus. &c. Teſtes erant: *Burcardus*, Monaſterienſis Epiſcopus, *Rudolphus*, Baſilienſis Epiſcopus, *Vido*, Curienſis Epiſcopus, *Fridericus*, Dux Sveviæ, Unocolus, *Berchtoldus*, Dux Zeringiæ, *Godfrid.* Comes Palat. Rheni. *Hermann.* Marchio Badenſis, *Arnolf.* Comes de Lentzburg, *Rudolph.* Frater ejus, *Adelbero* Comes de Froburg, *Adelbertus*, Comes de Habesburch. Dat. IV. Non. Mart. Indict. VII Anno Domini MCXIV. Regnante Henrico V. Roman. Rege anno VIII. imperante III. Actum eſt Baſileæ. (y) Ab AC. MXXVII. non amplius dicti ſunt Comites iſti de *Aldenburg* & *Vindoniſſa*, ſed Comites de *Habsburg*, teſte *Guillimanno* (z) quem tamen in primo *Aldenburgenſium* & *Vindoniſſenſium* (ùt vocat) Genealogia plurimùm aberrâſſe ſcribit *Bucelin.* (a) *Landolus* Junior, qui anno MXXXVI. obiit, primus, Habsburgo condito, à *Wernero* Fratre uſus eſt titulo *Habsburgici*, jubente Epiſcopo fratre. De *Vindoniſſa* autem vid. poſt *Guillimann.* (b) *chronic. Conſtantienſe.* (c) *Murhart* verò vetus & celebre Würtenbergiæ cœnobium O. S. B. circa AC. DCCCXV. à Ludovico Pio fundatum, cui primus Antiſtes S. *Walericus* datus eſt. Potentiſſimum olim fuit *Murbacum* ejusdem Ordinis, *Vivarium peregrinorum* olim dictum, cujus Abbas adhuc inter Principes Imperii refertur, quique quondam *mille ducentos* & *ſexaginta* equos aluiſſe dicitur.

Murhart.

Murbac.

Hadwig, 1044. §. XXII. AC. MXLIV. *Hadewig*, pia Mater, cum luctu omnium moritur. Scriptum de Ea eſt:

Hadewig *in cœlis*,
Tu, ſi idem velis,
Vive, ſicut illa,
Pia Dei ancilla,
Cœlum & infernus
Annon tibi æternus?

Æterni-

(y) Guilliman. L. V. Habsburg. c. 3. p. 262. ſeq. (z) L. IV. c. 3. (a) Genealog. Germ. notit. p. m. 30. (b) L. II. c. 1. ſeq. (c) à Piſtor. edit. p. 620. ſeqq.

Æternitas, æternitas,
Est gaudium & calamitas.
Elige, quam velis,
Sic es in inferno, vel cœlis.

§. XXIII. Faceta Hiſtoria, quam *Iſibordus Amelunxius*, Nobilis cœnobita Corbeiæ Saxonicæ, in breviario ſuo rerum memorabilium (d) nobis dedit. AC. MLVI *Scholaſtica Bibermannia*, Prioriſſa *Visbecc.*, in feſto annunciationis B. M. V., pro exornanda ſtatua ejus in templo, è cella ſua in culinam affert rubicundiſſima corallia in ſcatula, ut ea per filum trajiceret, & collo imaginis circumligaret. Sedit fortè ad focum vetula, eleemoſynas quæ petierat, & mentiebatur ſomnum. Signo interim ad veſperas dato, in cellam recurrit Prioriſſa, relictâ cum Coralliis Scatulâ in angulo quodam culinæ, patinâ cooperta. Finitis Sacris reverſa deflet ea ablata. Suſpicio cadit in anum. Quæ, rumore à vicinis in caſula ſua perceptô, ſubitò deglutiebat omnia corallia, & ſponte ſuâ regrediebatur, neſcio quid prætendens, ad cœnobium. Prioriſſa durioribus eam affatur verbis. Illa Sanctos omnes in teſtimonium advocans, aſtutè malitiam defendit. Sed ecce! ingenioſa quædam ſoror, *Beatrix de Dorringsen* ita ad eam: *Mi Rixa*, bono, quæſo ſis animo: *non ſunt deperdita corallia, reperiemus ſi non hodie, alio tamen die, & perinde eſt.* Sede tu ad focum, habeas, cùm vigilia ſit, offam, quam ipſamet tibi parabo, Illa interim *purgans* præparat, quod, inſciâ vetulâ, in juſculo diluit. Comedit anus, nihil ſiniſtri ſuſpicans. Interim *Beatrix* omnes ejus egreſſus obſervans, paulò poſt videt ad vomitum proclivem. Subitò pelvis ſupponitur, digitoque in fauces intruſo, conatus Naturæ promovetur. Tunc en! in putidis excrementis *rubentia corallia*, ceteris aliâ viâ excluſis. Similem planè hiſtoriam de Margaritivoro Pariſienſi habuimus in relationibus hebdomadariis publicis anno MDCLXXXIII. Nec injucunda hæc, quam *Marcellus Donatus* (e) ex Veſalio (f) apponit. Calidus Hiſpanus ſuperiori anno ſcorto cuidam *quadraginta uniones* ex illis, quas hîc nobiles Mâtronæ collo geſtant, unà cum aurea cruce quinque gemmis inſtructiſſima, & fide pariter, quâ hæc continebantur, ſuffuratus eſt. Illa namque cùm huic noctem ſe daturam, niſi prius numeratis quinquaginta aureis, negaret, atque is lætè annuiſſet, ipſa à Patricio Veneto Pathico ſuo, ut comtior ornatiorque & magis placida eſſet, elegan-

corallivora 1056.

aliæ hiſt.

(d) num. 15. Dec. II. Miſcell. Curioſ. ann. IV. annex. (e) L. IV. de Hiſt. med. mirabil. c. 1. c. f. (f) L. V. H. C. F. c. 3.

tissimum uxoris suæ monile obtinuit. Cui Hispanus, quo meretriculæ vices reponeret, inhians eam, quàm potuit salacissimè, ut suaviùs tandem obdormiret, exercuit, ac postmodum soluto monili singulos uniones, & crucem, ac postmodum fidem (ne quid furto suo obstaret) devoravit. Nec dubito, quin rursus κατω eas rejecerit.

Bya, 1070.

§. XXIV. AC. MLXX. *Bya*, tàm carnalis quàm spiritualis soror *Judheydis* nostræ, à *Liuthmodi*, Matre sua spirituali in Quitilineborch, poreſtatem accipit abeundi ad *Ekkihardum*, rigoreſioris vitæ & sancti Zeli amans. Qui *Ekkihardus* mox postea fit Abbas primus novæ Congregationis S. Mariæ in *Huiseborch*, Diœceſ. Halverstad., quam *Borchartus* liberaliter fundavit. *Ekkihardus* autem miracula fecit, ut in necrologio legitur. Pauca hæc verba fragmenti integrum merentur commentarium, quem, præmissis fundationis tabulis, anno MLXXXIV. à *Burcardo* II. Episcopo Halberstadensi datis, bonâ fide subnectam.

Monast. Huysburg fundatio, 1084.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. BORCHARDUS, Dei gratiâ Halberstadensis Episcopus secundus. Notum sit omnibus Christi fidelibus, præsentibus scilicet & futuris, qualiter pro remedio animæ nostræ, omniumque Nobis commissorum & pro absolutione animarum *Borchardi* Episcopi, omniumque Antecessorum, nec non Successorum nostrorum, simul & Parentum nostrorum, & pro statu totius Sanctæ Ecclesiæ, tradimus ad altare S. *Mariæ* in *Huyesborch*, ad constructionem sancti servitii Dei, secundùm monachicum Ordinem, sub regimine Abbatis, ad eundem locum consecrandi, & sano consilio, secundùm timorem & amorem Dei à Congregatione ejusdem loci eligendi, eandem *civitatem Huyesborch*, cum omnibus ædificiis suis, decimas quatuor, LXV. manſos, cum mancipiis, & vineis, silvis, areis, & ædificiis, terris cultis & incultis, agris, pratis, pascuis, campis, venationibus, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, quæsitis & inquirendis, & omnibus utensilibus ad hæc pertinentibus. Quæ omnia sita sunt in locis subscriptis: in *Eylenstiddi* XIV. manſi & decima ejusdem villæ: vinea una, duo molendina parva, duæ piscinæ & silva. In *Gacisleva* duo manſi: in *Wernan-*

stiddi

ſtiddi duo manſi : in *Adersleva* duo manſi : in *Werſtiddi* unus manſus : in *Mandorp* duo manſi : in *Ebbekeſtorp* decimam unam : in *Hitvverdingerode* decimam unam : in minori *Hoym* decima : in *Biſtedi* unus manſus : in *Achelbardeſtorp* duo manſi, & pars ſilvæ, in *Himelena* unus manſus : ſilva circa ipſam *urbem Huyesborch* : item pars ſilvæ in orientali parte *urbis* : in *Suburbio* novem jornalia : in *Dingelſtiddi* dimidius manſus : in *Sarkſtiddi* unus manſus & dimidius, quô primùm dotabat hanc Eccleſiam *Borchardus* Epiſcopus, Anteceſſor noſter. Capellam S. *Sixti* dotavimus duobus manſis : in *Lechidi* unus & dimidius, & in *Ckemis* dimidius. Hæc noſtrâ donatione Domui Dei in *Huyesborch* contulimus. Cetera verò ſubſcripta devota Chriſti fidelium oblatio addidit. In *Witeburna* XI. manſi & dimidius : in *Eylenſtiddi* V. manſi & dimidius, vinea una & tres partes ſilvæ : in *Aſpenſtiddi* dimidius manſus & tria jornalia : in *Vordesleva* unus manſus : in *Minesleva* tres manſi & dimidius : in *Vetersleva* tres manſi : in *Strobecke* dimidius manſus ; in *Bettenmandorp* dimidius manſus : in *Biſchopamandorp* dimidius manſus : in *Badesleva* unus manſus ; in *Schlanſtidi* dimidius manſus : item ibidem dimidius manſus : in *Imerga* unus manſus : in *Sommeringe* dimidius manſus : in *Werſtiddi* dimidius manſus : in *Papeſtorp* dimidius manſus : in *Dannerſtidde* unus manſus : in *Kyrlderen* unus manſus : in *Delghorp*. V. manſi : in *Semetsvvege* VI. manſi : in *Biſted* dimidius manſus : in *ſuburbio civitatis Huyesborch* tres manſi. Hæc omnia altari S. Mariæ in *Huyesborch* tradita ſunt. Ideo pacem banno noſtro ſæpe confirmatam iterum confirmamus omnibus, quæ prædicto altari jam donata prænotavimus. Et ſi quis rapinam, vel fraudem aliquam inde ſubtraxerit, ſive locum hunc, JESU CHRISTO mancipatum, quolibet temerario auſu ad deſtruendum invadere tentaverit, hunc anathematis ſententia multatum æternis ſuppliciis deputamus, niſi pœnitentia reductus quantociùs ſatisfaciendo reſipiſcat. Concedimus, ut etiam Abbas loci ipſius ſibi *Advocatum* pru-

denter eligendo ſtatuat, quem cauſa animæ ſuæ in neceſſitatibus ſuis ſibi indifferenter adeſſe conſiderat. Et ut hæc omnia firma & indiſſolubilia poſthinc omni permaneant tempore, cartam inde conſcriptam manu propriâ corroborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Data Kal. Novembr. anno Incarnationis Dominicæ MLXXXIV. Indict. VIII. anno verò ordinationis Borchardi ſecundi XXV. Actum in Halberſtad in nomine Domini feliciter.

Burcard. II Ep. Halb.

§. XXV *Burcardus* hujus nominis ſecundus, Epiſcopus Halberſtadenſis XII. Centurat. Magdeburg. (g) vocant *Bernhardum*, Lamb. Schaffnaburg. (h) *Buconem*, Hedigo *Buggonem*, Engelhus. (i) *Bugonem*, Kranz. (k) *Burcardum*, cognomine *Buconem* & *Bucam*. Natus eſt Goslariæ ex honeſta *Buccionum* familia, *Annonis*, Colonienſis Archi-Epiſcopi, conſobrinus, juxta *Lambertum* & *Brunonem* Monachum. Electus turbulentâ tempeſtate AD. MLX quem calculum *Martinus* in chron. MS. Halberſtad. rectè poſuit, licèt *Winnigſtadius*, Martini plagiarius, MXL. malit. Hujus *Burcardi* vitam latiùs conſignavit D. *Caſp. Sagittar.* (l) Occiſus tandem à ſicariis in famoſa ſeditione Goslariæ anno MLXXXVIII. XI. April. Epiſcopatus ſui XXVIII. *Gerhardus* Papa (qui & Nicolaus dicitur) anno anno MLXIII. obiit, in cujus locum, per electionem Regis & quorundam Principum, *Parmenſis* Epiſcopus, natione Mediolanenſis, ſubſtitutus eſt, & Romam per *Buconem* miſſus. Cui redeunti pro præmio bene curatæ legationis pallium dedit, & alia quædam *Archi-Epiſcopatus inſignia*. Qui Archi-Epiſcopus Moguntinus, (Sigfriedus) tanquàm Metropolitanus, ad obfuſcandum ſui Prioratus faſtigium interpretatus, indigniſſimè tulit, ſed per Archi-Epiſcopi Colonienſis interventum, ſatisfactione acceptâ, quievit indignatio ejus. (m) Sanè ope *Henrici* III. Imp. & Burcardi noſtri ſupremo Pontificatu potitus eſt *Honorius* II. Inde à Papa, & Cæſare magnam meruit gratiam cum inſigni Diœceſeos ſuæ augmento Inter ſingularia privilegia *Burchardo*, ejuſque ſucceſſoribus, in perpetuum conceſſa erant hæc: more Archi Epiſcopali *pallium* uti in ſolennibus feſtis, *prælatâ cruce*, & *albo equo* deferri ad Eccleſiam. Canonicis datæ ſunt *infulæ*. (n) *Chronicon Lauterberg.* ad ann. MCLXI. hanc dignitatem ferendi pallium *Geroni*, intruſo Antiſtiti, confert, ab Anti Papa *Victore* acceptam. *Pallium*

occiſus,

Promotor Papæ,

præmium ejus,

(g) C. XI. c. 10. (h) ad ann. 1059. (i) in chron. p. 211. (k) L. V. Metr. c. 4. & 24. (l) in hiſt. Halberſtad. §. 48. (m) Lamb. Schafnab. ad h. a. (n) vid Baron. T. XI. Annal. p. 347.

lium propriè & ordinariè tantùm Archi-Epiſcopis conceſſum, impro- pallium,
priè ex que gratia ſpeciali paucis olim quibusdam Epiſcopis, in Germania
Bamberg enſi, ex perpetuo privilegio, (o) In Italia *Oſtienſi*, eò quòd
Romanum conſecret, inſtituente *Marco*. (p) Affert enim *pallium* Ar-
chi-Epiſcopale nomen, unà cum *reali plenitudine Pontificalis officii*,
ideò dicitur *inſigne plenitudinis officii Pontificalis*. Et olim nullus ha-
bebatur verus Archi-Epiſcopus, qui *pallio* deſtituebatur. Exempla vi-
de sîs apud *Weberum*. (q) *Prælatâ cruce*: quâ ille, ceu ſigno eminentio- crux præ-
ri, ab aliis diſcerneretur Epiſcopis, præque iſtis cognoſceretur. Sic lata,
primus Archi-Epiſcopus Magdeburgicus *Adelbertus*, pro ſe ſuisque Suc-
ceſſoribus, ſummam dignitatem decusque impetravit, ut ante ſe *vexil-*
lum crucis haberet prævium, memor iſtius Apoſtolici. (r) Et *albo* albo equo
equo deferri in Eccleſiam. Quanto in pretio Veteres habuerint *album* vehi,
colorem, fuſiùs explicui alibi. (ſ) Canonicis datæ ſunt *infulæ*. De infulæ,
harum gemina cuſpide eleganter *Luterus* (t) Nugæ autem, quas
vendidit *Toloſanus*, (u) inquiens: infulam ideo duas cuſpides habere
in apice coëuntes, tanquam *cornua*, ut populus aliquo modo expave-
ſcat, & reverentiùs metuat Epiſcopos, veluti *Moſem cornutum*. Ec-
quando verò hic fuit *cornutus*? (w)

XXVI. Quanta verò præſtitit *Burcardus* pro *remedio animæ ſuæ*
ſuorumque omnium. Solenniſſima formula *pro remedio*, ſeu *refrige-* quantum
rio animæ meæ, omnibus ferè fundationibus & donationibus innexa, pro ani-
cujus rei multa exempla collegit CL. *Meibomius* (x) cum D. *Sagitta-* ma!
rio. (y) Phraſin hanc *Henricus*, Comes Wernigerodanus, ita explicat. (z)

Hierumme bekenne Wy Henrich von Godes Gnaden / Grave und Here to Wernigerode / mit düſem Breve / vor uns und unſe Erven / vor alle unſe Nakommenlinge / und don kunt / unde allen / de düſen Brev ſehen / edder hören

(o) Sleidan. L. XIII. Comm. (p) Polyd. Vergil. L. IV. de rer. invent. c. 12. (q) in introd. Epiſc. tit. IV. §. 29. (r) Gal. VI, 13. (ſ) cynograph. m. curioſ. S. I. c. 3. §. 9. & in tr. m. de candore, (f) T. II. Jenenſ. Germ. f. 108. B. & T. VII. f. 332. a. (u) in Syntagm. Juris univerſi L. XV. c. 12. num. 40. (w) vid. Th. Bartolin. L. I. de luce animal. c. 12. & L. de morb. biblic. c. 5. Alb. Vogtii Miſcell. bibl. hept. ſec. loc. 3. p. m. 51. ſeqq. Mart. Weinrich. de Monſtr. c. 24. p. 220. B. Lagograph. m. curioſ. S. I. c. 3. §. 4. & P. III. Zeitkürtz. erbaul. Luſt them. 14. imprimis Mich. Libetanz exercit. Phyſiol. de h. m. habit. Witteb. Anno 1660. (x) in opuſc. hiſt var. p. 427. & 468. (y) in Antiqq. Ducat. Thuring. L. IV. cap. 22. p. 316. (z) in lit. de Anno 1427. in die S. Margarethæ.

hören leſen / witlick / de nun ſyn / und noch tokommen mögen / dat Wy in tiden mit groter Begehringe overprovet unde bedacht hebben / nach Lehre der Hilgen Schrifft / dat nütte und ſalich ſey / Dechtnüſſe und bede vor de Levendigen und vor de Doden von der Hilgen Kercken / alſo dat der Levendigen örer Levent damet vorlenget werde upperne Beterniſſe / unde der Doden öre Sünde vorlaten / unde dar tor Pyne vorkortet in dem Vegeführ. Hierrumme hebben Wy Henrich Grave. ꝛc.

§. XXVII. In honorem Dei & memoriam B. Virginis cœnobium hoc Ordinis Benedictini in ipſa ſylva *Huy*, unô milliari à Metropoli ſua *Halberſtad.*, erectum eſt. Unde imago adhuc Virginea in ſigillo Abbatiali. Primum templi lapidem, juſsû *Burcardi*, poſuit *Alfriedus*, Monachus Ilſenburgenſis, primus regulariter electus Abbas, Anno MLXXXIII. *Hic*, ajunt faſti monaſtici, *cœpit colligere Fratres antiqua ædificia deſtruxit, conſtruxitque Eccleſiam, refectorium, domum magnam teſtudineatam, & alia plura.* Miror, unde vecta ſint vaſta & ſolida iſta ſaxa, è quibus totum Monaſterium templumque conſtructum eſt, quod amplum ſatis & venuſtum. Teſte tabula ad oſtium chori pendente XXI. in eo altaria, in *Syntagmate meo Rerum & Antiquitatum German.* dicta. (a)

Alfridus,

altaria,

§. XXVIII. *Ad conſtructionem ſancti ſervitii.* Quo Epiſcopus *Reinhardus* in humilitate monaſticæ inſtitutionis, fundatum cernens, exultavit & delectatus eſt, multos manſos, decimas, & alia bona eidem Monaſterio largiens, ut ex literis vidi anno MCXIV. datis. Præter templum ordinarium XVI. ibidem ſacella, etiam à me notata. (b)

ſacella,

§. XXIX. Ruſticos olim cives, villasque *urbes*, ſeu *civitates* dictas fuiſſe, veterum Monumentorum ruſpatoribus ignotum haud eſt. *Ditmar Merſeburg.* (c) *Wallibizi*, ſeu *Walbeccum*, Præfecturæ Webelingenſis villam, Helmſtadio vicinam, nominat *civitatem*: ita *Ilſineburgum* dicitur in chron. *MS. Halberſtad.* longè ante annum MIII. quô *Henricus* II. ad petitionem Arnulphi, Halberſtadenſis Epiſcopi, tradit ad altare S. Stephani civitatem hanc *Ilſinaburg*, in pago *Hardegovve*, & in Comitatu *Riechberti* ſitam. Ruſtici *Niendorpenſes* à Volrado, Antiſtite Halberſtadenſi, anno MCCLVII. expreſsè nominantur *cives*, & Carolus IV. Imp. annno MCCCXLIX villas *Twviſte* & *Weſtheim* oppida

villæ urbes,

(a) p. 140. (b) l. c. (c) L. IV. p. 73.

pida vocat. Plura hujus rei exempla notârunt *Spangenberg* (d) *Meibomius.* (e) *Huyesburgum* modò *urbs*, modò *civitas* dictum. Num igitur talis propriè sic dicta? tradidit Fundator ad altare B. M. V. eandem *civitatem* cum omnibus ædificiis: silvam circa ipsam *urbem*, & partem silvæ in orientali parte urbis, novem Jornalia & tres mansos in *suburbio civitatis*. Quî verò, rogas, extincta fuit ista civitas? Si quis conjecturæ locus, dixerim, ob penuriam aquæ, de qua adhuc multi questus *Huysburgi*, incolas domicilia sua ex arduo silvosi montis jugo transtulisse *Dingelstedium Sarkstedium*, inque viciniora loca. an talis Huysburg

§. XXX Meminit quoque Burcardus *venationis*. Latiùs olim hanc ex indulgentia & libertate Episcoporum, extensam fuisse, non diffiteor. Ideò *Udalricus* anno MCLVIII. & *Gardolfus* anno MCXCVI. omnia ea, quæ Prædecessores eorum *Burcardus*, *Reinhardus*, *Rudolfus* &c. tàm in agris, pratis, molis, quàm *venationibus* Monasterio contulerant, confirmabant. Sed hodie, ex usu etiam Monasterii, Domino territorii, soli Principi ea jure competit. Utinam omnes Clerici imitarentur *Fridericum*, Comitem *Beichlingensem*, Archi-Episcopum Magdeburgensem, qui ante hanc susceptam dignitatem *venationi* solùm intentus. (quam *nequissimam artem* vocat Gratian. (d)) postea Zelo animarum ita ferbuit, ut Cardinalis *Nicolaus de Cusa* dicere consueverit: *hunc unum se reperisse in Germania Episcopum.* Quem etiam non sine opinione sanctitatis obiisse retur *Bucelinus.* (e) venatio.

§. XXXI. *Burcardus* autem, qui primùm dotâsse dicitur hanc Eccleſiam, fuit hujus nominis primus, Antistes XI. cujus vitam vide sîs etiam apud *Sagittarium.* (f) Juxta chartam Huyseburgensem erat Dux, secundum *Kranzium* (g) Comes Bojariæ, rectiùs tamen *Conradi*, Comitis Voburgensis, h) aut Naburgensis (i) filius. Alii dicunt, Patrem ejus fuisse *Conradum*, & fratrem *Simonem*, Archi-Episcopum Bremensem, ex familia *Scheyrensi*. Vatem diei sui fatalis fuisse, vetus & constans est traditio Ipso namque die S. *Lucæ* Evangelistæ, natus & baptizatus, *eôdem* in scholas deductus, *eôdem* Sacerdos factus, *eôdem* Episcopus electus, *eundem* quoque ultimum vitæ suæ prædixit. Hinc sacrum semper habuit & devotè coluit. Decessit anno MLIX. Burcard. I.

(d) P. I. chron. Mansfeld. c. 122. (e) in Irmensul. Sax. c. 13. (f) c. qui venationib. dist. 86. Conf. Dec. VII. quæst. Polit. 9. Gerhardi, (g) P. I. German. Sacr. p. 41. (h) l. c. §. 47. (i) L. IV. Metrop. c. 20. (k) Cent. Magdeburg. C. XI. c. 10. p. 599. (l) Winnigstad. chr. MS. Halberstad.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1 ZEN Leibn. Marg. 48, [357] - 33

facellum S. Sixti.

§. XXXII. Condiderat hic *Burcardus* I. oratorium, seu facellum in curia sua, ubi nunc *Huyesburgum* est, in ipsa silva *Huy*, in memoriam *Sixti*, (alii dicunt *Stephani*,) lapides & cæmentum suis humeris apportans. Consecratum istud ab *Engelhardo*, Archi-Episcopo Magdeburgensi, & eodem *Burcardo* Halberstadensi. Superius quidem altare (nam duo habebat) ab isto in memoriam *B. Virginis*, inferius verò in crypta abs hoc, in honorem *Gregorii M.* & *Mariæ Magdalenæ* XI. Kal. Aug. De lite ejus cum *Meginhero*, Hersfeldensi Abbamors ejus. te, propter decimas, vide prolixissimè *Lamb. Schaffnaburg.* (k) & *Trithemium* (l) Verum de tragica ejus morte nec apud *Martinum Corbeiensem*, aut *Winnigstadium* ea, quæ Lambertus narrat, reperio. Sedente hoc *Burcardo* nobilis quædam puella, *Esikonis* & *Helmburgæ* Filia, quintô ætatis suæ anno, *Quedlinburgi* in Monasterio *prudentum Virginum* (uti *Henricus Auceps* vocabat) sacro servitio mancipata, & à Pia, laudato Antistite chrismate confirmata, boni ominis ergo *Pia* ab eo nominata fuit. Hæc sexum annosque tenellos morum maturitate insignique Zelo generosè transcendens, vitæ eremiticæ cupida erat. Fuit eôpse tempore Halberstadii Nobilis quidam Canonicus Ecclesiæ cathedralis *Eckhardus*, quem, ceu Confessarium, secreti sui conscium fecerat. Hic eôdem æstuans desiderio, socium ei se junxit. *Burcardus* II. subolfaciens religiosum *Piæ* institutum, agè, dicebat, si eremum optas, *Huyesburgi* te includam, ibi commodè sacris contemplationibus vacaveris. Illa datâ sibi à *Luthmodo* Abbatissa licentiâ, toto Collegio consenabit in silvam Huy tiente, Quedlinburgo ambulat *Huyesburgum*, seu potius in silvam *Huy*, annô ætatis suæ quadragesimo, post Christi natalem MLXX. indictione VIII. Cui ne deesset Sacerdotale ministerium, idem Episcopus, habito cum Canonicis consilio, *Ekhardum* Presbyterum dedit. Erat Adelheid. Gandersheimii nobilis quædam *Adelheidis*, quæ ægrè ferens teporem & somnolentiam monasticam, ab *Eckhardo* ad solitudinis hujus dulcedinem allecta, agente *Burcardo* II. clanculùm è clausto suo se subduxit, inque hoc nemore, anno sexto, à quo *Pia* hîc fuerat, inclusa, id est, AC. MLXXVI. carcerem sibi Paradisum fecit. Hæc solitudinis amantissima, alios Viros, monasticæ vitæ gnaros, advocavit, quorum institutione, si non plures, bis tamen quatuor Deo famulantes hîc uniri debebant. Erat tunc Magdeburgi in cœnobio S. Joannis Baptistæ quidam Thierelinus *Thierelinus*, seu *Thiezelinus*, qui sancto desiderio fervens, ob collapsam disciplinam, (qua de chron. Bergense à CL. *Meibom.* edit (m)) in *Si-*

geber-

(k) ad Ann. 1059. (l) in chron. Hirsaug. ad Ann. 1056. (m) p. 16. seq.

gebergenſi monaſterio per biennium ferè latuerat, ab Antiſtite verò *Weſſelone*, ſeu *Wezelino*, aut *VVernero*, Dynaſta Sonnenbergico, (n) revocatus, cùm vitam moresque incorruptos hujus Societatis comperiſſet, cum licentia Superiorum *Huyesburgum* tetendit, eandem optans & ambiens, trahensque poſt ſe ex eodem clauſtro religioſum *Meinholdum*, ſeu *Meinzonem*. Nondum veſtitus erat *Eckhardus* habitu Benedictino, cui *Meinzo* dixit: *mi Eckharde, ſi eôdem flagras deſiderio, quorſum habitu disjungemur?* hinc ſacram togam, juxta ritum Benedictinum, ille capiens, conſecratus eſt à *Bernhardo* II. Abbate S. Joannis. Vixerant hi tres unà in ſilva religiosè, cum aliquando peterent â *Burcardo* licentiam, ſolenniter ſacra ſua celebrandi, &, ſi quos poſſent, propius ad ſe trahendi. Quod Epiſcopus lubens conceſſit, ipſumque locum exemtum fecit, datis eidem perpetuis privilegiis. Hoc etiam pro ſui memoria conſtituens, ut pſalmus DOMINE EXAUDI &c. quotidie ad unam horam decantaretur pro die obitus ſui, dum adhuc viveret. Poſt exceſſum verò pro refrigerio animæ ſuæ & Anteceſſoris *Burcardi* I. Sic numerus monaſticus ſenſim crevit cum inſigni bonorum incremento. Præerat tunc Monaſterio Ilſenburgenſi O. S. B. *Herrandus*, (al. *Stephanus* dictus, quòd pro inimicis ſemper orârit, iisque bene fecerit,) Epiſcopus poſtea Halberſtadenſis XIV. (Cujus vitam vid. apud *Sagittar.* (o)) & nondum elegerant Abbatem: ſpiritualia ſiquidem curabat *Thierelinus*, cetera demandabantur *Eckhardo*. Igitur circa vigiliam Nativitatis Chriſti annô MLXXX. conſilio *Herrandi*, eligunt iſtum *Eckhardum*, defuncto jam eodem annô in octava S. Martini *Thierelino*. Quem *Burcardus* confirmans in feſto S. Joannis Baptiſtæ Pontificali benedictione conſecravit. Ipſo *Ekhardo* ſuperſtite alia Religioſa Quedlinburgo *Huyesburgum* venit, *Piæ* & *Adelheidi* ſeſejungens: Fuit igitur *Ekhardus* primus Rector Nobilium Sororum, quæ ſub habitu & regula Benedictina XIII annis hîc vixerant. Anno MLXXXIII. ab officio Prælaturæ abſolutus, non verò depoſitus eſt, *Ekhardus* uſque in ſequentem, quô *Burcardus* II. Monaſterium fundavit, in eodem ſupervixit, in cujus Saxo ſepulcrali hæc *Huyesburgi* reperi:

Meinzo.

Herrandus.

Ekhard. Abb.

ANNO MLXXXIV. IV. KAL. JUL. OBIIT VENERABILIS PATER, QUI ET MIRACULIS CLARUIT, DOMINUS EKKHARDUS, HUJUS MONASTERII PRIMUS ABBAS, ANTEA HALBERSTAD. CANONIC. Epitaph.

(n) vid. Chron. Pomarii Magdeburg. (o) l. c. §. 50.

Trigesimo octavo post obitum anno, ipso die, qui anniversarius erat, elevata sunt ejus & *Thierelini* ossa, inque sacellum S. Servatii translata, ibique ante altare condita. Inventus est *Ekhardus* cilicio vestitus, & catenâ ferreâ vinctus. Hæc decerpsimus ex minuto chronico MS. *Henrici Bassæi*, qui sub *Joanne* II. Abbate XXX. anno MCCCCLXXXIV. Monasterium Huyesburgense intravit, factus postea Prior cœnobii *Ballenstedensis* ad Hercyniam. Et hoc ipsum chronicon est, quod Junior *Meibomius*, Medicus & Historicus Excellentissimus, nuper edidit. (p) De Nobilibus sororibus actum est alibi latius. (q)

bona Huysburg

§. XXXIII. Ut compendium habeas bonorum *opulenti* hujus quondam cœnobii (uti Senior *Meibomius* vocat; (r)) agè monstrabimus tibi, quos habuit, & partim adhuc habet agros mansosque in *Achelhardesthorp*, *Adersleve*, *Asterendorp*, *Asbenstede*, *Attekendorp*, *Badesleve*, *Beffenmandorp*, *Biclinge*, *Bischopamaudorp*, *Bistedi Ckemis*, *Dannenstid*, *Duldorp*, *Dedeleven*, *Dersem*, *Dingelsted*, *Duvvide*, *Emmeringe*, *Erckensted*, *Errixleve*, *Estendorp*, *Eylensted*, *Eylvvardesthorp*, *Gacisleve*, *Gersleve*, *Gorsim*, *Gropendorp*, *Hackeborn*, *Hartesthorp*, *Hedesleve*, *Heisenheim*, *Hermannesdorp*, *Himmelena*, *Hornhusen*, *Huysborch* in suburbio *Imerga*, *Kothagendorp*, *Kyrlderen*, *Langelen*, *Lechidi*, *Mandorp*, *Minesleva*, *Nyndorp*, *Nynsted*, *Nymete*, *Papsthorp*, *Quensted* minori, *Reinsted*, *Retmensthorp*, *Ribbrechtingerode*, *Ridbudiggerode*, *Rorsum*, *Sarcksted*, *Semetsvvege*, *Sehusen*, *Silvvardesthorp*, *Slansted*, *Sommering*, *Strobeck*, *Tadisthorp*, *Tippenrod*, *Titford*, *Veltheim*, *Vetersleva*, *Vlquardesthorp*, *Vontesleva*, *Uppeling*, *Wendesleve*, *Wernansthid*, *Wibi*, *Witeburn*, *Wobiki*, *Wockensted*, inque aliis locis. Curias in *Anderbeck*, *Badesleven*, *Bertenezheim*, *Dingelsted*, *Eylensted*, *Hackeborn*, *Halberstad*, *Ostervvick*, rom Rode infrà Huyesburgum, *Sarcksted*, *Veltheim*; Molas & vineas in *Dedelene*, *Dingelsted*, *Eylensted*, *Cersleve*, *Hilvverdingerodes*. Silvas & ligneta in & propè *Asbensted*, *Badesleve*, *Gersleva*, *Huy*, ad *Hercyniam*, dat Koldedaht/ *Meindorp*, *Middelberg*, *Northold*, *Sarcksted*, *Uppeling*, *Veltheim*. Adhuc ni fallor, habet (1) das Röder-Holtz über Eylensted / (2) das Spiegel-Holtz jenseit Eylensted / (3) das Kloster-Holtz circa Monasterium, propè Ziegenberg / (4) den Nötling / (5) die Kellnerey / (6) den Lindhorn / (7) den Reymberg / (8) den Papenbusch / (9) das Kieff-Holtz. Prata & pascua in locis jam enarratis. Decimas in *Anderbeck Attekentorp*, *Angermensleva*, *Badesleve*, *Balhorn*, *Cavvelle*, *Dingel-*

(p) T. II. Rer. German. p. 533. (q) vid. syntagm. m. cit. p. 274. seqq. (r) in chron Riddagshusan. p. 348.

Dingelſted, Ebbekeſtorp, Eylenſtede, Hilvverdingerode, Hoym, in minori, *Papſtorp, Reinſted, Redmersdorp, Wernſtid.* Piſcinas habet (1) den krummen Teich vor dem Röder-Hof / (2) den Schaper-Teich vor dem Röder-Hof / (3) in horto Conventûs (4) propè curiam tom Rode / den Schwanenbeckiſchen Teich / (6) den Voßteich propè *Anderbeck.*

§. XXXIV. Omnia hæc bona vel ab Epiſcopis *Halberſtadenſibus*, Comitibus *Palatinis* Saxoniæ, Comitibus *Wernigerodanis*, & *Reynſteinenſibus*, Nobilibus *Hoymiis, Spigeliis, Dalemiis, Heymburgiis, Minsleviis, Gerſnebutteliis, Beervvinckeliis, Dorſtediis, Aſſenburgiis &c.* Equitibus Ordinis Teutonici, & aliis, vel liberaliter tradita, vel jure permutationis, aut emtionis acquiſita ſunt. Longus ſanè Benefactorum catalogus, quem integrum vidi. Extant adhuc in ambitu templi multorum Principum, Comitum aliorumque nomina & inſignia feneſtris appicta, quos inter notavi *Albertum*, Archi-Epiſcopum, Magdeburgenſem, Adminiſtratorem Halberſtadenſem, Cardinalem, & Marchionem Brandenburgicum, *Hermannum Chriſtophorum*, Archi-Epiſcopum Bremenſem, Ducem Brunſvicenſem & Lyneb. *Henricum* etiam Ducem Br. & Lyn. *Barthol. Frideric.* Comit. Beichlingenſ. *Bodonem*, Comitem Stolberg. & Wernigerodan. *Henric.* Epiſcopum Acronenſem, *Ludovic. Riddagum* de Wendenburg, *Velthemios, Myllingerodios.* &c. à quibus accepta,

§. XXXV. Fulmen *Burcardi* adjectum repetit *Reinhardus* Epiſcopus anno MCXVIII. Idem confirmant anathema *Honorius* II. anno MCXXVIII. *Innocentius* II. anno MCXXXV. *Adrianus* IV. anno MCLVI. *Cœleſtinus* III. anno MCXCVII. & *Innocentius* IV. &c. nec non *Udalricus* anno MCLVIII. *Rudolfus* anno MCXXXIII. *Gardolfus* anno MCXCVI. *Fridericus* anno MCCXXVIII. & *Meinhardus* anno MCCXLII. Epiſcopi Halberſtadenſes. Ut verò omnium rerum viciſſitudo eſt: Sic eadem fata bullas & fulmina Romana manent. Narrantes ergo vetera noſtris utimur annis. Næ ſub Clementiſſima & fortiſſima Protectione Potentiſſimi Principis FRIDERICI Sapientis (quem Deus nobis ſervet!) adhuc *Huysburgum* liberâ electione, & aliis (ſi quæ juſta & ſalutaria ſunt) privilegiis fruitur. Quæ verò acciſa, reſecta, ſeu reformata ſunt, ea fortè non expediunt, cum abeſſe queant, ſalvis, queîs ſe Religioſi obſtrinxerunt, votis. (1) fulmen Burcardi,

§. XXXVI. Licentia *Advocatum* conſtituendi repetitur à *Reinhardo* anno MCXVIII. *Udalrico* anno MCLVIII. & *Gardolfo* Epiſcopis anno MCXCVI. Summisque Pontificibus *Alexandro* III. & *Cœleſtino* conſtitutio Advocati,

(1) conf. ſynt. m. cit. p. 556.

ſtino III. anno MCXCVII. (t) Ampliſſima etiam licentia Fratrum, è ſuo cœtu ejusdem loci *eligendi Abbatem*, i. e. interprete *Reinhardo* Epiſcopo, ut nullum pro legitimo reputare debeant, niſi quem concors ipſorum Societas ſeu de ſuo, vel de alieno, ſi neceſſitas fuerit, Monaſterio, ſecundùm timorem & amorem Dei. B. *Benedicti* regulam, & ſecundùm *Cluniacenſem*, vel *Fructuarienſem* ſeu *Gorcimenſem* diſpoſitionem, ſano conſilio elegerit. Quod ſtatutum *Reinhardinum* anno MCXVIII factum pleniùs repetunt ſanctiusque confirmant *Honorius* II. anno MCXXVII. *Innocentius* II. anno MCXXXV. & *Cœleſtinus* III. anno MCXCVII. Mens enim Fundatoris Succeſſorumque, imprimis *Udalrici* anno MCLVIII. ut ordo monaſticus perpetuò hîc florens permaneat. *Cœleſtino* III. id confirmante. Symbolum ſuum addit *Ferdinandus* II. anno MDCXXI. XXIX. Novemb.

& electio Abbatis,

Nobiles Monachi Huysb.

§. XXXVII. Denique ne neſcias, quàm multi Nobiles clauſtrum hoc quondam ingreſſi ſint, ſuccinctum eorum indicem dabimus. *Folcmarus*, ex vetuſta *Hohnſteinenſium* familia, *Adelheidis*, Fundatricis Monaſterii *Walckenriedenſis*, Maritus, poſito mundi faſtu, ſpretis rebus domi auguſtis, ſub *Alfriedo*, non *Degenone*, ùt *Baſſæus* vult, factus humilis converſus, dans Monaſterio XLI. agri manſos. (t) De *Ellone*, Miniſteriali Gerenrodenſi, & *Riddago* de *Wenden* diximus a ibi. (u) Sub Prælatis *Ludolfo*, *Conrado* I. *Hugone* & *Wernero* vixerunt hîc anno MCCLI. & MCCLXV. Theodoricus ab *Aſpenſtede*, Camerarius Eccleſiæ Huyesburgenſis, & Wernerus à *Slanſted* anno MCCLVII. Sub *Wernero* Ulricus de *Hordorp*, Proviſor Huyesburgenſis, an. MCCLXVII. & MCCLXX. Hermannus de *Levede* anno MCCLXIX. Bernhardus & Hermannus de *Lengede* anno MCCLXX. & MCCLXXII. Henricus de *Horhuſen* iisdem annis. Sub *Ditmaro*, *Burcardo* & *Egberto* II. Tidericus à *Winninge* anno MCCCVI. MCCCXVI. MCCCXXI. & MCCCXXX. Sub eodem *Ditmaro* Ludolfus à *Winnicheſted* anno MCCCVII. Conrad. de *Beck* Cellarius anno MCCCXIII. Joannes de *Ateſleve* anno MCCCXX. Tidericus de *Serkſted* converſus anno MCCCXXIII. Sifridus à *Vaddenleve* anno MCCCXXV. Joannes de *Elvingerode*, Procurator curiæ Dingelſtedenſis, anno MCCCXXVI. Sub *Ulrico* Burcardus à *Beervvinekel*, Cuſtos Eccleſiæ Huysburgenſis, anno MCCCXXX. Sub *Conrado* III. Ulricus de *Remkersleve* & Iridericus de *Bemingrode* anno MCCCXL. *Hugo*, Abbas XIII. erat Nobilis à *Scherenbeck*, *Sigfridus* II. Abbas XXIV. Nobilis à *Dalem*, ejuſque

(t) confir. exercit. m. de Advocat. monaſt. (u) vid. Ecſtorm. chron. Walkenried. p. 11. ſeq. (w) in Synt. m. cit. p. 253.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [362] - 38

juſque ſucceſſor *Jaſpar*, ex Inclyta *Bêervvinckeliorum* Gente, modernus *Nicolaus* Nobilis Pomeranus à *Zizvviz*. Sub *Jaſpare* vivebat Otto à *Plate* infirmarius anno MCCCCXI. Sub *Theodorico* Monaſterium intravit Lippold. à *Stemmen* eôdem anno, & Vitus de *Reden*, Præpoſitus Gröningenſis. Plures hîc vixiſſe Nobiles Aſcetas, non inficiabor, licèt nomina eorum tibi non dixero.

§. XXXVIII. Vetuſtam verò fumoſamque nobilitatem omnium ex antiquis monumentis didici. De *Wendenis* dicam alio die. (w) Rudolfum à *Schlanſted* vidia teſtes inter *Volradi*, Epiſcopi Halberſtad. anno MCCCCLXXVIII. Henricus ab *Hordorp* vixit anno MCCLVII. Fridericus *Hordorp*, Nobilis Monachus Vallis Mariæ, anno MCCCXXXVII. Sub Abbate *Joanne* III. N. de *Levede* ſubſcripſit literis *Ottonis*, Ducis Brunſvicenſis, annô MCCCXXIII. Ludolf de *Lengede* in literis *Volradi* Epiſcopi anno MCCLXXXVIII. Dominus Joannes de *Lengede* anno MCCCXII. Friderici Militis à *Winnichſtede* meminit Volradus anno MCCLXXVIII. Ditericus à *Beck*, ultimus Profeſſus (ùt vocant) Imperialis Abbatiæ in monte Martis, pòſt ibi Præpoſitus, anno MDLXXXIII. & MDXCV. Tiderici de *Atesleve* mentio fit in literis *Meinhardi*, Epiſcopi Halberſtad. anno MCCXLVII. *Horehuſii* quondam erant Pincernæ hæreditarii Illuſtris Eccleſiæ Corbeienſis, Bodonem, Theodoricum & Fridericum reperi anno MCCLI. Udalricum anno MCCCLXXXIX. Rupertus *Horhuſius* fuit Abbas & Princeps Corbeienſis XXXVI. Fortè autem de aliis hîc agitur. Otto de *Serckſted* teſtis Meinhardi anno MCCXLIX. & MCCL. Volradus, Epiſcopus, ad petitionem *Hugoldi*, Militis à *Serckſted*, donavit Eccleſiæ Huyesburgenſi decimam unius manſi anno MCCL. Multos alios *Serckſtedios* reperies teſtes inter in hiſtoria Ottonis, Abbatis V., ùt Marſilium & Wichardum anno MCLXIII. Otholricum anno MCLXXI. Ludovicus de *Elvingerode* teſtis Alberti, Epiſcopi Halberſtad. anno MCCCX. De *Scherenbecciis* vide chronicon *Hackii* de Comitibus *Templimontanis*. (x) De *Dalemiis* verò chronicon meum cœnobii *Otbergenſis*: (y) de *Bêervvinckeliis* fortè dicendum erit in Hiſtoria mea *Kirchbergica*. Reliquas familias à *Reden*, *Stemme*, *Platen*, refert *Cyriac. Spangenberg* ad Equites agri Brunſvicenſis. (z) At dicis fortè: plures ob rem domi anguſtam curtamque ſupellectilem clauſtrum ſubintraverint. Repono catum iſtud Philoſophiæ moralis axioma: *paupertas nobilitatem haud tollit.*

nobilitas eorum probat,

§. XXXIX. Poſtremò, in gratiam poſteritatis, catalogum annecto Abbatum Huyesburgenſium. TABULA

Index Abbat. Huysb.

(w) L. I. Herford. m. Glorioſæ c. 2. (x) in Synt. m. cit. p. 192. & 338. ſeq. (y) & 30. (z) vid. ejus Specul. Nobilitatis P. I. L. VII. c. 18.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [363] - 39

TABULA
ABBATUM, INDICANS NOMINA, ANNOS ELECTIONIS, OBITUS VEL ABITUS, ET SESSIONIS CUJUSCUNQUE.

	NOMINA	ANN. ELECT.	ABIT. VEL OBIT.	SESSIONIS
I.	B. Eckhardus	circa ann. 1080.	1084 resignat	3.
II.	Alfriedus	1038	1132	49.
III.	Eckbertus I.	1132	1155	22.
IV.	Degeno	1155	1162	7.
V.	Otto	1162	1178	16.
VI.	Reinboldus	1178	1194	16.
VII.	Henricus I.	1194	1197	3.
VIII.	Rupertus	1198	1214	16.
IX.	Matthias	1214	1219	5.
X.	Sigfridus I.	1219	1259	20.
XI.	Ludolfus	circa ann. 1239	1253	14.
XII.	Conradus I.	1253	1257 depos.	4.
XIII.	Hugo	1257	1258 depos.	1.
XIV.	Wernerus	1258	1281	23.
XV.	Henricus II.	1281	1290	9.
XVI.	Bruno	1290	1300 depos.	10.
XVII.	Conradus II.	1300	1303	3.
XVIII.	Ditmarus	1303	1326	23.
XIX.	Burcardus	1326	1329	3.
XX.	Eckbertus II.	1329	1334	5.
XXI.	Ulricus	1334	1336	2.
XXII.	Conradus III.	1336	1353	17.
XXIII.	Godfried	1353	- - -	- -
XXIV.	Sigfridus II.	- - -	circa ann. 1397	- -
XXV.	Jasparus	circa ann. 1397	1423	26.
XXVI.	Henricus III.	1423	1427	4.
XXVII.	Henricus IV.	1427	1440 res.	13.
XXVIII.	Joannes I.	1440	1448	8.
XXIX.	Dietericus	1448	1483	35.
XXX.	Joannes II.	1483	1505	22.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [364] - 40

NOMINA	ANN. ELECT.	ABIT. VEL OBIT.	SESSIONIS
XXXI. Conradus IV.	1505	1506	1.
XXXII. Hermannus.	1506	1547	41.
XXXIII. Joannes III.	1547	1568	21.
XXXIV. Joannes IV.	1568	1583	14.
XXXV. Georgius	1583	1590	7.
XXXVI. Jacobus	1590	1599	9.
XXXVII. Henricus V.	1599	1633	34.
XXXVIII. Joannes V.	1633	1644	11.
XXXIX. Sebastianus	1644	1680	33.

NB. Anno 1677. 21. April. resignat, Anno 1680. obit Halberstad. 25. Januar. st. v. circa hor. 4. matutin. Anno ætat. 85. Professionis 57. Sacerdotii 56. Prælaturæ 33. resignationis 3.

XL. Nicolaus 1676. ùt Coadjutor electus, seq. anno ùt Abbas.

Nisici 1086.

§. XL. AC. MLXXXVI. A quo autem, seu cui bono, testante fragmento, bona quædam emta, aliôve modo comparata sint in pago *Nisci*, divinare nequeo. Pagus *Nisici*, seu *Niseni* complectebatur olim magnam partem Misniæ Superioris & Lusatiæ, (a) & meminit ejus tàm fundatio Ecclesiæ Misnensis *Ottoniana*, quàm *Joannis* Papæ XIII. confirmatio, (b) nec non limitum Episcopatûs istius descriptio, quam ultimam lectori hîc dabimus.

descriptio limitum Eccles. Misnens.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. OTTO, divina favente Clementia Imperator Augustus. Noverint omnes fideles nostri, præsentes scilicet & futuri, Qualiter Nos interventu Dilectissimi Filii nostri . . . . . simul & *Adelheidæ*, carissimæ Conjugis nostræ, nec non pro memoria ac remedio animæ Patris nostri *Henrici*, more antiquorum Imperatorum & Regum, nostrâ Regali potestate Misnensi Episcopatui terminum posuimus, nominando fines & determinationes locorum, sicut infrà continetur. Ubi caput & fons est aquæ, quæ dicitur *Odera*, inde quasi recta via hisque ad caput *Atbeæ*. Inde deorsum ad occidentalem partem,

(a) vid. Gæograph. m. curios. (b) in Antiquit. Brunsvic. Mader. edit. 2. p. 185. seqq.

tem, ubi divisio duarum regionum est *Behem* & *Nisem*: ibidemque ultra *Albeam*, & per silvam in occidentalem partem usque ad caput *Mildæ*, & sic deorsum per ambas plagas ejusdem fluminis, usque dum *Milda* intrat in *Albeam*, & sic sursum ultra Provinciam *Misici* adipsum terminum. Nec non in altera parte *Luzici*, & *Selpoli*, & sic usque ad civitatem *Sulpize*, illam videlicet infrà eundem sursum usque ad caput ejus. Omnes, qui infra terminum istum habitant in omni felicitate terræ, frugum & pecudum, in argento, vertimento, nec non quod Teutonici *Overcoupunga* dicunt & *Talurega* familiarum: insuper tota utilitate, & omnibus rebus, quibus mortales utuntur diversis modis, decimationes, quas Deo cuncta gubernanti debent, ad Misnensem Ecclesiam, primò Deo, deinde S. *Joanni* Evangelistæ, Beatoque *Donato*, Matri Dei, universa, dubietate procul remota, persolvant, referant & reddant. Et si quis hoc præceptum, in remunerationem Dei constitutum, disvertere & disrumpere tentaverit, odium Dei Sanctorumque omnium incessanter habeat. Et ut hæc nostræ Regiæ potestatis donatio & constitutio nunc & in futuro firma & inconvulsa permanendo consistat, hoc præceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione signari jussimus, manúque propriâ, ùt infra tenetur, corroboravimus. Rudbertus Cancellarius ad vicem vacationis Archi-Capellani recognovi. Data IV. Kal. Novemb. anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVIII. Romæ in Ecclesia S. Petri, indictione XI. feliciter.

Confer, si velis, *Albin.* chron. Misnense, (c) junctis fundatione & confirmatione citata. Ceterùm cùm allata bona pro remedio animarum non data esse legantur, nescio prorsus, qûi pervenerint ad *Visbeccenses*.

Lætania Conventus. 1089.

§. XLI. AC. MLXXXIX. attulit secum ex Monasterio in *Schaken* soror *Agatha* novam lætaniam, quæ ùt novum quid mirabiliter placuit toti Congregationi. Conscripsit eam F. *Waramund*, & est *Lætania Conventus*. Sic autem sonat. Læta-

(c) tit. XX. p. 278.

Lætania Conventûs.

Kyrie Eleiſon,
Chriſte Eleiſon,
Kyrie Eleiſon,
Deus exaudi nos,
Chriſte exaudi nos,
Spiritus Sancte Deus miſerere nobis.

Deus, qui es in unitate Trinus,	exaudi nos,
Creator, Redemptor & Sanctificator noſter,	miſerere nobis.
Sancta Mater Dei,	ora pro nobis,
Omnes Sancti Prophetæ	o. p. n.
Omnes Sancti Evangeliſtæ	o. p. n.
Omnes Sancti Apoſtoli	o. p. n.
Omnes Sancti Martyres	o. p. n.
Omnes Sancti Innocentes	o. p. n.
Omnes Sanctæ Virgines	o. p. n.
S. Stephane Martyr & Patrone	o. p. n.
S. Martine Epiſcope & Patrone	o. p. n.
S. Vite Martyr & Patrone	o. p. n.
S. Juſtine Martyr & Patrone	o. p. n.
S. Benedicte Patriarcha	o. p. n.
S. Laurenti Martyr.	o. p. n.
S. Modeſte	o. p. n.
S. Chiliane	o. p. n.
S. Feliciane	o. p. n.
S. Eriberte	o. p. n.
S. Marciane	o. p. n.
S. Criſpine & Criſpiniane	o. p. n.
S. Hippolyte	o. p. n.
S. Theodegarie	o. p. n.
S. Adalarde	o. p. n.
S. Ansgari	o. p. n.
S. Warine	o. p. n.

S. Ludolphe & Trutmare Abbates o. p. n.
S. Luttrudis o. p. n.
S. Agatha o. p. n.
S. Puſinna o. p. n.
S. Candida o. p. n.
S. Emerentiana o. p. n.
S. Genoveſa o. p. n.
S. Potentiana o. p. n.
S. Helena o. p. n.
O Sancti & Sanctæ Dei o. p. n.
Gratiam tuam largire nobis Domine,
Serva & rege Eccleſiam tuam Domine,
Ab omni malo libera nos Domine.
Deus Pater miſerere nobis,
Deus Fili miſerere nobis,
Spiritus Sancte Deus miſerere nobis.
Da pacem Domine nobis
Nunc & in perpetuum,
Miſerere nobis,
Kyrie Eleiſon,
Chriſte Eleiſon,
Kyrie Eleiſon.

Schackæ reperta

§. XLII. Litaniam hanc ante XVIII. annos in Illuſtri quondam Monaſterio *Schackenſi*, in Comitatu Waldeccenſi, varias inter quisquilias adhuc reperi, exque interceſſione SS. *Stephani*, *Martini*, *Viti*, *Juſtini*, nec non *Adelardi*, *Ansgarii*, *Warini*, *Ludolfi & Trutmari* aliisque indiciis vidi, vel à Monacho Corbeienſi, ſeu tamen in uſum Monaſterii iſtius, eſſe conſcriptam, & quotidie à Fratribus recitatam. Ideo vocatur *litania Conventus*. Tota ſordibus erat obducta, & à muribus omni ex parte arroſa, ut nullus inde ſenſus exculpi potuerit, niſi poſtea fragmentum mihi dediſſet integram. Cumque Monaſterium *Schackenſe* curæ & proviſioni Abbatum Corbeienſium olim commiſſum fuerit, hique ei Nobiles Præpoſitos dederint, plerumque è Conventu

alia

ſuo deſumtos, facilè judicaveris, quî venerit iſtuc. Promſit *Joannes Leznerus* Hardeſſianus, Paſtor Ibræ in Præfectura Grubenhagiana, Ducatûs

catûs Brunſvicenſis, (d) aliam Litaniam Corbeienſem, jactans, ſe anno MDXXII. vidiſſe primùm eam in tabula ex *cortice betulino* eleganter deſcriptam apud *Joannem Molitorem*, Monachum Helmwarteshuſanum. In ſecunda Hiſtoria iſtius editione (e) infit: *Bovonem* II. eam compilâſſe, ſeque eam è vetuſtis membranis deſcripſiſſe Corbeiæ. Vidi MS. hiſt. Ludovici Pii primæ editionis, ubi ipſe notârat *Letznerus*, ſe litaniam iſtam â *Theodorico* IV. Abbate LIII. cui ſchedas ſuas inſcribere voluit, Corbeiæ impetrâſſe, ex antiquis membranis fideliter deſcriptam. Jam de *Bovone* I. modo de ſecundo loquitur, nuper *Helmvvartshuſii*, modò *Corbeiæ* vidit, jam in *membranis*, mox in *cortice betulino*. D. *Martinus Chemnitius* Eccleſiaſtes Brunſvicenſis, aſſerit, ſe ſuam Corbeiæ in *vetuſto codice* reperiſſe, exque eo *Henricus Meibomius*, Poëta & Hiſtoricus in Illuſtri Julia, eam tranſcripſit. Secundùm *Letznerum* Bovo ejus autor fuit anno DCCCXCIII. *Chemnitius* verò eam in uſu fuiſſe contendit an. DCCCXC. cum *Stephani* Pontificis & *Arnulfi* Imp. meminerit. Potuiſſet *Chemnitius* aliam vidiſſe Corbeiæ, quod non inficiabimur, interim ultrò mihi fatebere, *Letznerum* à Letznero, & *Meibomium* ac *Conringium* â *Chemnitio* nonnunquam differre. Lege enim sis Letznerianas in hiſt. Ludovici Pii edit. Hamburg (f) vel Hildeſian. (g) & oppido deprehendes variationes. Excute *Chemnitianam* in examine Concilii Tridentini (h) excuſ. Francof. in 8. anno MDCXV. in officina typographica Joannis Bringeri, impenſis Godofr. Tambachii, & *Meibomianam* in annotation. ad chron. Corbeienſ. Annal. Wittechindi annex. Francof. in officina Daniel. & David. Aubriorum & Clementis Schleichii an. MDCXXI. excuſ. in fol. & T. I. Rer. Germanic. p. 762. recuſ. vel *Conringianam* in cenſura Diplomatis Ludoviciani Lindavienſ. (i) rurſusque variationes aliquas videbis. Ideo tamen cum *Nicolao Schatenio*, S. J. Theologo, in Carolo M. contra *Giſanium* vindicato, (k) & P. *Dionyſio* Werlenſi, Capuccino, tunc in hoſpitio (ut vocabant) Hanoverano commorante (l) pro fictis & impoſturis eas reputâſſe durum & iniquum mihi videtur. Cui enim bono finxerit *Chemnitius*? Papæ! qualis conſequentia Jeſuitæ & Capuccini: litania iſta à *Chemnitio* producta jam non amplius exſtat Corbeiæ. E. ficta eſt. Et hæc, quam nunc attuli, non amplius eſt Corbeiæ. Ergò à me ficta: & ſic cenſurâ *Dionyſii*, impoſtor ſum? Ita: cubat etiamnum in examinatur

(d) in præfat. hiſt. Ludov. Pii, edit. Hamburg. ann. 1590. (e) Hildeſ. an. 1604. (f) c. 12. (g) c. 23. (h) P. III. p. m. 359. ſeqq. (i) c. 15. p. 293. (k) L. IV. c. 10. (l) in Philanth. vindicato p. 165. Hanover. typis Wolfgang. Schwendimanni ann. 1678. cum cenſura Nicol. Epiſcop. Titiopolitani & Vicar. Apoſt. impreſſ.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [369] - 45

in membranis ſuis Corbeiæ gemina iſta litania, quam ab *Adolfo Overhamio* accepit *Schaten.* Carolo ſuo M. catholico inſerta, (m) quamque *Dionyſ. Capuccin.* (n) cum teſtimonio Domini *Florentii de Velde*, tunc Prioris, nunc Principis & Abbatis Corbeienſis, nec non *Anſgarii Nenout*, Lectoris ibidem, produxit. At quid inde? ergo *Chemnitiana* olim non fuit ibi? id ſane neuter dixerat. Hic quidem ait: Corbeienſibus de nullis aliis, quæ paſſim falſo ſub nomine *litaniæ Corbienſis* ab aliquibus circumferuntur, quicquam conſtare. Ergo etiam antiquioribus Monachis nihil conſtabat de iſta? *Ansgarius*, quem optimè noveram, nec Hiſtoricus, aut Antiquarius erat, ſed præcipitantis ingenii homo, & modicæ doctrinæ, nullius experientiæ. Num verò gemina iſta litania ſub Ludovico Pio, ante adventum *S. Viti*, in uſu fuerit, certò non dixero. Viden' autem, quàm variæ litaniæ diverſis temporibus, fuerint in uſu? ita, ut etiam hæc noſtra καθ' ἐξοχὴν *litania Conventus* dicta ſit, i. e. ùt ego capio, quam fratres in Conventu quotidie recitabant, non verò in templo decantabant, interceſſionem tantùm Patronorum ſuorum, Sanctorumque, quorum reliquias habebant, & nonnullorum ſuorum Abbatum, ſpecialiter efflagitantes. Ceterùm rectius monitus meliora ſequar.

F. Waramund

§. XLIII. Quis autem F. Waramund? didici ex chronico Hüxarienſi *Petri Viſſelbeccii*, (o) *Waramundum* (quàm amabile nomen!) ſub Marquardo, Abbate XXII. (qui ab anno MLXXXII. uſque ad MLXXXVII. vel ſequentem ſedit,) fuiſſe Lectorem, factum denique Abbatem, neſcio autem ubi. Si conjecturis aliquid dandum eſt, dixerim, ipſum *Marquardum* pro Conventu ſuo litaniam compilâſſe. Patronos Eccleſiæ ſuæ, & omnes illos, quorum λείψανα ſervabat, (vide Lipſanographiam *Plettenbergianam*, p.) tenerrimè amabat, cultumque eorum familiæ ſuæ ſeriò mandabat. Proto Martyris N. T. *Stephani venerabiles & ſacroſanctas* reliquias (ſcapulam putâ) ad idem cœnobium Corbeienſe dedicandum ex ſacro Palatio ſuo, & à capella ſua miſit Ludov. Pius (cujus ore loquor) è diplomate dat. VI. id. Aug. anno, Chriſto propitio, X. Imperii ſui, indict. I. Actum Ingilinheim Palatio regio, Durando Diacono ad vicem Fridagiſi id recognoſcente. Jacebant autem λείψανα *Stephaniana* in ſcrinio ex puriſſimo auro, pretioſiſſimis gemmis undiquaque fulgente. Traditio eſt, Monaſterium Corbeienſe in Sollingo abs *Adelhardo* juniore conditum fuiſſe in memoriam S. *Martini*. Ideo Patronum vocat. Integrum ejus brachium fuit Corbeiæ. Verum in expugnatione Höxatiæ anno MDCXXXIV. omnes

λείψανα S. Steph.

S. Martin.

(m) l. c. (n) l. a. p. 166. ſeq. (o) p. 37. (p) diſſ. m. hiſt. 13.

ferè reliquiæ, certè nobiliores, unà cum hoc brachio, privilegiis, documentis, & sacra Monasterii supellectile perditæ sunt. Cæsareus quidem Generalis Campi Marschallus & Comes DN. *Melchior ab Hatzfeld* anno MDCXLI. duo argentea brachia reddidit eidem, in quorum altero insignis portio de brachio S. *Martini*, in altero de brachio S. *Romani* erat. S. *Viti* corpus anno DCCCXXXVI. *Warinus* Abbas ex Gallia transtulit Corbeiam. (q) Erat in ampla & inaurata cista reconditum, rubeo serico panno involutum, inque sublimi collocatum, ut ab omnibus conspici posset. *S. Justini* novennis pueri, non philosophi istius apud *Eusebium* (r) reliquias *Gotschalcus*, Abbas Corbeiensis VII. (non IV. ut *Schatenius* vult, (s)) Corbeiæ dedit. Sic enim autor *translat. S. Justin. à CL. Meibom. annal. Wittechind.* annex. Qui (Godschalcus) secundæ ordinationis suæ anno saluti patriæ consulens, *corpus pueri & Martyris Justini* de Francia in Saxoniam translatum in Corbeiensi Monasterio anno DCCCXCI. à loco condito LXVIII. sexto Kal. April. cum ceteris Sanctorum corporibus ad nostram perpetuam pacem collocavit. Multi hujus nominis Martyres sunt, noster verò immani illa vexatione Diocletiani unà cum *Maxentio*, *Crescentio & Constantio* Senatoribus Treveri à *Rictiovaro* peremtus pro Christo sanguinem fudit. Sigebertus ad ann. MLXXI. inter adultos, inter Senatores Treverenses refert. Hujus corpus, at sine capite, *Gotschalcus* à *Radbodo*, uti *Schaten.* opinatur, Treverensium Episcopo, obtinuit. Narrat *Visselbecc.* (t) *Bartholomæum Wisch* historiam hujus *Justini*, caput suum amputatum ad Matrem deferentis, irrisisse, visibiliter autem à Deo punitum fuisse. Altero enim die in *Hocvvar* cùm piscaretur, placidissimâ spirante aurâ, & fortè adnatantem propinquius lupum cerneret, manibus capere voluit. Sed improvisò è navicula in Wisaram prolapsus est & periit. *Gerbernus* postea Abbas Corbeiensis XI. (non *Bovo* III. ùt *Schaten.* retur (u)) caput *Justini* corpori ejus adjunxit, idque anno DCCCCXLIX. tertio Kal. August cum plausu omnium intulit. (w) S. *Laurentii* insignem portionem ablatam fuisse, fatetur *Martinus Alifer*, Episcopus Insulanus, *Urbani* VIII. ad tractum Rheni & alias inferioris Germaniæ partes cum potestate Legati de latere Nuncius in literis suis. (x) De S. *Modesto* & ceteris reliquias habuit Corbeia

S. Viti

S. Justini

S. Laurentii,

S. Modesti

(q) vid. translat. S. Viti & instit. nov. Corb. T. I. Rer. Germ. Meibom. p. 763. seqq. (r) L. II. H. E. c. 13. & L. IV. c. 8. (s) P. I. ann. Padeborn. p. 224. seq. (t) l. c. ad ann. 1178. (u) l. c. p. 293. (w) vid. aut. translat. S. Justin. (x) diss. m. hist. V. §. 5.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [371] - 47

S. Crispin. &c. Corbeia. De S. *Crispino* & *Crispiniano* vide qu'd narret *Ditmar.* Merseburg. (y) Sed vide sis etiam me alibi, (z) ubi *Astihulfum* istum, nobilem Dynastam ab *Ilfeld*, (qui irreverenter habuisse dicitur reliquias,)

S. Adelardi *Nosologiæ animatæ* venustam synopsin dixi. S. *Adelardus* hujus nominis primus, erat Abbas Corbeiensis, cujus brachium argenteo brachio inclusum erat. S *Ansgarius* erat scholæ Corb. Magister, postea totius

S. Ansgar. B. Warin. B. Ludolf. & Trutmar. Septentrionis Apostolus, quo de *Acta Sanctorum*, fusissimè. B. Warinus fuit successor Adelhardi, *Vir admirandæ sanctitatis.* (a) B. Ludolfus *egregius Abbas*, (b) ordine XII. & *Drutmarus* XVI. Uterque circa AD. MC. miraculis claruisse dicitur. Meminit etiam *Joann. Jacob Fries.* (c) *Trutmari*, Monachi Corbeiensis trilinguis, qui commentario illustravit Evangelium *Matthæi*, repertum Wormatiæ, impressumque Hagenoæ anno MDXXX. Sed hic alius fuerit. Abbas enim *Drutmarus* non erat cœnobita Corbeiensis, sed Laureshamensis. S. *Luttru-*

S. Luttrudis *dis* reliquias AD. DCGCLXIV. *Adelgarius*, tertius Abbas, unà cum aliis, Ecclesiæ Collegiatæ, in memoriam S. Apostoli *Paulli*, in ripa Visurgis propè Corbeiam, Negenkercken vocatæ, ex bonis Monasterii

S. Pusinn. à se fundatæ & dotatæ donavit. De S. *Pusinna* vide post alios *Schaten* (d). Tota litania vel Patronos, seu Sanctos Sanctasque continet, quorum & quarum reliquiæ tunc erant Corbeiæ.

§. XLIV. Licitum autem fuisse Clericis, etiam minoris auctoritatis, privatæ devotionis causa, cum, vel sine speciali licentia Superiorum, seu ordinarii, litanias hujusmodi congerere, easque certis horis recitare, (haud neglectis tamen iis, quæ regula & statuta eorum postulant,) probat *litania Canonicorum* B. Virginis, uti vulgo vocabant, quam propter affinitatem addo.

Litania Canonicorum.

Litania Canonicorum.

Kyrie Eleison,
Christe Eleison,
Kyrie Eleison.
Pater de cœlis Deus miserere nobis,
Fili, Redemptor mundi, miserere nobis,
Spiri-

(y) L. IV. chron. P. 97. (z) Dec. 1. obs. m. Med. Phys. num. 1.
(a) Wittek. L. III. annal. c. p. (b) Ditmar. L. II. chron. p. 27.
(c) in serie Patrum p. m. 79. excus. Tiguri ap. Joh. Wolf. F. 1592. (d) l. c. p. 153. seqq.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1 ZEN Leibn. Marg. 48, [372] - 48

Spiritus Sancte Deus,	miserere nobis,
S. Trinitas, unus Deus,	miserere nobis.
S. Maria	ora
S. Dei Genitrix	ora
S. Patrona nostra	ora
O Sancti & Sanctæ.	orate,
S. Petre	ora
S. Paulle	
S. Joannes Evangelista	
S. Jacobe	
S. Andrea	
S. Simon & Juda	
SS. tres Reges	
S. Stephane	
S. Martine	
S. Nicolae	
S. Benedicte	
S. Francisce	
S. Dominice	
S. Bernarde	
S. Bruno	
S. Georgi	
S. Egidi	
S. Juste	
S. Clemens	
S. Gangolfe	
S. Elogie	
S. Felix	
S. Jodoce	
S. Wenceslae	ora
S. Anna	
S. Maria Magdalena	
S. Catharina	
S. Barbara	

S. Dorothea } ora
S. Regula }
O Sancti Beatorum Spirituum Ordines, orate
Ab omni peccato
libera nos Domine,
à bello, fame & peſtilentia
libera nos Domine.
à mala & improviſa morte
libera nos Domine.
In fide ſpe & caritate
conſerva nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
miſerere nobis Domine,
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
Miſerere nobis,
Chriſte audi nos,
Chriſte exaudi nos,
Kyrie Eleiſon,
Chriſte Eleiſon,
Kyrie Eleiſon.

Hermann, Croll. Decanus B. Virgin. Iſen., qui adhuc vixit anno MCCCCIII. hanc litaniam conſcribi juſſit, ut Canonici & Vicarii, ſine obligatione tamen, omni die, quâcunque velint horâ, vel cantare, ſeu legere in ædibus ſuis poſſent. Sanctorum, quos meminit, memoriæ vel altaria erant dedicata, vel templa, cœnobia, ſacella intra & extra muros iis conſecrata. Florebant etiam tunc Ordines S. Benedicti, Franciſci, Dominici &c. Iſenaci.

indulgentiæ, 1099.

§. XLV. AC. MXCIX. *Witelo*, Epiſcopus Mindenſis, Monaſterio *Visbeccenſi* indulgentias conceſſit, quarum copiam addimus.

WITELO, Dei gratiâ Sanctæ Eccleſiæ Mindinenſis Epiſcopus, univerſis Chriſti fidelibus ſalutem in Domino ſempiternam. Notum facimus tàm præſentium quàm futurorum

rorum discretioni & pietati, quòd Nos Monasterium *Visbeccense*, in nostra Diœcesi situm, speciali & spirituali gratiâ ac favore prosequentes, omnibus verè in Domino pœnitentibus & devotè confessis, qui ad eandem Ecclesiam in quatuor solennibus *B. Virginis Mariæ* festis, & per eorundem octavas, in festo *S. Joannis Baptistæ*, & *S. Nicolai*, Patroni nostri, accesserint, & manum auxiliatricem liberaliter porrexerint, unam carenam & XL. dies, de injuncta eis de Omnipotentis Dei misericordia & B. Petri ac Pauli Apostolorum ejus meritis, ac eâ, quâ ex misericordia Domini fungimur, auctoritate confisi, misericorditer relaxamus, ut inde possint divinam Clementiam faciliùs impetrare. Dat. Mindæ Anno Domini MXCIX. in festo S. Jacobi Apostoli.

§. XLVI. AG. MCXIV. cùm *Frethericus*, Palatinus Saxoniæ, gratiam *Henrici* perdiderat captus ab eo, diu in carcere miserè vexatus, pro dimissione magnam argenti summam obtulit. Quam verò cùm non haberet ipse, *Reynerus* in Halverstad medium adinvenit, & sollicitavit Monasteria sua, ut quodlibet aliquid contribueret. Sororibus in *Stotterlingeborch* imponebantur octo & decem marcæ, quas ideò à nostris accipiebant, ut *Reynero* suo redderent. *Fridericus* hic junior erat, seu nominis ejus secundus, *Friderici* I. Com. Pal. Saxon. & Sommerseburg. F. Hic gratiâ *Henrici* V. exciderat. Vel nescit autor fragmenti summam lytri, vel studiosè reticuit eam. Quingentis argenti libris redemisse suam libertatem Palatinum, testis est *Reinhardus*, Præsul Halberstadensis. Et sanè nisi hic auxilium tulisset misero & quiritanti, vix voti sui compos esset factus, uti cuncta distinctiùs videbis in literis *Reinhardianis*. Frid. Palatin. captus 1114.

IN nomine Sanctæ Trinitatis ejusdemque Individuæ Unitatis. Notum sit omnibus tàm futuris, quàm præsentibus Ecclesiæ fidelibus, qualiter *Reynardus*, Halberstadensis Ecclesiæ Antistes Venerandus, in uno & eodem facto Ecclesiæ suæ filiis temporalis vitæ subsidium ex paterna diligentia proviserit, & humanitati alterius compassione, quâ debuit, piè consuluerit. Unde neminem ignorare cupimus, qualiter *Fredericus* Palatini Comitis *Frederici* Filius regiam incurrens literæ Reinhardi Episcopi,

offensam, captus fuerit, *durisque & diuturnis vinculis* maceratus, nullum ferè infortunii sui exitum inveniret. Sed tandem multa supplicatione, & Regni Primatum comiseratione Regis animus inflexus, tale ei pactum inire permisit, quatenus *quingentis argenti libris* persolutis, gratiæ ipsius & propriæ libertati ad integrum restitueretur. Cujus rei *Reynardus*, Antistes noster, cum aliis quibusdam Principibus fidejussor interpositus, dum eundem *Fredericum* in pecunia persolvenda anxiatum cerneret, prædia, quæ ille in tanta necessitate vendere compulsus est, prædictus Antistes Ecclesiæ suæ Monasteriis in amminiculum conquirenda benignâ sagacitate decrevit. Unde factâ collatione ex pecuniis, quas fideles Monasteriis pro animarum suarum remedio contulerant, nec non vendito thesauro, qui in ipsis Ecclesiis ex parte repertus est, hujus subscriptæ pecuniæ summa exivit. Episcopus de majori Ecclesia S. *Stephani* X. libras persolvit. De *Hilisimburgensi* Ecclesia centum & tres marcæ collatæ sunt. De *Stuterlingeburch* XVIII. Nos quoque, qui in *Huyesborch* conservamur, non minimo labore centum & quinque libras collegimus, & de ejusdem *Frederici* prædiis XXIII. mansos ad nostræ Ecclesiæ usum comparavimus, sitos in his villis, in Comitatu *Luidigeri* Comitis: in *Adtekendorp* X. mansi, singuli octo solidos persolventes, in *Anderbecke* octo mansi, singuli decem solidos persolventes, cum XXX. & VI. mancipiis utriusque sexûs, cum pratis & pascuis, cum omnibus appendentiis in eisdem villis ad se pertinentibus. In faciendâ autem hujus rei corroboratione idem *Fredericus* in Ecclesia *Halberstadensi*, cum uxore sua & filiis suis, & aliis multis, ante principale altare *B. Stephani* Proto Martyris vovit, ibidem adstante nostro Antistite *Reynardo*, cum multa frequentia Clericorum & populi, & cum Advocatis earundem Ecclesiarum, & Provincialibus innumeris, tradens super reliquias nostræ Ecclesiæ eadem prædia, cum consensu uxoris suæ, & Filiorum suorum, scilicet uxore sua, cum elevatione digiti,

digiti, ſecundum jus ſeculare, prius ibidem redonante, quod ſibi de eisdem prœdiis in dotem evenerat. Quod ad ultimum tali pacto per omnia confirmatum eſt, ſi ipſe, vel aliquis ex heredibus ſuis hoc ſtatutum poſtea infringere vellet, ut Domino Epiſcopo *Reynardo*, vel Ejus ſucceſſoribus, mille marcas puri argenti perſolveret; ita tamen, ut Epiſcopus ſibi centum retineret, & in Monaſterio Sanctimonialium, quod *Steterlingenburch* dicitur, centum daret, & Eccleſiæ *Hilſinburgenſi* quadringentas, ac *Huyesburgenſi* ſimiliter quadringentas offerret. Quod totum Dominus Epiſcopus, videntibus cunctis, qui aderant, banno ſuo firmavit, & illum, qui hoc pactum deinceps ſcindere vellet, ſub anathematis vinculo dampnavit. Et ut omnibus dubietatis nebula in perpetuum removeatur, hanc cartam Sigilli ſui impreſſione juſſit aſſignari.

Ego autem *Reynardus*, Halberſtadenſis Eccleſiæ Epiſcopus, Dei gratiâ id quod ſum, omnes, in quorum manus hæc carta, vel ad quorum notitiam hoc factum quoquomodo pervenerit, obnixè obteſtor in Domino Epiſcopos & Abbates, Reges & Principes, ſeu cujuscunque profeſſionis fideles, ut mecum perpendatis, quô ſtudio caritatis vel circa *Fredericum*, vel propter utilitatem Fratrum Deo famulantium, hæc omnia ſtatuere pium ac juſtum crediderimus. Unde omnium caritatem iterum iterumque obſecramus in Domino, ut pietatis Zelo à Nobis quod geſtum audiſtis, Vos eodem, ne à quovis vi vel fraude infringatur, obſiſtere curetis; ſcientes, æternam Omnipotentis Dei vos per hoc mereri retributionem. Data quarto Nonas Maji anno Incarnationis Dominicæ MCXIV. Indict. VII. Actum Halberſtad in Dei nomine feliciter Amen.

Hilſineburgenſe Monaſterium hodie reſidentia eſt Comitis *Wernigerodani*. De *Stuterlingeburgenſi* verò propè Auſtrovicum vid. *Spangenberg*. (e)

(e) chron. Saxon. c. 130. p. 185.

numus S. Viti. 1126.

§. XLVII. AC. MCXXVI. donavit *Melchior Ryme* cuilibet Sorori in *Visbick* numum argenteum honoris, (einen Schau-Pfenning) in quo in uno latere *S. Vitus* Martyr nudus videbatur in olla picea usque ad brachia ferè: in altero latere legebantur verba: *Mors Martyrum vitæ æternæ lucrum.* Conf. sis numum *Warini.* (f) Pingebant olim Corbeienses Patronum suum *nudum*, eumque hilari facie, modò complicatis, modò non complicatis manibus, stantem in grandiori *olla*, *pice*, *plumbo & bitumine* plena, super prunis ardentibus umbilicotenus. Et sic quoque conspicitur in insignibus capituli *Elvacensis*, junctis tamen manibus. Jam verò pingunt eum eleganter vestitum & stantem, dextrâ tenet *palmam*, scæva *librum*, cui *aquila* insidet: ad pedes pueri *leo* jacet prostratus, lambitque eos. Utraque figura cum historia & martyrio S. *Viti* convenit, prior tamen mihi arridet. Sic enim rythmi veteres Saxonici, adhuc in bibliotheca Corbeiensi cubantes:

effigies ej.

& martyrum,

Da word des Kaisers Torn erfüllt /
Und leit mit grimmiger Ungedult
Einen Ofen fürig gantz tobereiten /
Ock einen groten Podt opseiden
Mit Bleye / Peck und Hartz /
Und spract to Vito also stracks:
Süh / nu wil ich sehn / eff Christus kan
Van mynen Henden dy helpen van /
Do schlug dat hillige Kind vor seck
Dat hillge Krütz gantz unverschreckt /
Und ward geworpen ins Führes Gloedt /
Aver he bleff fry van aller Nod /
Daher he God lovede und Danckende
Und mit frölichker Stimme sanck /
Mitten in Füres Flammen hett /
O HERE / du hest nu wol my probert /
Und glick dat Gold gelüttert werd /
Also hestu my versorgt up des Füres Herd ꝛc.
Darna ward he ock mit den synen
Geworpen in den Podt mit Pynen

Und

(f) in chr. Hüxar. à me edit. p. 49.

Und von dem Blye / Peck und Hart /
So heit geſchmolten / begoden ward ꝛc.

Paucis interjectis autem:

Da let de Kaiſer von Torne ſehr
Einen grimmigen Löven bringen her /
De bramm na ſiner unſinnigen Art /
Und ſchalde torieten den Jüngelinck zart / ꝛc.
Als nu de grauſame Löv ward gebracht /
Und Vitus ſtrick Krützes macht
Vor ſyn Hövet / Herte und Mund /
Da fehl de grimmige Löv van ſtund
Vor Vitum nedder / als ein Lamb /
Und ſing ſyne Vöte tolecken an / ꝛc.

Breviar. Roman. (g) ita de eo: *Vitus* admodum puer inſcio Patre & hiſto-baptizatus eſt, quòd cum ille reſciviſſet, nihil prætermiſit, quò filium riæ, à chriſtiana religione removeret. Qua in voluntate permanentem *Valeriano* Judici verberibus caſtigandum tradidit. Sed nihilominus in ſententia perſiſtens, Patri redditus eſt. Sed dum eum Pater gravius punire cogitat, *Vitus* Angeli monitu, Comitibus *Modeſto & Creſcentia*, ejus educatoribus, migrat in alienas terras, ibique eam ſanctitatis laudem adeptus eſt, ut ejus fama ad *Diocletianum* perlata, ipſum Imperator accerſeret, ut filium ſuum à dæmone vexatum liberaret. Quô liberatô, cum ei ampliſſimis præmiis, ut Deos coleret, perſuadere non potuiſſet, unà cum *Modeſto* & *Creſcentia* vinculis conſtrictum mittit in carcerem. Quos ubi conſtantiores eſſe comperit, dimitti jubet in ingens vas *liquato plumbo, ferventi reſina ac pice* plenum, in quo cum trium Hebræorum puerorum more divinos hymnos canerent, inde erepti *leoni* objiciuntur: qui proſternens ſe eorum *pedes lambebat*. De Nobilibus *Rymiis* verò, ſeu *Minningerodiis*, (quæ familia adhuc ſuperat in Diœceſi Corbeienſi) fusè legi meretur *Letznerus* (h)

§. XLVIII. AC. MCXXVIII. vidit ſoror *Agneta* in ſomnio aliquo profundo lectum ſuum candentibus *liliis* ſtratum, in quorum medio *calvaria* mortui Viri jacebat. Excitata mortem ſibi portendi dicens, à multis deridetur. Sed ipſa opinioni ſuæ finaliter inhærebat, & brevî pòſt placidè obdormivit, ſine notabili prævio morbo. *Qui omnia* Somnium de liliis. 1128.

(g) edit. Mogunt. 1676. p. 636. (h) chron. Daſſel. L. IV. c. 33. ſeqq.

prodromo mortis,

omnia promiſcuè ſomnia ſpernit, Dei monita ſæpius ſpernit, addit fragmentum. Vetus eſt ttaditio, etiam à Nobiliſſ. *Autore Notit. Procer. Imper* (i) repetita *lilium* ſemper fuiſſe prodromum mortis in cœnobio Corbeienſ. Quando hoc aliquis *tribus antè diebus* in ſella ſua reperiebat, ad mortem ſe parabat. Reprendit *Juſtus ab Huxar*, (k) juniorem Fratrem, quod tale lilium in ſua ſede repertum in Senioris ſedem malitiosè repoſuerit.

Porrò peccato juvenilis in ordine fratris
Ultima ceſsârunt ſigna ſuperna DEI.
Quêis Pater altitonans mortem tribus antè diebus
Prædixit fratri, qui moriturus erat.
Quippe quòd hic Juvenis, Satana ſeductus ab hoſte,
Tentâvit Summum ludere mente Deum.
Lilii *ibi* folium *patuli dum forſitan iſtud*
Offendit propriâ ſede locate ſuâ,
Aufert, & tacitus Senioris ſede reponit,
Declinare Dei fata tremenda volens.
Quô viſô Senior *ſanus trepidante timore*
Perculſus morbum contrahit inde gravem.
Sed Pater æthereus retinens immobile fatum,
Irâ commotus vindicat hocce Scelus.
Nam juvenis nequam lapſis tribus inde diebus,
Ipſe repentinâ morte peremtus obit.
At *Senior contrà revaleſcens corpore toto,*
Roboris hinc recipit priſtina penſa ſui.

Iſibortus Amlunxius ita: AC. MCX. *Margvvartus à Speigelberg*, adoleſcens XVIII. annorum, è febri maligna vix emergens, intrat mane Eccleſiam, ut pulſu campanulæ Fratres ad preces matutinas excitaret. Tunc in loco ſuo ſueto oraturus fortè reperit *candidum lilii folium*, mortis, ex relatione veterum, prodromum? Quam ille evitaturus, folium iſtud in ſedem *Weriboldi de Dinxlage* Subſenioris, & per biennium paralytici, reponit. Nuncio hoc auditô, *Weriboldus* in graviorem incidit affectum ut vix, niſi reſupinus, reſpirare potuerit. Altero die *Margvvartus* cum corpus nimis frigori & aëri expoſuiſſet, recidi-

(i) L. III. c. 20. § 24. (k) in eleg. ſua diſſ. m. hiſt. XVII.

recidivam passus, & paucos intra dies obiit. *Weriboldus* quidem melius habere visus est, æger tamen mansit usque ad mortem. Cur ergo *Spiegelbergius* dicitur *nequam*, qui *Satanico impulsu* mente lusit Deum? Somnio *Agnetæ* de liliis addo somnium *B. Adelgarii*, Abbatis Corb., quod *Melchior Cravver* in suo de eodem *Adelgario* sermone ita enarrat. Somniabat aliquando obdormiscens ex lassitudine in horto, quasi spatiaretur circa ripam Wisaræ, videretque herbosum istud spatium, ubi nunc exstructa est Ecclesia, totum *liliis* consitum, quæ suavissimum efflabant odorem, quô iste mirificè delectabatur. Expergefactus somnium hoc pro bono & ominoso habuit, statuitque primô *capellam* ibi ponere, mox, mutatâ sententiâ, eam in *majorem* convertit *Ecclesiam*, confidens in Domino, ut, sicut hæc *lilia*, purissimi & florentissimi flosculi, *suavem & salubrem* de se spargerent odorem; ita etiam Canonicos in hac æde *bonum religionis castitatisque odorem* per totam viciniam de se daturos esse. Nec vana ejus fiducia fuit.

somnium B. Adelgarii

§. XLIX. AG. MCXLVII. ob collapsam disciplinam & paupertatem non modicam, scandala etiam quàm plurima, quæ Sorores, seculum nimis amplexantes, vicinis dederant, jussu *Conradi* Regis III. *Wicboldo* Corbeiensi pro salutari reformatione datur *Visbeccium*, ut Sanctimoniales emendet, & posthac arctius custodiat, eamque Ecclesiam in animum sibi habeat commissam, Inspector ejus perpetuus, eâdem intentione, quâ traditum ipsi est ab Eodem Rege *Keminadense* Monasterium in vicinia. Dedit nobis *Schatenius* (1) diploma *Conradinum*, quô donationem utriusque Monasterii, simul Corbeiensi factam, solenniter comprobat. Authenticam donationem *Keminadensis* cœnobii, in rubra membrana aureis literis, prisco more, eleganter scriptam, seorsim adhuc Corbeiæ cubantem vidi legique, cujus autem bulla appensa in famosa & cruenta expugnatione Huxariæ anno MDCXXXIV. perdita est. Quia verò Annales *Schateniani* non omnium teruntur manibus, operæ pretium videtur, eandem Donationem *Conradinam* hîc repetere.

Visbecc. datur Corbeiæ, 1147.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. CONRADUS divinâ favente clementia Romanorum Rex Secundus. Principalis dignitatis munificentiam decet, bene de Republica merentibus præmia rependere, & per congruos honorum gradus provectos ceteris in exemplum, & tanquam

charta Conrad. Imp.

(1) P. I. Annal. Padeborn. p. 770. seq.


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [381] - 57

bonæ ſpei ſignum proponere, ut tam hi ſui laboris emolumenta ſine fine manſura percipiant, quàm illi à ſimili mercedis gratia ſeſe non fraudandos intelligant. Quocirca noverit omnium fidelium noſtrorum, tàm futuri quàm præſentis temporis, induſtria, quòd Nos, propitiâ Serenitate, *fidem, labores*, & *conſtantiam* fideliſſimi noſtri nobisque cariſſimi *Wiboldi*, Corbeienſis Abbatis, intuentes, tradidimus in perpetuum Corbeienſi Monaſterio, & eidem, qui nunc divinâ vocatione, & communi atque concordi Fratrum electione præeſt, Abbati ſcilicet *Wiboldo*, nec non cunctis Succeſſoribus ipſius, auctoritate in æternum valitura, duo feminarum Monaſteria *Keminadi* videlicet atque *Visbicke*, & de noſtro atque Regni jure, per manum *Herimannni* Palatini Comitis de Rheno, quem ad hoc ritè peragendum aſſumſeramus Advocatum, tranſegimus & firmavimus ſuper reliquias corporis S. *Viti* Martyris, per *aureum* donationis noſtræ *annulum*, in poteſtatem & jus atque dominationem Corbeienſis Monaſterii, in manum prædicti Abbatis *Wiboldi*, & *Adelberti* Marchionis de Brandenburch, qui vice *Herimanni* Comitis de *Winzenburch*, Corbeienſis Monaſterii Advocati, eandem donationem noſtram, ſeu transactionem, ſuſcipiebat, ita videlicet, ut Corbeienſe Monaſterium duo prænominata Monaſteria, *Keminade* ſcilicet & *Visbicke*, cum omnibus prædiis, ſilvis, & aquis, tam foris quàm intus ad ipſa locapertinentibus, habeat, poſſideat, ordinet, utatur, & ſervet, ſicut tenet ſub ſuo regimine, jure videlicet proprietario, tres Abbatiolas, quas fundator ejusdem novæ Corbeiæ *Luthevvicus* pius, Magni Caroli Filius, ad eandem Corbeiam contulit, ſcilicet *Eresburch*, nobile quondam Saxonum caſtrum, nec non *Meppiam* & *Visbicke*: Sanè ad præfata duo loca neque militia, neque ullum ſervitium nobis debeatur. Et quoniam Corbeienſi Monaſterio tàm in militia, quàm in ſervitio ad honorem Regni & defenſionem Sanctæ Eccleſiæ dignitas collata eſt, Nos judicio Principum ad coronæ noſtræ augmentum,

tum, ſicut præſcriptum eſt, manere decernimus. Primam judicii ſententiam dedit *Burchardus*, Argentinenſis Epiſcopus, quam ſecutus eſt *Adelbero*, Trevirenſis Archi-Epiſcopus, *Anſelmus*, Havelebergenſis Epiſcopus, *Heinricus* Leodienſis Epiſcopus, *Sifridus* Wirzebergenſis Electus, *Frithericus* Dux Sveviæ & Alsatiæ, *Herimannus* Palatinus Comes de Rheno, *Cunradus* Dux de Ceringa, *Cunradus* Marchio de Witin, *Adelbertus* Marchio de Brandenburch, *Otto*, Filius ipſius æquè Marchio, *Herimannus* Filius ejusdem Adelberti Marchionis, *Luthevvicus* Comes Pater de Thuringia, *Herimannus* Marchio de Bada, *Wernerus* Comes de Bathen, *Uthelricus* Comes de Horninga, *Heinricus* Comes de Cazzenelenbogan, *Marquardus*, *Sibodo*, *Theodericus* Comes de Montbeliart, & alii plures, qui tunc affuêre. Hoc quoque notum eſſe volumus, quòd Venerabilis Pater noſter *Eugenius*, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Summus Pontifex, frequenti Nos ammonitione tàm per ſuos, quàm per Noſtros Legatos, hortatus eſt, ut monaſteria feminarum, quæ noſtræ ditioni & ordinationi in Regno noſtro ſpecialiter pertinent, in quibus divina religio penitus dilapſa eſt, regulare & reformare dignaremur. Et quoniam ſæpenominata Monaſteria, *Keminada* & *Visbicke*, non tàm Monaſteria, ſed omnibus prætereuntibus viam in peccatis communia, corrigi poſt multos labores non potuerunt, & Corbeienſi Monaſterio vicina ſunt, tàm ad correctionem, quam in proprietatem inibi contradidimus, nullo reclamante, niſi ſanctæ regulæ inimicus & pudicitiæ hoſtis fuerit inventus. Auctoritate verò noſtrâ Regiâ præfatis duabus cellis, *Keminade & Visbicke*, damus, ac decreto in perpetuum valituro confirmamus eandem libertatem, quam habet Corbeienſe Monaſterium, ſcilicet præfecturam urbis, quæ vulgò dicitur *Burchbahn*, eâ videlicet privilegii ratione, ut nullus Dux, nullus Marchio, nullus Comes, nullus Advocatus poteſtatem habeat exercendi judicium in atrio prædictarum Eccleſiarum, ſed quidquid præter jus & æquum à famulis,

qui tàm Abbati, quàm Congregationi obsequio quotidiano deserviunt, commissum fuerit, ab Abbate, vel ab eo, cui ipse mandaverit, corrigatur. Et ut hæc omnia rata & inconvulsiva in perpetuum habeantur, præceptum hoc conscribi, & imaginis nostræ impressione insigniri jussimus.

Signum Domini Counradi



Romanorum Regis secundi.

Ego Arnoldus Cancellarius vice Heinrici, Moguntini Archi-Episcopi & Archi-Cancellarii recognovi. Actum anno Dominicæ Incarnationis MCXLVII. Indictione X. anno verò Domini Counradi secundi Regis Invictissimi IX. Dat. Franckenevord in Christo feliciter Amen.

Indixerat *Conradus* Francofurti publica comitia, ad maturandam expeditionem sacram. Accessit D. *Bernardus*, belli sacri tubicen. Ceteros inter Saxoniæ Proceres Præsulesque adfuit quoque *Wicboldus*, antea Stabulensis, nunc Corbeiensis Abbas, Regi omninò carus, quod ex multis in Italia legationibus ac meritis sibi devinctum inter intimæ admissionis Consiliarios haberet. Expendens ergò *fidem*, *labores*, & *constantiam fidelissimi sui*, jure perpetuo Ei tradidit Monasterium *Kaminadense & Visbeccense*. Conradus hic, licèt *secundum* se vocârit, *tertius* erat. Etenim *secundus*, seu *Saliquus* fuit *Hermanni*, Ducis Franconiæ filius, rexit XV. ferè annis, ab anno MXXIV. scilicet ad annum MXXXIX. Verùm Conradus *tertius* erat Dux Sveviæ, qui imperavit XIV. annis, ab anno MCXXXVIII. usque ad annum MCLII.

donatio Kancinatensis,

§ L. Et quamvis donatio *Kaminadensis & Visbeccensis* unius ejusdemque ferè tenoris sit, abs eodem Rege, eodemque locô, annô & indictione data, certas tamen ob causas ex autographo istam fideliter exhibebo, ut eò tutiùs firmiùsque censere valeas Lector.


In

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. COUNRADUS, divinâ favente clementiâ Romanorum Rex secundus. Principalis dignitatis munificentiam decet bene de Republica merentibus præmia rependere, & per congruos honorum gradus provectos ceteris in exemplum, & tanquam bonæ spei signum proponere, ut tam hi sui laboris emolumenta sine fine mansura percipiant, quàm illi à simili mercedis gratia sese non fraudandos intelligant. Quocirca noverit omnium fidelium nostrorum, tàm futuri, quàm præsentis temporis, industria, quòd Nos propitia Serenitate fidem, labores, & constantiam fidelissimi Nostri Nobisque carissimi *Wiboldi*, Corbeiensis Abbatis, intuentes, tradidimus in perpetuum, Corbeiensi Monasterio, & eidem, qui nunc divinâ vocatione, & communi atque concordi Fratrum electione præest, Abbati scilicet *Wiboldo*, nec non cunctis Successoribus ipsius, auctoritate in æternum valitura, monasterium feminarum, quod vocatur *Keminade*, & de Nostro atque Regni jure per manum *Herimanni*, Palatini Comitis de Rheno, quem ad hoc ritè peragendum assumseramus Advocatum, transegimus & firmavimus super reliquias corporis S. *Viti* Martyris; per *aureum donationis* nostræ *annulum*, in potestatem & jus atque dominationem Corbeiensis Monasterii, in manum prædicti Abbatis *Wiboldi*, & *Adelberti* Marchionis de Brandenburch, qui vice Comitis *Herimanni* de Winzemburg, Corbeiensis Monasterii Advocati, eandem donationem nostram, seu transactionem, suscipiebat, ita videlicet, ut Corbeiense Monasterium prænominatum Monasterium, scilicet *Keminada*, cum omnibus prædiis, silvis & aquis, tàm foris quàm intus ad ipsum locum pertinentibus, habeat, possideat, ordinet, utatur & fervet, sicut tenet sub suo regimine, jure videlicet proprietario, tres Abbatiolas, quas Fundator ejusdem novæ Corbeiæ Luthewicus Pius, Magni Karoli Filius, ad eandem Corbeiam contulit, scilicet *Eresburg*, nobile quondam Saxonum castrum, nec non *Meppiam* atque *Visbicke*.

Visbicke. Sanè de præfato loco neque militia, neque ullum ſervitium Nobis aut Regno debebatur. Et cùm Corbeienſi Monaſterio tàm in militia, quàm in ſervitio, ad honorem Regni, & defenſionem Sanctæ Eccleſiæ dignitas collata eſt, ex conſenſu Fratrum & Miniſterialium ipſius Eccleſiæ, ſtatuimus, ut pro augmento præfati Monaſterii, quod Eccleſiæ Corbeienſi in perpetuam poſſeſſionem tradidimus, ad debitum Regis ſervitium VI. marcæ, aut ſervitium VI. marcarum Regno de Abbatia Corbeienſi perſolvantur, atque hanc Noſtræ auctoritatis donationem ex judicio Principum Regni noſtri, ſicut præſcriptum eſt, manere in perpetuum decernimus. Primam judicii ſententiam dedit *Burchardus*, Argentinenſis Epiſcopus, quam ſecutus eſt *Adelbero*, Trevirenſis Archi-Epiſcopus, *Anshelmus* Havelebergenſis Epiſcopus, *Heinricus* Leodienſis Epiſcopus, *Sifridus* Wirtzeburgenſis Electus, *Frithericus* Dux Sveviæ & Alſatiæ, *Herimannus* Palatinus Comes de Rheno, *Conradus* Dux de Ceringa, *Conratus* Marchio de Witin, *Adelbertus* Marchio de Brandeburch, *Otto* Filius ipſius, æque Marchio, *Herimannus* Filius Ejuſdem Adelberti Marchionis, *Luthevvicus* Comes Pater de Thuringia, *Herimannus* Marchio de Bada, *Wernherus* Comes de Bathen, *Uthelricus* Comes de Lentzenburch, *Uthelricus* Comes de Hotninga, *Heinricus* Comes de Cazzenelenbogan, *Marquardus*, *Sibodo*, *Theodericus* Comes de Montbeliart, & alii plures, qui tunc affuêre. Hoc quoque notum eſſe volumus, quòd Venerabilis Pater noſter *Eugenius*, S. Rom. Eccleſiæ Pontifex, frequenti Nos ammonitione tàm per ſuos, quàm per Noſtros Legatos, hortatus eſt, ut Monaſteria feminarum, quæ Noſtræ ditioni & ordinationi in Regno noſtro ſpecialiter pertinent, in quibus divina religio penitus dilapſa eſt, regulare & reformare dignaremur. Et cùm ſæpe nominatum Monaſterium *Keminada* non tàm Monaſterium, ſed omnibus prætereuntibus viam in peccatis commune, corrigi poſt multos labores non potuit, ſiquidem multis Religioſis,

giosis, & præcipuè Mindensi Episcopo, in cujus parochia situm est idem Monasterium, hanc operam injunxeramus, ut inibi divina religio & sacræ conversationis cultus institueretur, & rite observaretur. Et cùm Corbeiensi vicinum est, tàm ad *correctionem*, quàm in *proprietatem* inibi contradidimus, nullo reclamante, nisi sanctæ regulæ inimicus, & pudicitiæ hostis fuerit inventus. Advocatiam verò sæpe fati loci, id est, *Kaminada*, & omnium prædiorum ibidem pertinentium, quam Vir illustris *Heinricus*, Dux Saxoniæ, à nostra & Prædecessorum nostrorum, Regum videlicet, seu Imperatorum manu habuerat, tradidimus, jam dicto, Corbeiensi Monasterio, nec non prænominato Abbati *Wiboldo*, suisque Successoribus, canonicè & regulariter ordinatis in perpetuum, ipso duce consentiente & annuente, & eandem advocatiam de manu ipsius Abbatis, hominio prius ei cum juramento fidelitatis propter id ipsum facto, sponte & ultrò recipiente. Auctoritate verò nostrâ Regiâ præfatæ cellæ *Kaminade* damus, ac decreto in perpetuum valituro confirmamus eandem libertatem quam habet Corbeiense Monasterium, scilicet Præfecturam urbis, quæ vulgò dicitur Burchbahn / eâ videlicet privilegii ratione, ut nullus Dux, nullus Marchio, nullus Comes, nullus Advocatus potestatem habeat exercendi judicium in atrio prædictæ Ecclesiæ, sed quidquid præter jus & æquum à famulis, qui tam Abbati, quàm Congregationi obsequio cottidiano deserviunt, commissum fuerit, ab Abbate, vel ab eo, cui ipse demandaverit, corrigatur. Et ut hæc omnia rata & inconvulsa in perpetuum habeantur, præceptum hoc conscribi, & imaginis nostræ impressione insigniri jussimus.

Signum Domini Counradi



Romanorum Regis secundi Invictissimi.

Ego

Ego Arnoldus Cancellarius, vice Heinrici, Moguntini Archi-Episcopi & Archi-Cancellarii, recognovi. Data anno Domin. Incarnat. M. C. XLVII. Indict. X. anno verò Domini Conradi secundi, Regis Invictissimi, IX. Actum Frankenefort in Christo feliciter Amen.

lupus incendit stabulum, 1149.

§. LI. AC. MCXLIX. *Lupus* piscis, vivus adhuc, & nondum exenteratus, in loco positus ad ignem, subitò, non advertente coqua, ex vase suo prosilit, ignem perrumpit, & hærentibus nonnullis parvis prunulis in squamis, ad proximum culinæ stabulum currit, in quo anseres alebantur, & sub stramine ibi jacente se abscondit, ut postea ipsum *stabulum* conflagraverit, quod ex vetusto diario notavi. Si vera sit historiola, similem addo & magis mirabilem, ex *Athenæo*, (m) de pisce, qui jam prunis impositus exiliit cum vivo carbone, *silvamque* incendit.

arbor in ovo, 1150.

§. LII. AC. MCL. arbor in ovo reperta est. Sic enim, nescio quis, in calce chronici MSti Pyrmontani, Hamelæ à me visi, notârat, *Ubique fiunt miracula, & quotidie fiunt ea, sed nemo est, qui considerat. In villis & tuguriis plerumque* Altissimus *Deus omnipotentiam suam pandit, quod admirabili exemplo probatur. Non procul* Visbick *paupercula vidua duas tantùm habebat gallinas, quarum una aliquando summa cum difficultate posuit* ovum *plus solito magnum, quod asservavit diu mulier & pro raritate vicinis monstravit. Tandem pro usu ad jusculum aperuit, sed ô mirum super mirum! adest in eo perspicua figura* pulcræ arboris cum ramis expansis trunco & radicibus suis. E tripode sanè, quisquis fuerit ille, *ubique fiunt miracula, & quotidie fiunt ea, sed nemo est*, qui *considerat*. De ovis miranda quædam dixi (n) alibi. De animalculo *feliformi* in ovo reperto, cum duabus auribus, binis oculis, quatuor cruribus, capite & cauda vid. *Zodiac. Medico-Gallic.* (o) Quam rariorem & stupendam relationem repetit *Stephanus Blanckard*, (p) ut verissimè dixerit noster. *In villis & tuguriis plerumque Altissimus Deus omnipotentiam suam pandit.* Prudenti pauca! De *ovo anserino* cum eleganti *facie humana*, sed capite *serpentibus* undique horrente, ac tribus item *serpentibus*, ex mento instar Barbæ progerminantibus: nec non de alio, in quo humanum caput fuit deprehensum, quod, loco capillorum & barbæ, *colla anserina* cum nostris oculisque habebat, videatur *Schott.* (q) Quàm

& alia,

(m) L. VIII. f. 316. D. (n) P. I. Zeitkürtz. erbaul. Lust them. 41. & 70. (o) ann. I. Mens. Septemb. p. 148. (p) C. I. obs. Med. Phys. 87. (q) L. V. Phys. curios. c. 26.

Quàm magna ſunt facta tua, JEHOVA, valde profundæ ſunt cogitationes tuæ. Vir brutus non agnoſcit, & ſtultus non animadvertit iſtud (r)

§. LIII. Poſtquam *Wyboldus*, egregius Abbas, AC. MCLI. pro memoria ſui totum montem S. *Michaëlis* Archangeli, cum omnibus attinentiis ſuis, in territorio ſuo, ad refectionem Fratrum ſuorum, in feſto Patroni ſui S. *Remacli*, & in anniverſaria ordinationis ſuæ, item in vigilia undecim millium Virginum deſignâſſet etiam Conventui *Visbeccenſi* in feſto S. *Stephani Viti & Juſtini* Martyrum Chriſti, recreationem aliquam fecit, ſic, ut quælibet ſoror ferculum ſuper ordinarium cum hauſtu vini accipiat, in Domino ſuo lætetur, eique in Sanctis ſuis ſerviat illumque glorificet. Lucem affundet fragmento ipſa charta *Wiboldiana*. recreatio nova, 1151.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. WICBOLDUS, Dei gratiâ Corbeienſis Abbas, Succeſſoribus ſuis regulariter ordinatis in perpetuum. Quia memoriam noſtram in benedictione apud Fratres noſtros jugiter permanere ſummo deſiderio optamus, idcircò bonis ipſis providere non tantùm in animabus, ſed & in corporibus piâ ſollicitudine intendimus. Proinde notum eſſe volumus univerſis Eccleſiæ noſtræ fidelibus, tàm præſentibus, quàm futuris, qualiter montem, qui vocatur S. *Michaëlis*, ſcilicet Eccleſiam cum omnibus ad eam pertinentibus, ad feſtum S. *Remacli* ad anniverſarium noſtrum ordinavimus, eundem namque montem, quia de præbenda Fratrum fuerat, piæ memoriæ Prædeceſſor noſter Abbas *Erckinbertus* quondam iturus Jeroſolymam, multis precibus evictus, Fratribus reſignaverat; verùm poſtquam exierat, vocatus à quodam Miniſteriali ſuo *Gerberto* de *Lüttmerſen*, eidem ipſum montem in beneficium conceſſit, qui poſt mortem Patris, cùm *Henricus*, Filius ejus occupâſſet, per Dominum *Volckmarum* Abbatem ab illo receptus eſt, datâ ei promiſſione, ut cumprimùm inter Miniſteriales vacaret talentum, unum in beneficium ab Abbate acciperet; ille verò præcedente tempore ſervitium unius Abbatis apud *Lüttmerſen*, cujus curtis ipſe villicus eſt, detinere cœpit, ſeque illud tam- literæ Wicboldi

(r) Pſal. XCII. 6. ſeq.

diu detenturum dicebat, donec præmissum beneficium consequeretur. UndeNos in diebus nostræ Prælationis tantum defectum mensæ Abbatis per injuriam fieri, per singulos annos æquanimiter non ferentes, evocato eodem *Henrico*, licèt multo labore, tamen eò usque per judicia & sententias comparium suorum justis rationibus convictum eum destruximus, quod ipsum servitium Nobis & mensæ Abbatis Corbeiensis resignavit, sub tali conditione, ut, cumprimùm Nobis vel Successoribus nostris, vacaret talentum unum, in beneficio acciperet. Nos ergò cùm prædictum montem liberum in manu nostra haberemus, licet eum diu Fratres repetissent, nequaquam eundem à Prædecessoribus nostris receperant, vel fructum ex eo habuerant, simul considerantes, quòd idem mons æmulationi & petitioni laicorum semper subjaceret, pro memoria & veneratione B. *Remacli*, Domini ac Patroni nostri, nec non pro remedio animæ nostræ, eundem montem, cum omnibus pertinentiis suis, item Ecclesiam, cum dotali manso & villicatione, cum mansis & agris ad eam pertinentibus, & novalibus, quæ à Fratre nostro *Godammino* in ipso monte extirpata & culta sunt, ad refectionem Fratrum Corbeiensium in festo prænominati Patroni nostri, & in anniversario nostræ ordinationis, item in vigilia undecim millium Virginum designavimus, eâ scilicet ratione, ut à Clerico nostro *Hildewvardo*, qui nunc montem habet, vel si quis post eum habuerit, in decollatione S. *Joannis Baptistæ* Cellerario Fratrum XV. solidi, qui ad festum pertinent, in festo autem S. *Dionysii* item XV. solidi ad anniversarium diem electionis nostræ, quamdiu vivimus, persolvantur. Postquàm verò Deus ab hac vita nos evocaverit, in anniversario depositionis nostræ item XV. solidi pro memoria nostra à Fratribus in perpetuum habeantur. Porrò hoc omnibus notum esse volumus, quòd hunc montem Clerico nostro *Hildewvardo* cum Ecclesia & villicatione, & omnibus pertinentiis suis, sicut suprà scriptum

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [390] - 66

ptum est, sub eo pacto commisimus, quamdiu XXX. solidos, temporibus superiùs denotatis, Fratribus persolverit, eodem beneficio non privetur, mox verò ut hanc summam administrare noluerit, ipse à beneficio, tàm Ecclesiæ quàm curtis, cessabit, nec ullo tempore Ecclesiæ, & quæ ad ipsam pertinent, à curte & suis pertinentiis separari poterit, sed ut simul juncta XXX. solid. annuatim persolvant. Fratres autem festum B. *Remacli* spontanea & communi voluntate in cappis & quinque candelis solemniter celebrandum instituerunt, in cujus die festo priorem missam in majori capella, quæ domui nostræ adjuncta est, & sub ejus titulo consecrata, de dedicatione celebrabunt. Nequis igitur Successorum nostrorum hanc caritatem, à Fratribus Nobis constitutam, ullo aliquando tempore auferre, vel imminuere, seu aliquo modo alienare præsumat, sine consensu Corbeiensis Capituli, sub attestatione divini nominis prædictum montem S. *Michaëlis* Fratribus Corbeiensibus ad festum B. *Remacli*, & ad nostrum anniversarium, juxta præscriptam rationem, decreto in perpetuum mansuro, ordinamus atque constituimus. Et ut ratum atque inconvulsum hoc constitutum per omnia tempora permaneat, hanc nostræ constitutionis paginam sigilli nostri impressione roboramus atque confirmamus. Hæc verò sunt nomina Fratrum, quibus præsentibus & testibus hæc constitutio facta est, *Heinricus* Prior, *Engelgerus*, *Tiedericus*, *Walterus*, *Adelbertus*, Præpositus, *Tiedericus*, *Adulphus*, *Cunradus* Cellerarius, *Elumigus*, *Mechtfridus*, *Isiko*, *Herimannus*, *Tegenhardus*, *Bruno*, *Cunradus*, *Reinardus*, Præpositus in Eresberg, *Heithenricus*, Præpositus Gröningensis, *Reinardus*, Præpositus Kaminadensis, *Conradus* Portarius, *Adelbertus* Camerarius, *Bruningus*, *Abraham*, *Fiko*, *Lambertus*, *Othelricus*, *Heremannus*, *Tiedericus*, *Cono*, *Berenvvigus*, *Luidolphus*, *Arnoldus*, *Reinmarus*, *Giselbertus*, *Fridricus*, *Rocholfus*, *Unargus*, *Wernerus*, *Robertus*, *Hartmannus*, *Reinerus*, *Sadso*, *Burckhardus*, *Marcvvardus*,

Wizzelmus, *Anthonius*, *Heitholfus*, *Heremannus*. Actum Corbeiæ in Capitulo anno Domini M. C. LI. Indict. XV. in die festo S. Confessoris Christi ac Pontificis *Remacli*, annô autem Prælationis Domini Wicboldi, Abbatis Corbeiensis, IV.

Elisabet de Garmsen, 1154.

§. LIV. AC. MCLIV. *Elzabet de Garmsen*, Prioriſſa in *Fredlshem*, moritur in festo omnium Sanctorum. *Joannes Letznerus* in chronico *Dasselensi* (f) *Hevenhusiam* vocat. De *Hevenhusiis* verò videatur Idem in Historia *Ludovici Pii* edition. sec. (t) Nobiles de *Garmsen* autem descripsit idem (u) *Eufemia de Grunberg* cum toto patrimonio suo venit in *Visbeck* & devotè vixit usque ad mortem. *Grunberg* olim Comitatus dicitur ab *Hamelmanno*, in Hojensi situs propè Nienkercken sub Præfectura Ehrenborg. Ultimus hujus familiæ erat *Fridericus*, cujus effigies, seu monumentum, adhuc exstat in parochia Nienkercken. Extinctâ Gente, dominium ejus ad *Hojenses* transiit.

Eufemia de Grunberg.

Capella S. Viti 1163.

§. LV. AC. MCLXIII. parva capella *S. Viti* constructur à *Hayneman.* dè *Bevvern* & *Guntero de Evenhos*, igne postea totaliter destructa. *Bevern* scribere debebat & *Ellenhos*, de quibus familiis legi meretur citata historia *Ludovici Pii*. (w) Sub idem tempus Sanctimoniales inter *Visbeccenses* reperio *Juttam* & *Mathildam*, quarum hæc ex *Ellenhosiana*, illa verò ex *Beverana* familia fuit. An verò *Haynemanni* & *Günteri* filiæ fuerint, ignoro. *Georgius de Lyne* sepultus apud nos eum memoria perpetua. Comites olim erant de *Lynau* in Saxonia inferiori. Bello inter *Godfridum* Arensbergicum & *Mauritium* Oldenburgicum interfuêre Comites à *Linovv.* (x) *Ericus* Dux Saxoniæ, arcem *Linovv* redemit de manu militarium, qui tenebant eam. (y)

Georg. de Lyne

Maria de Arem. 1170.

§. LVI. AC. MCLXX. D. *Maria* sex mansos in campo *Hemeln* Ecclesiæ suæ comparavit pecuniâ ex variis eleemosynis collectâ. Bona Mater, quæ suis prudenter consuluit. Abbatissa fuerit ista *Maria*, licèt in catalogo, à moderna Reverendissima Nobilissima Domina Abbatissa *Visbeccio* mihi nuper transmisso, non reperiatur. Mancus mutilusque index iste, siquidem nec *Alfheyd*, nec *Abyg*, nec *Hadevvig* offenditur ibi. Injuriâ quippe temporum plurimæ perierunt chartæ. Docuit me aliud fragmentum, hanc *Mariam* fuisse Dominam, seu Comitis-

(f) L. VII. c. 15. (t) c. 50. (u) L. IV. chr. Dassel. c. 36. (w) c. 37. & 41. ac L. IV. chr. Dassel. c. 14. & 33. (x) Kranz L. IX. Metrop. c. 40. (y) Id. L. IX. Saxon. c. 22.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1:ZEN Leibn. Marg. 48, [392] - 68

mitissam de *Aren*. Castrum hujus dominii situm erat duobus milliaribus à *Tremonia*, inter oppida *Unnam* & *Mendam*, quod posterius Dominis de *Aren* parebat. Vicinum monasterium *Scheda* (sunt verba *Hamelmanni* (z)) ex ea ditione constructum est, præcipua ad eam pertinentia loca possidens. Alia bona ex ea habuere Nobiles de *Aldenbuchum* in vicinia morantes. Idem testis est, uno tempore comitatus *Hoestede* & *Aren* accessisse Ecclesiæ Colonienſi, operâ *Conradi*, ultimi Comitis in *Hoested* & Dynastæ in *Aren*, Archi-Episcopi ibidem AC. MCCLVI. *Theodoricus* de *Are* Episcopus XXXII. Ultrajectensis obiit AC. MCCX *Hildegunda*, Comitissa de *Meer* & *Aren*, fundavit Monasterium propè *Novesium* AC. MCLXVI eique præfecit unicam filiam *Hedevvigem*. (a)

§. LVII. AC. MCLXXV. *Sabina de Gethlide* & *Juliana de Asse* pro introitu suo multa Ecclesiæ obtulerunt dona argentea pro ornamento ejus. Pagus *Gethlede* propè Monasterium *Stederburgense* spectat ad Ducalem Præfecturam Wolffenbyttelensem. *Everhartus* de *Gethlede* ùt testis reperitur anno MCCXVIII Putat igitur *Hamelmannus*. minorem fuisse Baronatum. Comites verò de *Asse* opulenti & potentes olim erant. *Chronic. Lauterberg.* (b) ita: *Philippus*, Colonienſis Archi-Episcopus, cum infinita multitudine ad repetendam hæreditatem *Ottonis* Comitis de *Asse*, sui nepotis, & *Christiani*, Comitis de *Aldenburg*, contra *Henricum* Ducem venit. Sed *Wichmannus* Archi-Episcopus (Magdeburgensis) multo labore pacem inter ipsos reformavit. Sabin. de Gethlide & Juliana de Asse, 1175.

§. LVIII. AC. MCLXXIX *Garburgis de Mackenstede* nupsit *Conrado de Guzkavv*, & dimissa est in pace. Suspicor, *Garburgim* fuisse Canonicam Visbeccensem. Licet enim habitu Canonicorum Regularium S. Augustini uterentur, nullam tamen profitebantur religionem, nubentes in Domino, quando volebant, dicente *Theodorico Engelhusio*, Presbytero Monasterii in Wittenborch. (c) *Mackenstede* autem proprium dominium olim in vicinia Comitatûs Delmenhorstani & ditionis, quæ urbi Bremensi subest, cujus arx sita erat prope Monasterium *Heilgenrode*. Retulere Decanus Metropolitanæ Ecclesiæ Bremensis & D. *Joannes Hecken*, Cancellarius Hojensis, CL. *Hamelmanno* in antiquis chartis se passim invenisse *Domicellos de Mackensted*, cujus gentis ultimus fuit *Fridericus* circa A . MCLXXI. Comitum de *Gutzkovv* verò meminit *Krantz*. (d) An autem *Conradus* ex iis fuerit nescio. Garburgis de Mackenstede. 1179.

(z) tr. de famil. emort. (a) Conf. Piderit. Chron. Lippiens. P. II pag. 298. seqq. (b) ad ann. 1178. (c) vid. Antiquit. Brunsvic. Maderi p. 16. (d) L. IX. Saxon. c. 9.

Marg. de Lymbeck & Susann. de Meynhobte 1181.

§. LIX. AG. MCLXXXI. *Margreta de Lymbeck & Susanna de Meynhobten* filias suas parvulas commiserunt Abbatissæ pro informatione tàm in pietate quàm moribus, & ideò multùm dedêre Ecclesiæ. *Lymbeck*, seu *Leimbeck*, Dynastia Diœcesi. Monasterienſis inter *Corfeldiam* & *Borckenam*, tres complectens parochias. *Bernhardus de Westerholt* dicebatur Dominus in *Lymbeck*, quòd filia *Joannis* de *Lymbeck* nupserit Nobili cuidam *Westerholtio*. *Meynhovelen* dynastia ejusdem Diœcesi. non procul ab oppido *Wolbeck*. Anno MCCL. vixit *Rudolfus* Dominus de *Meinhovele* cum uxore *Ermingarde de Holte*, quæ, mortuo illo, nupsit *Ottoni*, Comiti de Marca, qui *severus homo erat, & magni animi ad exercendam vindictam in eos, quos odiebat.* (e) Obiit ἄωαις AC. MCCLXII. in vigilia Assumtionis B. Mariæ.

Bertha 1186.

§. LX. AC. MCLXXXVI. moritur Domina *Maria*, cui successit Electa Domina *Bertha* de *Stienvvede*. Illa fuit devota, prudens, circumspecta, & laboriosa Domina, quæ multa lucra fecit Ecclesiæ, multum ædificans & reparans. De Dynastia seu, ut alii volunt, Comitatu *Steinvvedensi* lege sis *chronicon Mindense Watenstedii* (f) & CL. *Meibom.* (g) Sita erat inter *Radam*, Diœcesi. Mindens. Præfecturam & *Diepholtium*, Comitum olim residentiam, quod nesciit Hamelmannus. *Bertha* ista, ceu insignis benefactrix & Nutrix pauperum & miserabilium personarum, summopere prædicatur, ut etiam in proverbium abierit: Frau Berthen geths van Herten. Hæc omnia rectiùs retuleris ad ann. MLXXXVI.

aquila in Tergo, 1188.

§. LXI. AC. MCLXXXVIII. Nobilis de locis peregrinis servum, quia equum malè tractaverat, ita castigavit, ut post brevi in *Visbec* moreretur. Dicunt, feciſſe ei *avem in tergo*. Quod crudele tormentum est. O diabolicum animum, propter bestiam imaginem Dei destruere. Fortè nobilis iste ex Dania vel Anglia fuit? & num per *avem* intelligam *aquilam*? cujus rei memorabilem historiam habemus apud *Saxonem Grammaticum*, (h) ubi non tantùm dorsum *Hellæ*, Regis Angliæ, plagâ *aquilam* figurante affectum, sed quoque lacerata caro salita est. Doctissimus *Stephanius* (i) ita: Apud Anglos Danos, aliasque nationes Boreales victor ignominia summa debellatum adversarium affecturus, gladium circa scapulas ad spinam dorsi adigebat, costasque amplissimo per corporis longitudinem facto vulnere utrinque à spina separabat: quæ ad latera deductæ *alas* repræsentabant *aquilinas*

(e) Vid. chron. Marcan. Northof. T. I. Meibom. p. 389. (f) p. 26. (g) Tom. cit. p. 538. (h) L. IX. H.D. p. m. 177. (i) in not. suis p. 193.

Annas. Hoc genus mortis vocabant *aquilam in dorso alicujus delineare.*

§. LXII. AC. MCXCII. *Cœleſtinus* III. inſigni protectionis & confirmationis privilegio Eccleſiam *Visbeccenſem* communivit, ſecundùm tenorem ſequentis chartæ. protectio & confirmatio 1192.

COELESTINUS Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis Filiabus Abbatiſſæ, Prioriſſæ, & toti Capitulo Eccleſiæ *Visbeccenſis* Diœceſ. Mindenſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Piis religioſarum filiarum votis condeſcendere, & facilem præbere aſſenſum, Nos maximè condecet, ut tantò ſint Nobis & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ devotiores, quantò ſe noverint pleniùs & promtiùs exauditas. Ea propter Dilectæ in Chriſto Filiæ, juſtis veſtris poſtulationibus aures faciles accommodantes, perſonas veſtras & Monaſterium, in quo divino obſequio eſtis mancipatæ, cum omnibus bonis, quæ impræſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum juſtis modis, præſtante Domino, poteritis adipiſci, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem decimas, terras, domos, curtes, ortos, vineas, agros, ſilvas, nemora, ſtagna, piſcinas, & omnia alia bona, ad veſtram Eccleſiam juſtè pertinentia: omnes libertates & immunitates, à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, *Eugenio*, *Hadriano*, *Alexandro*, *Lucio*, & aliis, ſive per privilegia, vel alias indulgentias, Vobis & prædictæ veſtræ Eccleſiæ conceſſas, nec non libertates & exemtiones, ab Imperatoribus, Regibus, & Principibus, aliiſque Chriſti fidelibus, Vobis & Eccleſiæ Veſtræ conceſſas, & alia bona veſtra, ſicut ea omnia juſtè & pacificè poſſidetis, Vobis & per Vos eidem Eccleſiæ veſtræ, auctoritate Apoſtolicâ, confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & confirmationis temerè infringere, vel ei auſu temerario contrariare. Si quis autem hoc attemperare præſumſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Apo-

Apostolorum Petri & Pauli eum se noverit indubitanter incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum III. Cal. Jun. Pontificatûs nostri anno secundo.

error corrector, 1185.

§. LXIII. AC. MCXCIV. Produximus suprà §. 23. *Scholasticam Bibermannam*, ùt *Priorissam*, & §. præced. *Cœlestinus* III. Abbatissæ, *Priorissæ* totique Capitulo salutem & Benedictionem precatur. Verùm in hoc Nobili, Exemto Secularique Collegio post Abbatissam erat *Præposita*, post hanc *Decanissa*, post hanc demum *Thesauraria*. Certè sub Domina *Bertha* fuit *Veronica* de *Ruschplat* Præposita, *Dorothea* de *Wormstorp* Decanissa, & *Justina de Campen* Thesauraria. Num tempore *Cœlestini* Papæ officia *Præpositæ* & *Thesauriariæ* vacabant, ut pro *Decanissa* amanuensis ex ignorantia scripserit *Priorissam*? *Isibordo* autem vel nimis festinanti, vel aliud, dum id scriberet, cogitanti, vitium istud imputo. Si quis interim prolixiorem narrationem de familiis istis, in vicinia habitantibus, desideret, evolvat *Leibnerum*. (k)

singularis devotio 1197.

§. LXIV. AC. MCXCVII. Est in vicinia Monachus, qui pro majori excitanda devotione sæpius corpus suum *ferulis* castigat. Inde mentem ardentiorem fieri dicit. Certè vetus Adamus in nobis est sicut asinus, qui si non flagellatur, non emendatur. De usu *flagellorum* in re medica latiùs nuper egi in singulari libello, (l) similem prorsus enarrans historiam de fatuo Franciscano. (m) B. *Tiedmarus*, Episcopus Mindensis, visitat congregationem nostram Visbeccensem. Cùm verò omnia bene & modestè inveniret, ùt optaverat, in Ecclesia, in Conventu, in cellis sororum, in spiritualibus & temporalibus, flexis genibus, & conjunctis manibus, oculis quoque ad cœlum sublatis, dixisse dicitur DEO GRATIAS, & cum magna benedictione relicta, & gaudio animi sui, ad Metropolin suam reversus est, teste Autore fragmenti.

visitatio.

manſi horti &c. 1201.

§. LXV. AC. MCCI. Domina *Bertha* multos mansos, ortos, & varia pretiosa ornamenta ecclesiastica ex auro & argento comparavit, donationibus emtione & alio modo, melioratrix Matris & filiæ à Deo sibi commissæ, quam ideò valdè amabat Episcopus. Fundavit oratorium Sanctum in honorem S. *Andreæ* Apostoli cum inscriptione.

oratorium S. Andreæ,

Bertha *dedit Sancto* Andreæ *pia corde animoque*;
Oret pro misera: nil cupit illa magis.

epitaph.

In hoc oratorio, seu sacello suo, postmodum sepulta dicitur, cum hoc versu: *Quem*

(k) L. IV. chron. Dassel. c. 19. 35. 38. (l) Flagell. salut. excus. Francof. 1698 (m) p. 6.

Quem coluit ſemper vivens pia Bertha *Patronum*,
Hujus commendat mortua ſe precibus.

Fallet hic calculus, ſiquidem verius ad ſuperioris ſeculi annum primum hæc retuleris.

confirmatio 1206.

§. LXVI. AC. MCCVI. *Innocentius* III. rurſus omnia privilegia, jura, immunitates & bona confirmavit.

Innocen. III.

INNOCENTIUS Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Dilectis Filiabus *Bertha* Abbatiſſæ, & toti Congregationi Secularis Eccleſiæ *in Visbecc*, Diœceſ. Mindenſis, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Religioſam vitam eligentibus convenit Apoſtolicum adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus aut eos à pio propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſanctæ religionis infringat. Quapropter Dilectæ in Domino Filiæ, juſtis veſtris poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiam veſtram, in qua divino mancipatæ eſtis obſequio, ſub B. Petri & noſtra ſpeciali protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones & bona Eadem Eccleſia veſtra inpræſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, & Principum oblatione, ſeu aliis juſtis modis, opitulante Domino, poterit adipiſci, firma Vobis veſtrisque Succeſſoribus & illibata permaneant. Decernimus ergò, ut nulli prorſus hominum liceat ſuprà dictam Eccleſiam veſtram temere perturbare, vel ejus poſſeſſiones auferre, ſeu ablatas retinere, diminuere, ſeu quibuscunque vexationibus fatigare, ſed illibata omnia & integra conſerventur earum, pro quarum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalvâ tamen Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, auctoritate & Diœceſani Epiſcopi canonicâ juſtitiâ. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſeu ſecularis perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundò tertiovè commonita, niſi præſumtionem

ſuam congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini noſtri Redemptoris JESU CHRISTI aliena fiat, & in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco jura ſua ſervantibus ſit pax Domini noſtri JESU CHRISTI, quatenus & hîc fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Datum Lateran, XIV. Kal. Novembr. Pontificatûs noſtri anno IX.

Magdal. de Byſeberg, 1211.

§. LXVII. AC, MCCXI. *Magdalena de Byſeberg* cum Matre & ſorore ſua devotionis gratiâ venit in *Visbec* & oblatis Eccleſiæ omnibus bonis ſuis, quæ ex larga hæreditate quælibet habebat, manſerunt ibi uſque ad mortem. Hinc Eccleſiæ noſtræ magnum accrementum. Fortè ex nobili familia de *Piſenberg* fuit, (*Bieſemberg* ſcribit Bucelin.) quæ Herbipoli *Godefridum Antiſtitem* dedit, *eximiâ virtute doctrinâ & ſapientiâ* præditum, elogio *Bruſchii*, cujus Frater *Ludovicus* in conſtitutione Pacis Conſtantiæ Comes dicitur de *Olſeſtre*. Arnoldo Lubecenſi (n) *Godfridus* eſt Vir *prudens & eloquens*, Comes ſacræ expeditionis in Palæſtinam ſub *Friderico* I. Imp. Conſ. *Bernhard a Mallinckrot*, Decani Eccleſiæ Monaſterienſis tract. de Archi-Cancellariis. (o)

effigies S. Auguſt. 1216.

§. LXVIII. AC. MCCXVI. Effigies *S. Auguſtini*, quæ ſuſpenſa erat à dextro ſummi Altaris in ipſa vigilia iſtius Sancti, cum jam alterâ vice ſignum campanula dediſſet ad veſperas, decidit in terram, & nihil in tota effigie læſum aut fractum, niſi *liber*, quem imago manibus tenebat. P. *Bartholomæus* in Minda dixit, indicare fracturam regulæ: ſe habuiſſe ſemper ominoſum annorum numerum in voce: VIbeCCIIIM, licet paulò ante vel paulò poſt inſolitum quid contingat. Nec falſo dixit ille. Impleta enim hæc explicatio eſt multis in locis. Secutæ ſunt poſtea in *Visbec* multæ variationes & calamitates, incendia, perditio frugum, eluviones aquarum, grando, furta, ſterilitas, ut non oporteat nos contemnere iſtiusmodi ominoſa, à religioſis & Sanctis viris prædicta.

i. e. MCCXII.

pulex in ſanguine 1230.

§. LXIX. AC. MCCXXX. Ridicula lepida tamen, hiſtoriola fragmenti noſtri. Tuſa erat vena ſimplici ſorori pro levando capitis dolore

(n) L. III. c. 34. (o) p. 79.

dolore. Dum igitur in cella in patina ſtaret ſanguis emiſſus, *pulex* quidam grandior irrepſit, & ſuffocatus eſt in eo. Vidit eum barbitonſor poſtea, & pro certo affirmavit, *pulicem* iſtum nidificâſſe in capite ſororis, quia verò nunc extractus & mortuus eſſet, caſſationem dolorum Sanctimontali promiſit. Et factum eſt, uti credidit. Imaginatio, ſeu perſuaſio, pejor & efficacior eſt ipſâ peſtilentiâ. De *vermiculis* in capite, atrociſſimorum dolorum fabris, plenæ ſunt & Medicorum & Phyſicorum hiſtoriæ paſſim obviæ. Non ineptè igitur *Langius* (p) quemvis acutum ac perſeverantem capitis dolorem à *vermiculari*, aut *ſerpentiformi*, vel *ſcorpionum* etiam horridas imagines referente hac genitura (quæ ſpiritum noſtrum & partes, quibus is inhæret, perpetim rodendo radendoque, aut morſicando, pungendo, ac veluti urendo graviſſimè lancinat) provenire aſſerit. Hic tamen pulex in patinam irrepſerat. Ceterùm ſuffocatus iſte mihi in memoriam refricat ingenioſum epigramma, ſeu epitaphium, nitidiſſimi *Taubmanni* in *pulicellum* in vino ſuffocatum.

Epitaph. pulicis.

Pumilus heîc jaceo tenui ſub pulvere *pulex*,
Illa puellarum ſemper acerba lues.
Quçî miſer occiderim, ne quærite, quæſo, puellæ,
Veſtro more nimis *ambitioſus* eram.
Frenelius, *Prætor*, *Taubmannus*, & ille *Siberus*,
Nuper conſortes inſtituêre dapes.
Heîc ego defungens *paraſiti* munere, luſus
Experior ſaltu *liberiore* meos.
Et mergor patera pleno ſtagnante falerno,
Hei nimis infelix tum *paraſitus* eram.
Sed dedit ambitio pœnas: vos, diſcite, fratres,
Intra fœminei ſepta manere chori.
Hoc tamen è vobis cupio præſcire, Poëtæ,
Quis veſpillo meas texerit exſuvias?

§. LXX. AC. MCCXLVI. Cum *Heinricus* Rex ſollempnem curiam in Franckhenevurt haberet, cui adfuit *Kunrad de Buſang*, Abbas Monaſterii S. *Galli*, profecta ad eum eſt *Catharina*, ſororis ipſius filia, & reportavit duos calices densè deauratos, quos Eccleſiæ noſtræ donavit liberaliter. O.P.E.i.e. Oremus pro eo. *Henricus* VII. ex Comite Conr. de Baſnang. 1246.

(p) in Patholog. animat. & quidem in animadverſ. ad c. 2. p. 98.

mite Provinciali Thuringiæ Augustus Romanorum Rex electus in festo Ascensionis Dominicæ anno MCCXLVI. & eodem anno in Festo S. Jacobi solennem curiam Francofurti ad Mœnum habuit, sequente autem obiit, ut cuncta perspicuè demonstravit D. *Cæsar. Sagittarius* (q) Certè ultima ejus conjux *Beatrix*, Dei gratiâ quondam Romanorum Regina dicitur semper Augusta in literis, Monasterio Vallis Georgianæ datis anno MCCL. IX. Kal. April. Ceterum reperi *Conradum* istum, Abbatem San-Gallensem testes inter in charta *Henrici* de Argentifodinis & silvarum custodiis per Brisgaugiam eodem anno data, ubi vocatur *Conrad de Basnang*. *Bucelin* (r) scribit *Busnang*, & nominat *Baronem*, schedæ nostræ malè *Busang*. Nî molestus fuero, prætactum diploma Henricianum attexam.

charta Henr. VII. Rom. Reg.

HENRICUS, Dei gratiâ Romanorum Rex & semper Augustus. Universis Imperii fidelibus, quibus præsens litera fuit ostensa, gratiam suam & omnem benevolentiam. Ut ad nostros Successores perveniant firmiora ea, quæ coram Nobis aguntur, literarũ testimonio commendamus, ne tractu temporis à labili hominum memoria evanescant. Meminerint igitur præsentes, & recognoscant futuri, quòd Dilectus Princeps noster *Henricus*, Basilicensis Episcopus, in solenni curia apud Franckovurt coram Nobis & Principibus, ubi præsentes erant cum Advocatis suis *Hermannus*, Marchio de *Baden*, & *Egeno*, Comes de *Fryburg*, contendentes de argentifodinis & custodiis silvarum per Brisgaugiam, quod vulgariter Wild-bahn dicitur, obtinuit & evicit per privilegium suum, ipsas argentifodinas & custodias sibi & Ecclesiæ suæ attinere, & ipsum *Eginonem*, Comitem de *Fryburg*, eisdem ab ipso & Ecclesia sua legitimè infeudatum. Nos itaque considerantes ipsius Principis devotionem, & quòd sufficienter testimonio probaverat, prælibatæ suæ Ecclesiæ attinere, memoratum *Eginonem* per suam approbatam de providentia consilii nostri misimus in possessionem bonorum suprà scriptorum, & eadem ipsi Comiti & heredibus suis regiâ auctoritate confirmamus. Mandantes, ut sub interminatione gratiæ nostræ firmiter præcipi-

(q) Im gründlichen Bericht von Landgraf Henrichs / Römischen Königs / Wahl / Jenæ 1692. (r) Germ. Sacr. P. II. p. 36. B.

cipimus, ut nulla sit persona, alta vel humilis, Ecclesiastica & mundana, & quæ antefatum Comitem in memoratis argentifodinis & custodiis ferarum impedire audeat vel gravare; & qui fecerit, gratiâ nostrâ sit exclusus. Ad hujus etiam fidei evidentiam præsens privilegium ipsi Comiti sigillo nostro communitum fecimus assignari.

Testes sunt hujusmodi

Siffridus, Archi-Episcopus Moguntinus,
Thietericus, Archi-Episcopus Trevirensis,
Evehartus, Episcopus Salisburgensis,
Tiedericus, Episcopus Numburgensis,
Siffridus, Episcopus Ratisponensis,
Conradus de *Basnang*, Abbas San-Gallensis,
Albertus, Dux Saxoniæ,
Otto, Marchio Moraviæ,
Henricus, Marchio de Burgow,
Everhartus, Comes de Eberstein,
Conradus, Burggravius de Nurinberg,
Heinricus de Neiffen,
Albertus de Neiffen,
Wolfram, Comes de Veringen,
Heinricus, Comes de Waldinberg,
Hermannus, Comes de Waldinberg,
Gerlacus de Buttingen,
Heinricus de Eberstal,
Albertus de Toswach,
Rudolphus de Haghe,
Eberhartus, Dapifer de Waldberg,
Conradus, Pincerna de Winterstetin,
Eberhartus de Monte, & alii quamplures.

Actum apud Franckovurt anno Domini MCCXLVI.

§. LXXI. Sub *Lidario*, octavo Episcopo Mindensi, subversum incendicitur Collegium *Visbeccense* ab Ungaris AC. DCCCCXXXVI. Utdium.

cunque tamen tunc instauratum permansit annis plurimis, donec proprio incendio periret, tum quoque in cinere fuit, donec à duobus Episcopis (Mindensibus) innovaretur. Apparent stellæ geminæ per diem reconsecrationis, multis videntibus. (s) Chronicon Mindense Mebomianum dicit: (t) anno DCCCCXXXIV. tempore *Ottonis* M. cœnobium hoc esse fundatum, post lapsum verò temporis, AC. MCCXXXIV. per incendium destructum, & post annos viginti (i. e. AC. MCCLIV.) VII. Kal. Jul. à duobus Episcopis reconciliatum. In qua consecrationis die duas stellas lucidas circa meridiem, cunctis videntibus & admirantibus, supra Monasterium cecidisse ferunt. Easdem tibias inflat chronicon Mindense à *Pistorio* editum. (u)

confirmatio privileg. 1255.

§. LXXII. AC. MCCLV. *Wilhelmus*, Romanorum Rex, promittit Monasterio *Visbeccensi* omnes & singulas libertates, immunitates, exemtiones, jura & privilegia ab Imperatoribus, seu Regibus Romanis, vel Principibus olim data, illæsa & sancta inviolabiliter observare, secundùm tenorem ipsius chartæ.

Wilh. Rom. Reg.

WILHELMUS, Dei gratiâ Romanorum Rex & semper Augustus, Universis Imperii, reliquisque Christi fidelibus, has literas inspecturis, gratiam suam & omne bonum. Ad utriusque vitæ felicitatem prodesse nobis non ambigimus, si libertatibus Ecclesiarum, personarumque in eisdem Altissimo Domino famulantium, intendere curabimus cum effectu, easque ab injuriis & oppressionibus inlicitis relevamus. Quapropter Universis significandum duximus, tàm præsentibus, quàm futuris, quòd Nos Prædecessorum Nostrorum, Divorum Imperatorum Regumque Romanorum, piis vestigiis inhærentes, Ecclesiæ in *Visbek* promittimus, & promisisse tenore præsentium literarum confitemur, ut omnes & singulas libertates, immunitates, exemtiones, jura & privilegia, quotquot ab Imperatoribus & Regibus Romanis, aut aliis Principibus, à condita Seculari ista Ecclesia, data sunt, Nos illæsa & inconcussa inviolabiliter observare velimus. Mandamus igitur, Regiâ auctoritate firmiter præcipientes, ut nullus sit, qui hanc nostram gratiam ipsi Ecclesiæ in *Visbek* factam infrin-

(s) Kranz. L. III. Metr. c. 24. (t) p. 561. (u) p. 726.

fringere audeat, seu ei ausu temerario contraire. Quod si quis autem facere præsumpserit, indignationem tremendi Judicis, nostræque Regiæ Celsitudinis gravem offensam se noverit incurrisse. Ad hujus promissionis Nostræ memoriam evidentem, præsentes literas conscribi, & Majestatis Nostræ sigillo fecimus communiri. Datum apud Spiram Anno Domini MCCLV. XIII. Kal. Mart. Indict. XIII.

Eôdem ferè tempore, & côdem loco, ab Eodem *Wilhelmo* similis confirmatio data est cœnobio *Maulbronnensi*, Cistercienſis Ordinis, ideò quoque ejusdem tenoris. (w)

§. LXXIII. Dederat in vicinia Episcopus Ministeriali suo AC. MCCLVII. pro meritis suis, præter Capituli consensum & voluntatem, bona quædam in feudum, quæ retractare & Ecclesiæ servare cogebatur, cùm contra sententiam Regis *Wilhelmi* erat in *Egmond* nuper prolatam. *Egmunda* Benedictini Ordinis in Hollandia opulentissimum cœnobium Diœcesi. olim Trajectensis, postea Harlemiensis, fundatum à *Theodorico* V. Comite Hollandiæ, anno MLXXXIII. Unitum fuit Congregationi Bursfeldensi anno MCCCCXCI. floruitque adhuc anno MDLXIV. à confœderatis postea eversum. (x)

bona Ecclesiæ sine consensu alii data 1257.

In hoc cœnobio mândarat *Wilhelmus*, quod, Abbas, S. R. I. Princeps, bona & feuda Monasterii sui, sine consensu Capituli, nec vendere, aut alienare, vel distrahere, seu donare queat aliis, uti ex subjuncta charta liquidiùs patet.

charta Wilh. Rom. Reg.

WILHELMUS, Dei gratiâ Romanorum Rex semper Augustus, universis sacri Imperii fidelibus, præsentes literas inspecturis, gratiam suam & omne bonum. Ad notitiam universorum volumus pervenire, quòd Nobis nuper apud Monasterium *Egmundense* pro tribunali sedentibus requisitum fuerit in judicio, coram Nobis per sententiam diffiniri, *utrum aliquis Abbas, Princeps Imperii, bona & feuda Monasterii sui, sine consensu Capituli sui, vendere valeat, alienare, distrahere, vel donare?* ad quod responsum fuit in nostra præsentia sententialiter judicatum, quòd nec vendere, vel alienare, aut distrahere, seu donare possit aliqua feuda, vel bona sui Mona-

(w) vid. Document. rediv. Monast. præcipuor. in Ducatu Würtenberg. edit. Tubing, 1636. p. 804. (x) Bucelin. l. c. p. 28. a.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [403] - 79

Monasterii, non requisito consensu nostro & Capituli, & obtento. Unde cùm sit id juri consonum, & consentaneum rationi, Nos sententiam istam ratam & gratam habentes, auctoritate Regalis culminis confirmamus eandem & ab universis ac singulis mandamus ipsam inviolabiliter observari. Si contrà factum fuerit, ex nunc decernentes irritum & inane, nec alicujus habere roboris firmitatem. Dat. apud Monasterium Egmundense VI. Kal. August. Indict. XIII. Anno Domini MCCLV.

Obligâsse videtur hoc mandatum *Wilhelminum* non tantùm *Abbates*, sed etiam *Episcopos*, ut ex fragmento nostro patet.

Barthold. C. de Eschkenbac. 1263.

§. LXXIV. AC. MCCLXIII. *Barthold. C. de Eschkenbac*, propter improvisum homicidium, non ex intentione factum, aliquot septimanas apud nos delituit. Num iste *Bartholdus* (Gertholdus) Comes de *Eschenboch* fuerit, quem in reversalibus *Godfridi*, Comitis de Sayn, testes inter anno MCCLXXIII. reperi, pro certo vix dicere ausim. Interim, si quid monere valeant istæ reversales, vide eas apud Freherum in Orig. Palatin. (x)

Vita & miracula S. Remberti 1271.

§. LXXV. AC. MCCLXXI. Soror *Sibylla* vitam S. *Remberti* rhythmicè composuit, & miracula ejus, cumprimis victoriam divinam contra Fresones in *Nortwych*, ex *Bavone* Abbate. *Bovo*, non *Bavo*, aut *Bono*, vel *Bonno*, hujus nominis I. at sextus Corbeiæ Saxonicæ Abbas, erat, juxta veterem membranam, *diligens seculi sui Actuarius*, cujus quoque meminit *M. Adam. Bremensis.* (y) Sic autem in Actis sui temporis *Bovo*. *Cum modernis temporibus gravis barbarorum irruptio in omni pene Francorum Regno immaniter debaccharetur, contigit etiam, eos divino judicio ad quendam Fresiæ pagum devolvi, qui in remotis ac mari magno vicinis locis situs est*, Nortwide *hunc appellant, quem subvertere aggressi sunt. Erat enim illic eo tempore Venerabilis Episcopus* Rimbertus: *cujus adhortationibus & doctrinis confortati & instructi Christiani, cum hostibus sunt congressi, & prostraverunt ex eis X. millia* CCCLXXVII. *pluribus insuper, dum fuga præsidium quærunt, in transitu fluviorum necatis. Isibordus ab Amlunxen* (z) ex veterum traditione ita: *Obsederant Normanni in Freisia pagum* Nortewigum, *in quo sanctus noster erat confrater* Rembertus. *Qui à Deo ad pugnam accensus, omnes*

(x) P. II. c. 7. p. 25. (y) L. I. H. E. c. 33. (z) in breviar. rer. memorabil.

omnes Christianos ad certamen animavit & instigavit, ipse interim ad-scendit montem, & flexis genibus manibusque ad cœlum levatis victoriam à Deo petiit. Cæsi sunt Normannorum decem millia, ter centum & septuaginta septem &c. *Hic monticulus*, pergit idem, *oratorium S. Remberti, etiam* asperrimâ hyeme gramine suo *elegantissimè luxuriavit: & in saxo, super quod inter orandum Vir Dei fessas posuerat manus* imago *earum*, velut ceræ impressa, *conspecta est.* Citat præterea antiquos Annales Corbeienses, in Bibliotheca Monasterii servatos, qui omnes abiêre in fumum. Eruditus *Boxhornius* in apologia, quam pro *navigationibus Hollandorum* scripsit, *Frisiorum* nomine qui instructo navigio Orcades & Islandiam lustrabant, (a) *Hollandos* communiter intelligit. Sed addit Adamus: *omnipotenti Deo & S. Confessori* Willehado, *eos suam commendâsse audaciam & viam.* Reduces postea pervenisse Bremam, ubi *Alebrando* Pontifici ex ordine cuncta narrantes, pio Christo & Confessori ejus *Willehado reversionis & salutis suæ hostias* immolârunt. Si *Hollandi*, seu *Westfrisii* fuissent, Trajectensem potius Episcopum petiissent, votis S. *Willebrordo* solutis. Ut enim hic *West-Frisiorum* Patronus erat: ita *Willehadus* Ost-Frisiorum Numen Tutelare fuit. *Boxhornius* tamen in suo pergens errore, citatam de Normannis victoriam *Hollandis* suis affingit. Quis verò crediderit, S. *Rembertum*, Bremensem Archi-Episcopum, tunc per *Trajectensem* Diœcesin oberrâsse, neglectâ suâ provincia? Et quâ fide *Boxhornius* pro *Nortevvigo*, seu *Nortvvych*, vel *Nortvvide* substituit *Nordvvicum*? Certè nullum aliud significari oppidum, quàm *Nordam* in Frisia Orientali, liquet ex historia Archi-Episcoporum Bremensium à *Lindenbrogio* edita, ubi in vita S. *Remberti* disertè legitur vox *Norden*, quem pagum Bremensis Diœces. jam olim fuisse, habetur in scholiis antiquis ad *Adamum*, portu insigni olim clarum: quô cùm careat *Nordvvicum*, Hollandiæ vicus, appellendis navibus ineptum est (b) *Henric. Wolterus* in *chron. Bremensi* (c) rem hanc enarraturus, *Nordæ* quoque meminit. Post mortem verò *Ludovici* Cæsaris, temporibus ejus gentes barbarorum cum Duce Normannorum vastant totam *Saxoniam* & *Westvaliam*, & omnes partes *Rheni* usque in *Frisiam*, ubi omnes, orante S. *Rimberto* elevatis manibus, sunt devicti. Quorum Dux & Princeps erat *Ortvvich*, & meritis S. *Remberti* unâ horâ de barbaris prostrati fuêre X. millia armatorum, CCCLXXVII. gentilium & barbarorum in uno loco: alii autem per se necati, alii verò propè eundem

error Boxhornii

(a) Adam. L. IV. c. 247. (b) conf. Conring. exercit. de urbibus. th. 89. (c) à Meibom. edit. T. II. p. 26.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [405] - 81

locum, scilicet *NORDA*, profugi facti in mare se præcipitaverunt, & dignam receperunt, dante Deo & oratione S. *Reimberti*, mercedem & vindictam.

morbi solo contactu curati 1282.

§. LXXVI. AC. MCCLXXXII. *Michael Schvvegler* veneficus combustus est cum luctu multorum hominum in vicinia, quos in difficilimis morbis *solo tactu baculi* sæpius curaverat, sine internis medicamentis. Attulerat baculum istum ex chorea solemni veneficarum, traditum sibi à *Patrono* suo cacodæmone. Sic enim oportebat eum vocare. Nemini nocebat, erga quemlibet officiosus, pactum tamen cum satana fecerat, ob summam paupertatem, uti confessus est. *Borellus* (d) novam & insolitam *fracturarum*, *contusionum*, & *hæmorrhagiarum* curam *solo baculi contactu* factam, & vel millies probatam, refert. *Justus Lagneus*, Medicus non obscurus, ait, se innumeros *baculorum* suorum solâ frictione curâsse, semetque ipsum à *brachii fractura* à currus rota absque ullo remedio liberâsse. Sunt isti *baculi magici*, seu *constellati*, qui ad certam astrorum dispositionem resecantur, unde vires earum promanare dixit. Scilicet *coryli* virgultum, ab internodio uno ad aliud, digiti minimi ad minus crassitiem æquans, idque Sole in *arietis* signum ingressum faciente, *unico ictu* secetur, & cera hispanica utrinque sigilletur, ne vires ac spiritus emittat. Sicque servetur ad usum: fracturas autem, præcipuè luxationes cum contusione, baculo illo aliquoties perfrica, & sufficiet, sicque ait quasi incantamento curari. Vide quid de *corylo* dicetur §. 99. Idem Medicus alium *baculum* eôdem modo parat ex *fraxino*, cùm *Sol* & *Luna* in *ariete* conjunguntur & solâ ejus admotione omnes sedat *hæmorrhagias*. Schwegleri autem baculus ex hoc fasciculo non erat.

Catharina Abbatissa, 1287.

§. LXXVII. AC MCCLXXXVII. Commendant variæ schedæ *Catharinam* quandam ceu *Religiosam*, *benignam* & *prudentem* Matrem, quæ suis præfulsit *vitâ*, *moribus* & *doctrina*: quæque providè semper egit in *spiritualibus* & *temporalibus*. Nescio autem, an tunc præfuerit *Keminadensi* vel *Visbeccensi* Congregationi. Si tamen circumstantias aliquas expendam, placet conjecturæ meæ posterior, licèt certò non dixerim, interea veniam mihi polliceor à cordato Lectore, sicubi lapsus fuero in tenebris errans. *Si contigerit tibi* (est pium monitum Pergameni nostri, (e)) *acutiùs videre, ducas, quaso, manu me ad eandem contemplationem & cognitionem, cùm visus mihi sit hebetior. Hoc enim est* Præceptoris *officium.*

§. LXXVIII.

(d) L. III. observat. 77. & 78. (e) de opt. dicendi genere c. f.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [406] - 82

§. LXXVIII. AC. MCCXCI, *Bruno* Presbyter, dum Dominica *Exaudi* caneret Missam coram altari, dictis verbis, *SURSUM CORDA!* corruit & moritur in ictu oculi. *Cunrad de Rostorp*, Canonicus Majoris Ecclesiæ in Minden, pro privata pœnitentia, quæ magna devotio erat, ad limina Apostolorum abiit per pedes, & maximam viam nudis pedibus. O sanctum iter, si piâ intentione rectè instituatur. Multi quidem longiùs currunt, sed currunt postea cum sue ad volutabrum. Nisi constans permanseris in piis actionibus, nihil merebis. Corona gloriæ non datur nisi *Vincenti & constanti*. Bruno Presbyt. Conr. de Rostorp.

§. LXXIX. AC. MCCXCVI. Pro larga messe positum est novum altare in honorem Dei & S. *Jacobi*. Mirabilis pugna fuit per totam horam in festo S. *Luca* Evangelistæ inter *gallinas & corvos* undiquaque advolantes, & qs. in certamen provocantes gallinas. Quæ verò conjuncto agmine invadebant rapaces volucres. Duobus autem necatis, cum terribili crocitatione reliqui victi corvi avolârunt, galli verò nostri simul quasi cantabant sibi triumsum cum applausu. Quæ res ominosa erat & jucunda visio. Repete sis memorabilem *ciconiarum* pugnam Cruciburgi factam anno MCCCLV. (f) larga messis, 1296. pugna gallinarum cum corvis.

§. LXXX. AC. MCCXCIX. Oberrabat per Diœcesin Vir à nativitate cœcus, qui hoc singulare habebat, quoties *templum* fornicatum intrabat, statim concidit *epilepticus*, aliàs sanus & robustæ naturæ. Dicunt, malum hoc contraxisse ex terrore matris. Quæ dum gravida, & in templo esset, & Pastor iracundus ob scandalosa hominum vitia suggestum ambabus manibus percuteret, in tantum perterrita fuit, ut dici non possit. Mater mea gravida, ait *Lyndenius*, cùm fortè in promeridiana concione dormitaret, & ad executiendum auditoribus soporem, qui erat à concione magna vehementia percusso suggestu intonaret, illa velut tonitru excitata percellebatur tanto pavore, horrore, tremore, ut è vestigio vincula lumborum ejus solverentur, genua inter se colliderent, uterus sua claustra reseraret, ac vix domum delata quadrimestrem fœtum abortiret, cum tanta sanguinis profusione, ut longo tempore vires resumere non posset. Hinc utero fuit obortæ imbecillitas tàm magna, ut fetui deinde continendo prorsus esset ineptus. Nam post illum diem *novies* abortiit, bis peperit, neutrum vitalem. Sic Dn. *van der Linden*. (g) epilepsia semper in templo. 1299.

§. LXXXI. AC. MCCCVIII. tres mansi in campo *Poldensi ad manus mortuas* Monasterii pervenerunt, ex libertate *Brunonis Vrenck* Militis manus mortua. 1308.

(f) in Syntagm. m. rer. & antiquit. Germ. p. 305. (g) Med. Physiolog. c. 15. & 30. p. m. 696.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [407] - 83

Militis. De *manu mortua* vide sis chronicon Monasterii *Otbergensis*. (h) Ex Autore chronici magni Belgici, ex ignorantia rei scribente, quòd si homo proprius moriens nihil suum relinqueret, unde mortuarium illud Dominus posset obtinere, manum dextram eidem amputatam Dominoque oblatam fuisse, & inde nomen *manus mortuæ* traxisse originem; ex hoc, inquam, Autore *Schottelius* (i) ita: Dieses Recht/ manus mortua, wird in alten Schrifften auch genandt/ nemlich wann ein leibeigner Mann verstorben/ und nichts verlassen zum Haupt-Recht/ hat man ihm die rechte Hand abgehauen/ und solche dem Herrn geliefert. Eadem refert *Strauch*, (k) rectiùs verò *Knorrius* in sua disp. inaugural. de *Manu mortua*, habit. Helmstad. sub umbone Exc. D. D. *Eisenhart*. anno 1693. quæ omninò legi meretur. De Nobilibus *Frenckius* verò videatur *Letzner*. (l)

Jutta facit Sophiam consororem, 1316.

§. LXXXII. AC. MCCCXIX. *Jutta*, Abbatissa Quedlinburgensis, *Sophiam* cum tota Consecratione consorores suas fecit, omniumque bonorum operum participes. Chartam adjungo, ne quid neglexisse videar.

Omnibus & singulis Christi fidelibus ad quos præsens pervenerit scriptum, JUTTA, D. G. Abbatissa Secularis Ecclesiæ *Quedlinehorgensis*, salutem in Domino sempiternam. Quandoquidem singula pietatis opera in sui participatione non minuuntur, sed fructus eorum & effectus integer ac validus in singulis reperitur. Hinc est, quod Universitati vestræ notum esse volumus, quòd quædam sancta unio inter Nos Nostrumque Capitulum, & Devotam Abbatissam Dominam *Sophiam* in *Visbick*, Ejusque Conventum, seu Congregationem, taliter est ordinata, quòd Eas Earumque posteras, nostros & simul participes esse volumus omnium ac singulorum bonorum operum, quæ in nostra Ecclesia fiunt, & deinceps divinâ clementiâ Domini nostri JEsu Christi fient, in vigiliis, Missis, jejuniis, meditationibus, precibus, eleemosynis, & aliis piis operibus, ad præsentis vitæ subsidium pariter & futuræ. Ita Nos, & qui Nobis succedunt in perpetuum, consorores sumus, & erimus earum,

(h) l. c. p. 203. (i) de singul. & antiq. Germ. jutib. c. 2. num. 17. (k) in dissert. de Metropoli Byreto c. 2. §. 27. (l) in hist. Ludov. Pii c. 45.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [408] - 84

tum, & participes erimus omnium ac singulorum bonorum operum in vita pariter ac morte, quæ ab ipsis fiunt & fient in perpetuum in laudem & gloriam Domini nostri JEsu Christi. In quorum omnium evidens testimonium sigillum Capituli nostri præsentibus est appensum. Anno Domini MCCCXIX. in die S. Margarethæ.

§. LXXXIII AC. MCCCXX. Regiam planè sortem censet fragmentum, labori sum esse, suisque rebus contentum, & Deo vivere. Quod sane Abbatissa probè notavit, pro symbolo qs. habens: Vergnögt het opgesögt. Imitatrix istius Regis, quem etiam rapa satiabat *Rudolfus* I. Augustissimæ familiæ Hasburgi-Austriacæ Conditor & Propagator faustissimus, cum in obsidione penuriâ rerum milites laborarent, ipse in agrum *rapis* consitum se contulit, extractasque comedit. Quod ut alii viderunt, idem fecêre. (m) Addo ex *Joann. Viti Durant.* chron ab Excell Dn. *Leibnizio* nuper edito, (n) aliam historiam. Cum idem vicum civitatis Basileensis pertransiret, cerdonem illîc videret cuti, rudi ac fœtidæ super lignum extensæ assistentem, dixit ei: *ô quam dulce & suave est habere centum marcarum reditus, & insuper formosam uxorem.* Respondit cerdo: *ambo in plena possessione habeo.* Ad quam responsionem Rex cum vehementi admiratione subjunxit: *& ego quam citò in hospitio meo de equo descendero, rediturus ad te hæc videbo.* Interim, abjectis & exutis vestimentis suis sordidis, cerdo induit vestes decentes, & splendidas, & decoras, quibus amiciri festivis diebus solitus erat, nec non consortem suam idem facere jubebat, mensam quoque poni præcepit solenniter, & desuper in scyphis & aliis vasis argenteis & aureis vinum nobilissimum copiosè infundi, & de cibis delicatis & exquisitis apparatum magnum super mensam fecit præsentari, & Matronam suam pulcherrimam, indutam purpurâ & byssо, atque cultu muliebri accuratissimè ornatam in capite mensæ locari. His factis expeditus, sicut promiserat, advenit, & videns singula admirans nimis credidit, & non parùm magnifecit. Cùm verò Rex omnia perspexisset, & sibi placuisset, & cerdo ædificia sua & divitia non visas Regi declarasset, subintulit iste: *cum his omnibus abundes, cur tam fœtulentum exercitium non relinquis?* qui ait, *quamvis his affluam, tamen sicut, cùm me præteristis, Vobis dixi, non minùs artis meæ officium fœdum & contemtibile exerceo, ne divitiæ meæ decrescant, sed potius augeantur, quod per otium & vacationem notabile*

ἀυτάρκεια. 1320. Rudolfi I. Imp. & cerdonis

(m) Winckelman in Cæsareol. p. 89. (n) p. 28.

ſtatim paterentur decrementum, vel paulatim penitus abſumerentur. Quod audiens Rex approbavit, & conſorti ſuæ eximia & pretioſa tribuens receſſit.

Luchart. de Schonborg 1322.

§. LXXXIV. AC. MCCCXXII *Luchartis* de *Schonborg* multas nobiles recepit puellas, ut Congregatio valdè augeretur. An *Schaumburgica* vel *Schoenburgica* iſta *Ludgardis*, hujus nominis ſecunda, fuerit, dubium eſt. Placet mihi tamen prius. Prima hæc eſt, quæ ſe (quod ego ſcio) *Dei gratiâ* Abbatiſſam vocavit. Quod idem feciſſe leguntur *Ludgardis* III. *Rotſchvvid*, *Adelheidis* II. & *Maria* de *Zerzen*. De ceteris mihi non conſtat. Quæritur: num Abbas vel Abbatiſſa rectius utatur titulo: Von Gottes Verhängnüß an verò von Gottes Gnaden? *Joann. Volck. Becman* (o) illud, *Nic. Myler* (p) hoc mavult. Ille ad diſſita tempora reſpicit. Hic ad mutata adſiti ævi tempora, in quibus Prælati & Prælatæ integra territoria cum jurisdictione obtinuêre. Ceterum legi merentur de tit: Nos DEI GRATIA, elegantes diſſertationes *Hagelganſiorum*. (q)

dubium,

Luchardis 1327.

§. LXXXV. AC. MCCCXXVII. *Luchartis*, Generoſa Mater, Eccleſiæ comparavit octo manſos, & quatuor hortos, cum inſigni molendino. Semper habebat pecuniam in promtu ad uſum Eccleſiæ. Tenax erat ſed liberalis tamen, quæ dare & accipere poterat ſuo tempore & loco. Hinc etiam vulgariter dixerunt: Vrow Luchert/ gifft und wuchert. Ipſa ſæpius dicebat: *cui libentius quid dabo, quam Patri & Matri meæ*, Deo ſcilicet & Eccleſiæ?

duo manſi dati, 1333.

§. LXXXVI. AC. MCCCXXXIII. Cùm *Herimannus de Brackle* cum *Bernardo*, Epiſcopo Patherbornenſi, tranſigere vellet ratione caſtri in *Beveringen*, fuit apud ſororem ſuam *Mechtildim* in Visbek, & promiſit Eccleſiæ, pro annua memoria duos manſos, unum in *Dringenberg* & unum in *Warberg*. Quæ de transactione caſtri *Beverungenſis* commemorantur, diſtinctiùs ex ipſa charta petenda, quam ideo ſubjiciam.

charta Bernh. Epiſc. Padeb.

IN nomine Domini Amen. Univerſis Chriſti fidelibus tàm præſentibus, quàm futuris, Nos BERNARDUS, Dei Gratiâ Paderbornenſis Eccleſiæ Epiſcopus, notum eſſe volumus, præſentibus publicè proteſtando, quòd ſuper ſtatu munitionis in Beverungen, videlicet caſtri per Nos noviter conſtructi, ſubur-

bii

(o) exoter. exercit. 2. n. 49. (p) in tr. de Princ. & Stat. Imp. P. I. c. 30. §. 6.
(q) Lips. 1677.

bii & oppidi adhuc conſtruendi, cum Honeſto Milite *Hermande* de *Brakle*, & ſuis hæredibus, de conſilio amicorum noſtrorum hinc inde, nec non approbatione, voluntate & conſenſu Venerabilis Domini Robberti, Abbatis Eccleſiæ Corbejenſis, ac Honorabilium Virorum Dominorum, Præpoſiti, Decani & Capituli noſtri Paderbornenſis, ac Præpoſiti, Prioris, & Conventualium dictæ Corbejenſis Eccleſiarum, concordavimus in hunc modum. Videlicet quòd quartam partem caſtri ejusdem jam conſtructi in parte aquilonari juxta portam, & quartam partem ſuburbii cum ſuis juribus, & tertiam partem oppidi adhuc ibidem per Nos conſtruendi, dimiſimus, donavimus, & aſſignavimus & tradidimus, dimittimus, donamus, aſſignamus & tradimus per præſens Eidem *Hermanno* Militi, & ſuis hæredibus, unà cum tertia parte judiciorum ſecularium quorumcunque, nec non redituum, obventionum, jurium, & pertinentiarum earundem partium, infra ipſum oppidum, quocunque modo provenientium, unà cum vectura, ſeu vectigaliis, & ponte, adhuc communibus partium expenſis conſtruendo, trans fluvium *Wieſere*, & eorum emolumentis ac fructibus hereditariè & perpetuè poſſidenda, ita tamen, quod easdem partes caſtri, ſuburbii, oppidi & pertinentiarum, earum, à Nobis, & ab Abbate Eccleſiæ Corbejenſis, & à Noſtris, & ſuis Succeſſoribus, idem *Hermannus* Miles, & ſui hæredes, ſecundùm jus & conſuetudinem Eccleſiarum noſtrarum prædictarum, unà cum medietate officii, ſeu villicationis in *Beverungen*, ſalvâ nihilominus penſione, Nobis, Abbati, & Eccleſiis noſtris, de eadem medietate ſolvenda in feudo recipere teneatur. Molendinum tamen unum primò reædificandum cum communibus expenſis noſtris, Abbatis pro medietate, & ſuis videlicet *Hermanni*, Militis, & hæredum Ejus, pro alia medietate, in loco, ubi primùm ſitum fuerat, Idem *Hermannus* Miles & ſui hæredes pro medietate retinebunt, alia medietate apud Nos, Abbatem, & Eccleſias noſtras remanente, in aliis molen-

molendinis similiter pro rata portionum, communibus partium expensis construendis ibidem, quæ tamen sine præjudicio primi molendini, ita quod per nimiam inundantiam, vel infra ipsum oppidum molendinum per aquæ ductus obstructionem non lædatur, construi sine contradictione poterunt & debebunt, nos & Abbas duas partes, & *Hermannus* Miles, & sui hæredes, tertiam partem, prout in aliis juribus & obventionibus oppidi habebimus, & habebunt. Item oppido prædicto ibidem, & adjutori Abbatis, proportione sua, & dicti *Hermanni* Militis cum amicis suis oppidanis, & ditionibus pro posse suo constructo, & introitu plantis munito, & serato *Hermannus* Miles & sui hæredes, expensas pro communi munimento & firmatione tàm oppidi, castri, & suburbii, jam & pro tempore necessarias, pro præsentibus suis sine difficultate & desidia differendi, exclusis dolo & fraude, facere tenebuntur, hominum etiam subsidium in hujusmodi & pontis structuris, prout cuilibet nostrum facultas suppetit secundùm obtinentiam, sine dolo & fraude faciemus. Nos tamen murum circa castrum tantùm perficiemus, nostrum solùm laboribus, sumptibus & expensis, & ad præmissa facienda ligna resecandi, lapides frangendi, in silvis & rupibus vicinis, singuli in singulos nostris specialibus & communibus habebimus facultatem. Quilibet etiam nostrum inter partes prædictas aream, ad allodium liberam ab omni onere & servitio municipali exemtam, in dicto oppido retinebit, & hæredibus, in eisdem areis jus habentibus, de aliis areis nostris infrà oppidum recompensam communiter faciemus. Similiter Plebano in *Beverungen* communiter restauram ordinabimus infra oppidum de dote, in qua castrum dignoscitur esse constructum & fundatum. Quilibet etiam Nostrûm in fundo & area, sibi in castro eodem cedente, ædificia erigere, construere, & ea munire poterit, prout noverit sibi expedire. Præterea bona, agros, & jura alia, ad villicationem *Beverungen* pertinentia, extra ipsum oppidum sita, unà cum litonibus,

& man-

& mancipiis ipsius villicationis, in oppido aut extra ubilibet constitutis, Nos dictus Dominus Abbas & Ecclesia nostra pro medietate, & *Hermannus* Miles, & sui hæredes, pro alia medietate retinebimus & retinebunt, pensionibus tamen de eadem medietate villicationis & officii *Beverungen*, per *Hermannum* Militem & hæredes suos, Nobis, Abbati & Ecclesiis nostris exsolvendis, ut prænarratum exstitit, & juribus aliis tamen salvis. Insuper Nos Episcopus & Abbas prædicti pro Nobis, Successoribus, & nostris, Paderbornensi & Corbejensi, Ecclesiis prædictis, facimus, ordinamus, & fide data promittimus per præsentes, Eidem *Hermanno* Militi, & suis hæredibus, veram & perfectam, & irrevocabilem castri custodiam, quæ vulgariter **ein Reich Borchfrede / und ein Reich Borchhude** dicitur, perpetuè duraturam. Quæ custodia castri ad extrema tantùm fossata & propugnacula (quæ *Schlagæ* dicuntur) ipsius munitionis castri, suburbii & oppidi extendatur; Et quàmdiu dictum oppidum constructum non existit, infra fossata *Beverungen* extendi debet castri custodia suprà dicta; quam castri custodiam idem *Hermannus* Miles, filii & hæredes sui Nobis, Episcopo & Abbati, Nostris Successoribus, & Ecclesiis fide data vice versa promiserunt perpetuè, & inviolabiliter servaturam; & confirmavimus eam, mutuò corporaliter præstitis juramentis. Et ad majorem cautelam dicti Miles & hæredes sui, Nobis & Ecclesiis nostris etiam sex fidejussores constituerunt, & Nos pro Nobis, Successoribus, & Ecclesiis nostris similiter quilibet partium eîs è converso sex fidejussores nostros constituimus, qui fide datâ promiserunt, omnem defectum circa eandem castri custodiam cadentem, quod absit, redintegrare per omnia, & supplere, ita videlicet, quod fidejussores pro parte illius, qui pro violatione impeditus fuerit, constituti, pro defectu seu violatione aliqua moniti, à tempore monitionis infra quindenam oppidum *Brakle* intrabunt, obstagium servaturi, nec inde recessuri, nisi talis defectus suppletus fuerit, prout circa

violationem custodiæ castri jus exigit & requirit, vel nisi eorum exitus de alterius partis beneplacito fuerit & consensu, quorum si unus decesserit, alium æquè bonum in locum decedentis infra mensem, à tempore requisitionis, pars alia, quæ eum constituerat, subrogare debebit, alias superstites locum eundem, scilicet oppidum *Brakle*, intrabunt, more fidejussorum obstagium servaturi, nec inde recessuri, donec is, qui subrogandus fuerit, subrogetur. Condictum est etiam inter Nos, quòd si quis Nostrum pro violatione custodiæ castri præmissa, fidejussores partis alterius Nostrûm impeteret, vel moneret, & ad obstagium arctaret, & si comperiretur, ipsos indebitè monitos, & sine rationabili causa fuisse, extunc expensas moderatas, quas fidejussores illos consumpsisse constiterit, in obstagio talis monitor solvere tenebitur, & partem monitam ab expensis hujus relevare. Castrenses etiam vigiles, Portarii, ceterique castri custodes, nec non oppidani, fidelitatem, quæ Huldinge dicitur, promittent & jurabunt, & fideliter observabunt, unicuique Nostrum ad jus suum. Quilibet etiam Nostrûm suis castrensibus de peculio castrensi, quod Borchlehn dicitur, pro se providebit, vigilibus verò, Portariis, & aliis custodibus pro communi castri custodia necessariis, de expensis pro portione suæ partis quilibet nostrûm tenebitur providere. Qui nihilominus Castrenses unà cum Officiatis instituendis sub juramento fidelitatis suæ præstando comprehendent, & expresse servabunt ordinationem præsentem, per eos debere servari & Successores tàm nostros, quàm *Hermanni* Militis, ad jura munitionis ipsius non admittere, nisi eidem Successores, Nostri, & Abbatis, *Hermanni* Militis, saltem præmissis suis & juramentis, dicti castri custodiam & ordinationem præsentem innovando roborent & confirment, & ad ampliorem præmissorum observationem officiati nostri & castrenses inter se mutuam castri custodiam ordinabunt. Præterea nullus nostrûm Principem seu Dominum terræ, ad guerram, seu insolentiam de eadem muni-

tione

tione exercenda receptabit, nisi de alterius beneplacito fuerit & consensu; poterit tamen quilibet Nostrûm causas suas, & suorum subditorum contra alios prosequi, de eadem & ex tunc vocare, assumere & receptare ad eandem munitionem poterit Principes & Dominos, seu alios in adjutorium, sine alterius præjudicio atque damno. Addicitur etiam, si nos invicem, quod absit, in futurum guerrare contigerit, ex tunc nullus Nostrum alteri de eodem castro, vel munitione, quicquam siniſtri, vel periculi, irrogare poterit, vel debebit. Munitio etiam ipsa cum suis appenditiis, & attingentiis, in pace & tranquillitate à Nobis servabitur utrobique. Item nullus Nostrûm Officiatum instituet, seu præficiet munitioni illi, qui sit alterius Nostrûm notorius inimicus. Item spatium in medio castri & suburbii pro communi utilitate partis cujuslibet relinquetur. Item nullus Nostrûm partem suam munitionis prædictæ videlicet castri, suburbii & oppidi, alii, vel aliis vendere, obligare, locare, seu quovis alio titulo alienare poterit, vel debebit, nisi inter Nos una partium alteri, vel nisi fuerit de alterius partis beneplacito & consensu. Si tamen *Hermannum* Militem, & hæredes suos supràdictos, partes suas in eisdem munitionibus, urgente forsan necessitate, vendere, vel obligare, quod absit, oporteret, id Nobis Episcopo, Abbati, Successoribus & Ecclesiis Nostris significabunt & præintimabunt, & ad comparandum Nobis easdem partes, pro eadem summa, quâ alii eas comparare possent & deberent, dolo & fraude in his exclusis, notoriè inhibebunt, & ex tunc super emtione per sex menses, super obligatione verò per tres menses deliberare poterimus, quid in hujus contractibus Nobis expediet faciendum, quibus terminis elapsis nostram eis super præmissis explicabimus finaliter voluntatem. Et si in obligationis contractu procedere voluerimus, hujusmodi pretii summam eis pagabimus infra tres menses alios continuè subsequentes. Quod si non fecerimus, vel facere recusaverimus, ex tunc partes easdem munitionis non Principibus,

seu terrarum Dominis, sed aliis fide dignis, sub simili castri custodia, quam cum Eodem *Hermanno* Milite, & suis hæredibus, habuimus, Nobis, Nostris Successoribus, & Ecclesiis, cum cautione desuper per Eos Nobis & Ecclesiis nostris prius facienda, licitè poterunt obligare, ita tamen, quod dum Nos, Successores Nostri, aut altera Ecclesiarum nostrarum prædictarum summam talem pagaverimus, pro qua aliis obligata fore dignoscitur, partes munitionis easdem redimere valeamus ab ipsis, & in pignore retinere, quousque per ipsum *Hermannum* Militem, & hæredes suos redimantur. Si verò in emtionis contractu concordaverimus, cum eisdem deliberatione habita infrà sex menses, ùt est dictum, ex tunc talis contractus pretium infra sex menses, post alios priores continuè sequentes, pagabimus, nisi aliud in amicitia eorum fuerit ordinatum. Quod si non fecerimus, vel, responso nostro habito, facere recusaverimus, ex tunc dictas partes munitionis, cum eorum juribus & pertinentiis, non Principibus, seu terrarum Dominis, sed aliis fide dignis, de Nostrorum, Episcopi, Abbatis, & Successorum nostrorum scitu & notitia vendere poterunt sub simili jure & forma, castri custodia & cautione, ita quod Nobis Episcopo, Abbati, & Successoribus, & Ecclesiis nostris, prout cum *Hermanno* Milite & hæredibus suis sæpe dictis, jus nostrum in dicta munitione cum eisdem salvum maneat per omnia & illæsum. Item quilibet nostrûm munitionem eandem pro posse suo fideliter proloqui, & defendere tenebitur, contra ipsius quoslibet invasores. Præterea ad munimenta, quæ Landwehre dicuntur, pro conservatione dictæ munitionis & terræ nostræ effodiendis in locis ad hoc aptis communiter ipsam dabimus, non obstante, si fossata hujus agros alterius nostrûm contingeret, illi tamen, qui per hoc magis læditur & damnificatur, in aliis agris communiter competentem ordinabimus ipsi compensam. Præterea agri & bona alia, extra ipsum oppidum sita, ad villicationem *Beverungen* non pertinentia, quæ *Hermannus* Miles præ-

præfatus in pago vel marca *Beverungen* habere dignoſcitur, ad jura villicationis *Beverungen* trahi non debent, ſed eis jure ſuo frui debebit. Item Caſtrenſes & ſubditi noſtri & Abbatis, & Eccleſiarum noſtrarum, ſimiliter bona hæreditaria habentes, eis uti debebunt jure ſuo, & ſi quis noſtrûm alii inter Nos, vel ſubditis noſtris in bonis talibus, vel aliis bonis noſtris in eodem pago ſituatis, violentiam, ſeu injuriam irrogare, quod abſit, præſumeret, talem injuriam, vel violentiam, ſecundùm jus cuſtodiæ caſtri emendare & ſatisfacere tenebuntur, quilibet Noſtrûm alteri, & ſuper his alterutri reſpondere, actionem tamen quamcunque, quam pro extorquendis penſionibus noſtris ab *Hermanno* Milite, & hæredibus ſuis prædictis, de medietate dictæ villicationis, ſeu officii in *Beverungen*, Nobis Abbati, & Eccleſiis noſtris ſolvendis, Nos Epiſcopus, Abbas, & Noſtri Succeſſores intentare jure poterimus, in ea nolumus vel non debemus præmiſſam caſtri cuſtodiam violâſſe. Item inquilini munitionis ejusdem reliquias S. *Viti*, Martyris glorioſi, cùm ad ipſos more ſolito deportantur, reverenter ſuſcipient & devotè. Hanc igitur ordinationem, & ſingula præmiſſa Nos *Bernardus* Epiſcopus, & *Robbertus* Abbas prædicti, pro Nobis, Succeſſoribus, & Eccleſiis noſtris prædictis, ſalvis tamen penſionibus, & juribus aliis, Nobis & Eccleſiis noſtris, in villicatione ſeu officio prædicto competentibus, promiſimus fide data, & præſentibus promittimus, Eidem *Hermanno* Militi & ſuis hæredibus ac filiis, & ipſi Nobis & Eccleſiis noſtris vice verſa promiſerunt, eam ſub eadem fide in ſingulis ſuis articulis firmiter & fideliter in perpetuum obſervare. Et in teſtimonium eorum & omnium præmiſſorum, Noſtra videlicet *Bernardi*, Epiſcopi Paderbornenſis, *Robberti*, Abbatis Corbejenſis, & Capitulorum noſtrorum prædictorum ſigilla, unà cum ſigillis *Hermanni* Militis antedicti, præſentibus litteris duximus apponenda. Et Nos DEI gratiâ Præpoſitus, Decanus, & Capitulum Paderbor-

bornense, nec non Præpositus, Prior, Conventuales, & Capitulum Corbejense, Ecclesiarum, in signum approbationis, ratihabitionis & consensus nostri circa omnia præmissa, & in testimonium eorum sigilla nostra apponi fecimus huic scripto. Et Nos *Hermannus* de Brakle Miles sæpe dictus, *Albertus*, *Bernardus*, *Wernerus & Hermannus*, Filii nostri, recognoscimus, & præsentibus publicè profitemur in ordinationem præsentem cum dictis Dominis nostris Reverendis, *Bernardo*, Paderbornensis Ecclesiæ, Episcopo, *Robberto*, Abbate Corbejensis Ecclesiæ, & Eorum Successoribus & Ecclesiis de voluntate & consensu *Gislæ* uxoris nostræ, Filiorum, & omnium hæredum & cohæredum nostrorum legitimorum, formaliter concordâsse, & eam debere per Nos, hæredes & posteros nostros fideliter & firmiter in omni sua forma, modis & articulis observari, prout ad id Nos obligavimus sub fidei datione & corporaliter præstitis juramentis. Et pro testimonio & notitia omnium præmissorum sigilla nostra, videlicet *Hermanni* Militis & *Alberti* famuli, filii nostri, pro Nobis & aliis filiis nostris, sigilla non habentibus, & pro omnibus hæredibus & cohæredibus nostris, qui unà nobiscum in præsentem ordinationem expressè & voluntate consenserunt, appositimus huic scripto. Datum Brakle, præsentibus Honorabilibus Viris, Dominis *Engelhardo* in Helvordeshusen, & *Hermanno* in Münstere Abbatibus, *Thiderico* in monasterio montis Martis, & *Arnoldo* in Wilbodessen Præpositis, *Liborio* de Walbecke, Canonico Paderbornensis Ecclesiæ, *Godschalco* de Patberg, *Florekino* de Holthusen, *Hereboldo* de Papenhem, *Wernero* de Brakle, *Friderico* dicto Rateschilt, & *Joanne* dicto *Juden*, Militibus, & *Conrado* de Winthusen, *Hermanno* de Dimele, *Joanne* de Usler, *Gerardo* Solinetore, famulis, & aliis pluribus fide dignis, atque datum Anno Domini Millesimo, tricentesimo trigesimo tertio ipso die Joannis & Pauli Martyrum.

§. LXXXVII.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [418] - 94

§. LXXXVII. AC. MCCCXXXVI. novum altare in dextro latere S. *Catharinæ* datum est à *Catharina* de *Kercborg*, propinqua Domnæ *Luthartis*. Ideo in fenestra adpictum est insigne in forma *æthiopis* mulieris. Luchardis ex *Schaumburgica* Catharina *Kirchbergica* Gente erat. Hujus enim insigne *Maura*, mitram Episcopalem manibus tenens. (r) Si vera foret *Hackii* conjectura, omnes scilicet *Kirchbergicos*, ubi etiam vixerint, à Thuringis nostris descendisse, antiquissimum hoc Eorum insigne cum Eodem & CL. *Meibomio* Seniore (s) defenderem. Sed M. *Adrian Beyer*, Ecclesiastes Jenensis, in Geographo suo Jenensi (t) Comitibus *Kirchbergicis* in Svevia id tribuit, citans Speculum Nobilitatis *Spangenbergii*. (u) Adhuc habent istud *Fuggeri*, ùt Comites *Kirchbergici*. Fusius hac de re disseremus in *Historia* nostra *Kirchbergica* prælo destinata. altare S. Catharinæ 1336.

§. LXXXVIII. AC. MCCCXXXIX. Reor non nemo, *Luchardim Schauenburgicam* vel hoc, aut sequente anno fuisse depositam, qua de re nihil certi asserere possum. Jacet verò Corbeiæ longa descriptio in forma Protocolli, in qua fusissimè narrantur contradictiones & oppositiones contra donationem *Conradinam*, seu potius confirmationem, duorum Monasteriorum *Keminadensis* & *Visbeccensis* motæ ab *Adolfo de Scovvenburg*, ob depositionem Abbatissæ in *Keminaden*, consanguinitate sibi conjunctæ. Hinc fortè error Eruditi Amici. Vidi enim literas anno MCCCXLI. subscriptas ab ea. Imo hoc anno emit Ecclesiæ suæ hortum *Luchardis* nostra. Notanter ergo Imperator in charta sua (w) fatetur, cur contradiderit duo ista Monasteria, (Keminada & Visbick) Corbeiensi vicina, & quòd id fecerit nullo reclamante, nisi *sanctæ regulæ inimicus & pudicitiæ hostis fuerit inventus*. Ex allegata verò descriptione hæc decerpsi. an Luchardis deposita? 1339. Adolf. Schauenb.

Ecclesiæ nostræ Abbatiolas duas *Keminaden*, & ei vicinum *Visbicke* concessit, & per *annulum gemmario lapide condecoratum* ad nos transmisit, & Abbas scriniolo S. *Stephani* inferri præcepit. Posthæc interposito aliquanto temporis interstitio ad indictam diem hæc esse censetur in XIIII. Kal. April. ubi Abbas Franckenevort venit, & agit se in Principum Consistorio, quando & denuo duarum Ecclesiarum illarum aliquotiens prælibatarum facta est huic Ecclesiæ traditio,

(r) vid. Hack. chron. de Templimont. Comit. c. p. (s) in chron. Marienthal. p. 48. (t) c. XII. p. 251. (u) P. II. L. I. c. 33. f. 315. a. (w) §. 49.

tio, aut etiam *confirmatio*. Multi enim Principum ex omni pene orbis plaga confluxerant, ut oportunitas sanè deposcebat. Quippe cum Rex novus eligendus erat. Nam Dominus noster Rex *Cunradus* Hierosolymam iturus obtinuit à Principibus, quatenus eis eligeretur in Regem *Henricus* Filius suus. Utrisque igitur in hac traditione, vel confirmatione, assentientibus, Præsulibus, Abbatibus, Principibus, nec non & cunctis præsentibus Proceribus in his applaudentibus, rata sancitur, sic tamen ordinariè, ut investigaretur publicè à Domino *Burchardo*, Præsule Civitatis Argentinæ, cens. judiciariæ, si possent dari legitimæ cellulæ regales regali & Majori Ecclesiæ, de qua etiam Regnum sumeret nonnulla obsequia, cum & de minoribus propter nominis solam gloriam nulla proveniunt profutura. Assentientibus ergo omnimodo assistentibus universis Primoribus, Domino Argent. Episcopo id judicante, Dominoque *Bernardo* ClareVallensi Abbate id nihilominus suadente, magnificentia signorum tàm latè ipsum notificante & exornante, quod & inconvulsum apud infrà prælibatos Principes, apud Nobiliores tamen, præter *Adulfum de Scovvenburg*, nemo, cui negotium hujus largitatis regiæ offensioni vel contradictioni fuerit.

longævitas à Veronica, 1344.

§. LXXXIX. AC. MCCCXLIV. *Joannes de Lübeln*, Presbyter & Confessarius apud Hameln, anno ætatis suæ XCII. placidè moritur. Nullum unquam amiserat dentem, nullum vitium in visione vel auditu, bene edebat, bene dormiebat, & cuncta sua negotia expediebat promtè. Non ægrotaverat ab infantia sua. Hoc senium, à matre sic edoctus, post gratiam divinam, herbæ *Veronicæ* imputabat, cujus pulvere & decocto certis anni temporibus utebatur, suus ipse Medicus & seplasiarius. Ex antiquo chron. MS. plures sanè virtutes plantis nostris domesticis inesse, quàm vel ex dementia, superbia & ignavia scimus, rerum exoticarum simii, in *Veronica* mea *curiosa*, quam Veneranda Antiquitas speciosè admodum Ehrenpreiß & Grundheyl vocabat, ratione & experientiâ suffultus, latius probabo.

Agnes de Stralick, 1349.

§. XC. AC. MCCCXLIX. *Agneta* de *Stralikhe* multa intulit Ecclesiæ,

Ecclesiæ electa sequente anno Decanissa. Mallem legere *Stalicke*, seu *Staleke*, quæ splendida & prænobilis familia erat. Misit mihi nuper Amicus meditationes, seu conjecturas suas de *Hermanno*, Comite Palatino Rheni, famoso isto cynophoro, quem ex eadem Gente doctè deduxit. Operæ pretium videtur, integram Amici schedam Eruditorum disquisitioni subjicere. Nullus hactenus, quantum scio, è veteribus æquè ac recentioribus exstitit, qui *Hermanni*, Comitis Palatini Rheni, AC. MCLVI. in Comitiis Wormatiensibus ad canem portandum condemnati, de quo *Otto Frisingensis*, (x) *Dodechinus*, (y) *Lehmann*, (z) & alii celeberrimi interim & potentissimi Principis, *cujus, ut Liguinus* ait, *erat tumido tellus circumflua Rheno*, genus, familiam, & Parentes ex Antiquitate Historica eruere potuerit. Licèt autem vera ejus genealogia Parentesque Palatini lateant, certum tamen est, eum, antequam Comes Palatinus Rheni eligeretur, quod factum AC. MCXLIII. Comitem de *Stalicke* fuisse, quod castrum Baccharacense, (oppido enim *Bacharach* impositum est ad sinistram Rheni ripam,) præter *Stalecka*, uti in literis *Henrici* Comitis Palatini Rheni, de anno MCXCVII. apud *Freher.* (a) etiam *Stalekun* dicebatur, ut evidens est ex literis *Conradi*, Comitis Palatini Rheni, datis in castro *Stalekun* anno MCXC. Kal. April quas vid. apud eundem *Freher*, (b) & satis clarè patet ex diplomate *Conradi* III. Imp. dat. Episcopo *Astensi* anno MCXL. cum curia Soldensi apud Vilisburg, (c) ubi testes adducuntur *Ebrardus*, Comes de *Salethbac* (rectiùs *Gebhardus* Comes de *Sultzbach*) & *Hermannus*, Comes de *Stalechur* (rectiùs *Stalechun* seu *Staleckun*,) ùt supra in literis Conradi Palatini. Et literam r. loco n. vitio amanuensium irrepsisse puto. Porrò idem Hermannus, Comes de *Stalecke* (Stalick) fuit, qui anno MCXXXIX. *Ottonem* (Palatinum) Comitem de *Rhinecke* (Rymach) interfecit, de quo vid. *chron. Magn. Belgic.* (d) *Hedam* (e) Andr. du Chesne. (f) Hinc postea, uti videtur, excommunicatus fuit ab Archi Episcopo Treverensi, cujus meminit *chronic. Montis sereni* (g) hoc modo. Anno MCXLV. Conradus III. Imp. natalem Domini celebravit Magdeburgi, & quia in Comitatu suo *Hermannum*, Comitem de *Staleke*, excommunicatum duxit, à Clero regali modo non est susceptus. Porrò *Hermannus* hic semper in plenissima gratia apud Imperatorem perstitit, ita ut etiam ipse

de familia Hermanni Com. Palat. Rhen.

(x) L. II. de reb. gest. Frid. Barbaross. c. 28. (y) append. ad chron. Mar. Scoti sub ann. 1155. (z) chron. Spir. L. V. c. 63. (a) Orig. Palat. P. I. p. 113. (b) l. c. p. 110. (c) vid. Ital. sacr. Ughel. p. 510. (d) p. 166. (e) de Episc. Ultraject. p. m. 308. (f) in hist. Luxemb. p. 44. (g) p. 18.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [421] - 97

Imp. neptem ſuam, ex ſorore *Luitgarde*, uxore *Conradi* Marchionis Miſniæ, *Gertrudem Hermanno* Palatino in uxorem dederit. (h) E quibus evidens eſt, *Hermannum* Palatinum Rheni Comitem de *Stalecke* exſtitiſſe, quos autem qualeſque Parentes & Majores habuerit, hactenus indagare non potui. Errant itaque alii, qui cum *Kranzio* (i) Hermannum noſtrum filium faciunt Landgravii Thuringiæ. Duo enim *Hermanni* in Hiſtoria Landgraviorum occurrunt, quorum alter filius fuit *Ludovici Saltatoris* anno MCXLIII. III. id. Jun. defunctus, alter verò filius *Ludovici* cognomento *Ferrei*, denatus anno MCCXV. Errant & alii cum *Lazio* (k) & *Blarero de Gegersberg*, (l) *Hermannum* noſtrum, neglectâ prorſus temporum ratione, filium ſtatuentes ſuprà dicti *Hermanni* Landgravii Thuringiæ anno MCCXV. defuncti, & quidem ex *Sophia* Palatina. Quantum autem ad Majores *Hermanni* noſtri, de quibus hic quæſtio eſt, placet ſaltem conjecturas quasdam apponere. In Actis Sanctorum *Papenbrochii* ad XXI. Maj. in vita *Ezonis* Palatini mentio fit cujusdam B. *Eberhardi* de *Stalecka*, pediſſequi *Ezonis* Palatini Rheni, qui *Ezo*, ſeu *Erenfridus*, in agro Colonienſi varia loca poſſidebat, cujus Eccleſiæ Colonienſis Vexillifer & Primipilus erat, teſte *Gelenio*. (m) Hinc veroſimile eſt, *Ezonem* Palatinum feuda quædam ab Eccleſia Colonienſi obtinuiſſe, & procul dubio etiam caſtrum illud *Stalecke*, idemque caſtrum in ſubfeudum poſtea conceſſiſſe B. *Eberhardo* de *Stalecke*, pediſſequo ſuo. Caſtrum autem *Stalecke* hactenus â Palatinis poſſeſſum feudum fuiſſe Colonienſe, docent literæ feudales *Philippi* Archi-Epiſcopi Colonienſis apud *Freherum*. (n) Hinc conjicere licet *Hermannum* Palatinum noſtrum, Comitem de *Stalecke*, ex poſteris fuiſſe B. *Eberhardi* de *Stalecka*, pediſſequi *Ezonis* Palatini, cujus vitam Cl. *Papenbrochius* promiſit ad XXX. diem Novembr. Vel ſi ex antiquitate hiſtorica ſufficienter demonſtrari poſſet, caſtrum eodem modo, quo proxime adjacens territorium *Simmerenſe*, uti de hoc docuit *Freher*. (o) ex Topograph Palatinat. voc. *Simere*, (p) antiquitus ad Ducatum Lotharingio-Moſellanicum ſpectâſſe, haud leve inde argumentum ſumi poſſet ad demonſtrandum, *Hermannum* hunc Palatinum ex familia Ducum Lotharing. *Moſellanicorum* originem traxiſſe. Hæc Amicus ille.

juſtus,

(h) Henning. theatr. geneal. P. II. p. 15. Reuſner. in Genēal. p. 276. chron. mont. feren. p. 205. (i) L. VI. Sax. c. 41. (k) L. III. de migr. gent. p. 36. (l) de Elect. Palat. P. II. p. 289 (m) de magn. colon. (n) l. c. p. 110. ſeq. (o) in not. ad Petr. de Andlo L. I. c. 16. Adde Irenic. Exeg. Germ. L. III. c. 55. (p) p. 46.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1:ZEN Leibn. Marg. 48, [422] - 98

§. XCI. AC. MCCCLIII. *Adolphus* Comes de Schowenborg, justus, fortis, & religiosus Dominus, sepultus apud S. Joannem in *Visbick*, qui amplas eidem dedit eleemosynas. De hoc *Adolfo* chron. Comit. Schauenburg. (q) ita: *Adolphus*, hujus nominis VI. Comes X. mortuo suo Patre, XVIII annum attingens, Dominus & Tutor Comeciæ de *Schovvenborg* & Stormariæ designatus fuit. Huic ex flore Nobilium de *Lippia* & germine consors Domina *Heylevvigis* matrimonialiter est conjuncta, de qua quinque filios fructus honoris & honestatis genuit, videlicet *Adolphum*, *Gerhardum*, *Simonem*, *Bernhardum* & *Ottonem*. *Adolphus* igitur assumto Comeciæ dominio, paternos mores & corporalem pulchritudinem & venustatem non declinans, inter ceteros Westphaliæ & Saxoniæ Nobiles, in quorum medio, velut rosa inter spinas, incomparabili virtutum decore singulariter florens, Deum timens, Religiosos & Clericos honorans, bonos prosequens & malos persequens, in factis suis providus & justus inventus est. Volens igitur Holsatiæ partes, cujus & portio sibi ex paterna hæreditate competebat, intrare, Albiam manu militum robusta transiens, à Comitibus Holsatiæ, patruis suis traditiosè capitur, & captus aliquo tempore, detinetur, propter quod tota terra commota est, quia adolescens tàm inclytus, & totius honestatis & nobilitatis forma, de terra sublatus subdolè videbatur. Tandem pro hujus & suorum liberatione multa bona in urbe Hamburgensi, & terris circumjacentibus, ad Comeciam *Schovvenborg* spectantia, dictis Holsatiæ Comitibus & Consulibus de Hamborg impignorata noscuntur. Hic ob insignem suæ dignitatis eminentiam, tantò ceteris Principibus imperio dignior, si necessitas postulâsset electorum, quantò excellentius præ illis virtutibus & moribus insignior, qui à juventute usque ad finem in suo dominio laudabiliter præfuit, quia nihil virtutis sibi defuit. Consummato igitur vitæ suæ cursu, & in agone constitutus, filium suum primogenitum *Adolphum* ad se venire jubens, Clericos & personas religiosas devotissimè sibi commendans, paternam benedictionem imprecans, quin eos diligeret, sicut ipse dilexerat. Tandem factâ recommendatione, postquam dominio suo sub annis XXXVIII. laudabiliter præfuerat, transivit ad Dominum anno MCCCLIII. Sepultus apud Monasterium S. Johannis in *Visbecke*. Ad hujus commendationis præconium, & qualis in vita fuit, versus sequentes protestantur,

Adolf. Schaumburg. 1353. elogium,

(q) edit. Meibomian. T. I. rer. Germ. p. 516.

Epitaph. *Ador, adesque meri, virtutum regula Cleri,*
Heros cras & heri Procerum, protectio Cleri,
Prælia sanxisti, pro fratribus heu! cecidisti;
Leges militiæ pro judice testatuêre,
Auctor Justitiæ Comiti Schombo rg *miserere,*
Post jubilum tertio Bonifacii defuit anno.

Ad hujus Viri magnifici exequias omnis populus circumjacens confluebat. Pro hujus commendatione simul, & animæ recommendatione, frater quidam Ordinis Prædicatorum collationem ad populum fecit, cui tanta gratia loquendi conceditur, quod totum populum in tantum ad luctum commovit, quod ex lugentium singultibus tota replebatur Ecclesia. Hæc chronic.

Com. de Hellermund, 1358. §. XCII. AC. MCCCLVIII. Comites de *Hallermunt* perpetuam sibi fecerunt memoriam & æternam requiem, ex monito Domnæ *Luchartis*. Magna auctoritate valebat hæc apud vicinos Nobiles & Dominos, non sine utilitate suæ Ecclesiæ. Erat autem *Luchartis* ista Comitissa de *Hallermund*.

Tres sunt Luchartes, *reliquis ast* ultima *præstat,*
Nonne Monasterio serviit illa suo?
Consilio, auxilio, semper promoverat istud,
Des illi æternam, Sancte Deus requiem.

donatio 500. aureor. 1369. §. XCIII. AC. MCCCLXIX. *Nicolaus*, Pater *Gertrudis de rubro burgo* ad Voldam, Ecclesiæ, quam *Heinricus*, Landgrafio de Hassia ibi fundavit, dotavit, & privilegiavit, pro perpetua memoria & refrigerio animæ suæ quingentos aureos delegavit, & quingentos Ecclesiæ in *Visbik*. Superiori anno emanârat privilegium libertatis, Decani, Canonicorum & Vicariorum, nec non Rectorum Ecclesiæ Collegiatæ *Rotenburgensis* ad Fuldam, ab *Henrico*, Hassiæ Laudgravio, fundatæ & erectæ, concessum, quod transcribi meretur.

charta Henr. Landgr. Hass. IN nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam Nos *Henricus*, Dei gratiâ terræ Hassiæ Landgravius, pro Nobis & nostris hæredibus ad universorum, tàm posteriorum, quàm Successorum notitiam cupimus pervenire, Quod Dilectis Nobis Decano, Canonicis & Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ Sanctarum *Mariæ & Elisabethæ*, in novo oppido nostro

Roten-

Rotenberg, per Nos fundatæ & erectæ, nec non Vicariis noſtris ejusdem Eccleſiæ, Miniſtris, Capellanis, ut ipſi & eorum Succeſſores ac Rectores ſcholarum & parvulorum ſcholarium, nec non Campanarii dictæ Eccleſiæ & eorundem ſucceſſores, qui pro tempore fuerint, in plenitudine libertatis eccleſiaſticæ & juris ſui integritate, prout hactenus in Eccleſiis Collegiatis eſt obſervatum, permaneant, generoſè conceſſimus & concedimus in his ſcriptis, ita tamen, ut dicti Decanus, Canonici, & Capitulum dictos tales Miniſtros, videlicet Rectores parvulorum & Campanarios ad talia miniſteria ſeu officia non recipiant ſeu aſſumant, qui nobis jugo ſervitutis ac proprietatis ſint ſubjecti, neque habeant ſeu poſſideant bona mobilia vel immobilia, de quibus Nobis exactiones, precariæ vel collectæ aliquæ ab antiquo vel juſte dari ſit conſuetum, ac ſolvi aliquo modo teneantur. Conceſſimus etiam & concedimus, ut dicti noſtri Capellani quatuordecim manſiones, domos & curias in dicto oppido noſtro pro eorum habitatione, commodo & utilitate jam emtas & comparatas, ac emendas & comparandas perpetuis temporibus in libertate debita & honeſta pacificè valeant poſſidere, quas cum earundem areis, & vineta, ſeu vinetas, per ipſos ante oppidum prædictum comparatas, plantatas, & inpoſterum de novo plantandas, ac omnia bona eorum, cum quibus dicta Eccleſia noſtra dotata extitit, ſimiliter & eorundem Canonicorum, Vicariorum, Rectorum & Campanariorum bona mobilia ab omni onere exactionis, collectæ, precariæ, angariæ, ſervitii & contributionis cujuscunque per Nos & noſtros hæredes, aut quoscunque Nobis ſubjectos imponendæ, ſeu imponendarum, exemimus & liberavimus, & præſentibus eximimus & libe mus, ac generaliter ipſis & eorum Succeſſoribus omnes immunitates, libertates & exemtiones, jure eccleſiaſtico vel mundano conceſſas & attributas, donamus, concedimus, & attribuimus pro Nobis, noſtris hæredibus, & Succeſſoribus, perpetuis temporibus duraturas, nol es, ipſos, vel ali-

ipsorum per quemcunque Officiatorum, Sculthetorum, Protosculthetorum, Scribuorum, ac oppidanorum, Nobis aut nostris hæredibus, & nostris Successoribus subjectorum, pro tempore existentium, occasione præmissorum, vel alio quocunque libertatis aut exemtionis genere directè vel indirectè, publicè vel occultè, generaliter vel specialiter, sub quocunque colore turbari, molestari, angariari, persequi, offendi, seu inquietari quovis modo, nec de bonis per ipsos nostros Capellanos, Canonicos, Vicarios, sive Ministros ipsius Ecclesiæ, ac eorum servitores domesticos, ipsis servientes, in morte relictis, illis saltem bonis exceptis, de quibus Nobis, aut oppidanis nostris, Nostri nomine fortassis exactiones, precariæ, seu collectæ ab antiquo dari consuetum esset, seu de jure dare tenerentur, jure nostro, si quid in istis ejus occasione haberemus, salvo remanente, Nos aut nostri hæredes & Successores, vel quisquam alius nostro aut nostrorum hæredum & Successorum nomine intromittere debebimus, vel debebunt, sed fortiùs eos & bona sua, mansiones, jura & possessiones prædictas, in libertate & exemtione præscriptas, gratiosiùs defendere, proloqui, tueri, & favorabiliter confovere, prout in aliis literis nostris ipsis datis pleniùs continetur. Et ut omnia & singula suprà scripta per Nos, nostros hæredes, & Successores firma, rata, & inviolabiliter perpetuis temporibus permaneant observata, præsentem literam nostri sigilli appensione jussimus communiri. Datum Cassellæ sub anno Domini Millesimo trecentesimo sexagesimo octavo, feriâ tertiâ proximâ post Dominicam, quâ cantatur Lætare.

Herm. de Padberg, 1374.

§. XCIV. AC. MCCCLXXIV. Dominica Quasimodogeniti *Herimannus* de *Padberg* in *Visbek* mortuus & sepultus est cum perpetua Missa. Hostis olim noster. *Padbergios* olim bellicosos forteque fuisse Comites, *Herm. Kersenbroch* in catal. Episcop. Padeborn. & quidem in historia *Joannis ab Hoja*, latiùs dixit. De *Erpone* circa AC. MC. paralytico, quod crucem Domini turpiter tractârit, projectâ spineâ coronâ in terram & pedibus conculcata, vid. *Monum. Padeborn.* (r) Erat

(r) edit. sec. p. 141. & Annal. padeb. cit. p. 652.

Erat olim *Padberga* oppidum, seu urbs. Promittunt enim *Padbergenses* Domini toti Universitati ibidem, se omnia civitatis jura & immunitates sartas tectas conservaturos esse. Ecce literas!

charta Padbergens. 1376.

Ick Frederich de Olde von dem olden Huse/ Fredrich von dem negen Huse/ Fredrich von dem olden Huse/ Johannes Söhne/ Hermann/ Hern Johanns Söhne/ und Fredrich Fredrichs Sohne des Olden/ to beden Hüsern to Padtberg/ bekennet openbar in desem Breve vor Uns und alle Use rechte Erven/ dat wy samelicken in gutem Truwen gelobet hebbet deme Bürgemeister und der gansen Gemeinheit der Stadt to Padtberg stet und vest tohaltende/ ohne Argelist/ als hierna geschreven steht/ dat Wy schollen de Stadt und de Börger tho Padtberg laten by allen eren olden Rechten/ und schollet en stede und fest holten alle Articuln/ als der olden Breffe utwysen/ gäntzlicken und all/ und en schollet des semtlicken der Stadt tho Padtberg und den Börgern tho Padtberg nit brecken/ effte neyn besundern Werth dot dat verbrecken worde myd jeinigen stücken/ dat scholl de Gemine/ de dat Zeicken hedde/ richten binnen enem Mand unvertöget/ und da schollen de andern von Padtberg/ de des net verbrocken an hedden/ den Börgern von Padtberg dat helpen utermanen/ dat dat binnen dem mande gerichtet werde unvertöget/ und daran schollet see er Eyde beede Heren und Börgere von Padtberg vorgenandt mit anne verbrocken hebben/ also lange/ wente dat Gerichtet gelede/ so scholle dat stahn in allem Rechte/ als see vor untereinander Heren und Börgere geschworen hebbet. Ock wäre/ dat an den Olden Brefen wat an Insegel effte an Schreffte brecke/ dat so schollen Wy vorgeschreven von Padtberg licke wohl holden/ alse see utwiset in sick de vorgenante olden Breffe. Alle Articuln/ alse vorgeschreven steht/ geloben Wy Frederich de Olde von dem olden Huß/ Frederich in dem negen Huß/ Frederich von dem olden Huß/ Johannes Söhne/ Her-

Herman von Padtberg / Hern Joannes Sohne / und Fredrich Fredrichs Sohn von dem olden Huse / de ältesten von beeden Hüsern to Padtberg in gutem Truwen vor Uns und vor Use rechte Erven / der Stadt und den Börgern to Padtberg stede und vest tohaltende / ohne alle Gejenfünde und Argelist. Und grenet de Börgere to Padtberg huldingeteydt / de scholl desen Breff den Börgern to Padtberg einen geven in all der Mate / alse vorgeschreven steydt / und see en schollet keine Huldinge thoyn nemande / so en hebben düssen Breff / einem von einen dessen to Kondschap aller deser vorgeschreven Stücken und Articule / unser vorgenand lovende stete und vast to haltende unverbroken. So hebbe ich Fredrich de Olde von dem olden Huse / Fredrich von dem negen Huß / Fredrich Joanns Sone / Hermann Hern Joans Sone / und Frederich Fredrichs Sone des Olden / von beeden Hüsern to Padtberg / unse Ingesegel vor Uns und alle Unse rechte Erven vestlicken an düssen Breff gehangen / und hebbet samtlicken gebeden Hern Hunolden von Blettenbracht / den Olden / Hern Lüdeken van der Mölen / Rittere / Volckmar von Brencken / den Olden / und Heidenrich von dem Scharpenberg / Knapen / dat see ere Ingesegel mit Uns von Padtberg vorgenandt to Kundschap hebbet an düssen Breff gehangen. Deß Wy Hunolt von Plettenbracht de Olde / und Lüdeke von der Mölen / Rittere / Volckmar von Brencken de Olde / und Heidenrich von dem Scharpenberge / Knapen / bekennet / dat Wy üm bedde willen der vorgenandten von Padtberg / unse Ingesegel vestlicken met an düssen Breff hebben gehangen. Datum anno Domini MCCCLXXVI. Secunda feria ante festum S. Laurentii Martyris & Diaconi.

confirmatio privileg. Padtberg.

Ferdinandus, Archi-Episcopus Colonienſis, in lit. anno MDCXXIX. 30. Aug. apertè fatetur: cives intra muros (im Ring zu Padtberg) ſibi aliquot privilegia à Padbergenſibus data in forma probante exhibuiſſe

buisse, quorum primum incipit: *In nomine S. & Individuæ Trinitatis, Amen. Joannes & Godscalcus Domini castri in Padberg. &c.* clausula verò hæc est: *Stephanus de Horhusen, & alii quàm plures.* Dat. MCCLXIII. quarto Idus Martii. Alterum incipit: *In nomine S. & Individuæ Trinitatis. Amen. Fredericus, Dominus in Padtberg* &c. Finis est: *Joannes de Wyder, & alii quàm plures.* Dat. anno MCCXC. sexto Cal. April. Tertium incipit: Ich Fredrich ꝛc. uti modò dedimus. Quartum incipit: Wy Frederich Ritter ꝛc. Dat. anno Domini MCCCXCVII. ipso die S. Viti Mart. Petebant igitur cives *Padtbergenses*, ut Serenissimus Elector, more Antecessorum suorum, *Diterici, Salentini & Ernesti*, ista privilegia clementissimè confirmaret, uti factum est. Eadem corroboravit *Maximilian. Henricus* Arensbergæ anno MDCLV. 12. August. Urbs hæc nunc vilis & pauperculus pagus est, castrum verò in monte stetit haud procul cœnobio Monachorum *Bredelarienſi* Ord. Cistert. ubi saxum vidi, in quo hæc incisa erant verba. Bredelar.

ADOLPHUS, ARCHI-EPISCOPUS COLONIENSIS, TRANSTULIT COENOBIUM PRÆMONSTRATENSIUM IN HUNC LOCUM BREDELAR, TESTE BERNARDO, EPISCOPO PADEBORN. ANNO MCXCVI.

Fortè in vicinia fuit Monasterium Virginum, instituti D. Augustini, putat *Schaten.* (f) ab Archi-Episcopo hûc translatum.

§. XCV. AC. MCCCLXXVIII. *Walter. Lübler*, Presbyter in Diœcesi Mindensi, negare cœpit historiam tragicam & valde mirabilem de misero exitu puerorum nostrorum, transmigrantium in Daciam, vocans eam een old Wyfer Geschnack. Sed imposuit ei silentium Diœcesanus, & exosus factus est ideo apud omnes. Memorabile profectò, isto tempore negatam fuisse fabulam, utùt propter veritatem exosus factus sit *Lûblerus*. Purum putum figmentum est, & verè anile, quicquid de infausto puerorum *Hamelenſium* egressu blaterant otiosi garrientes, pulcrè & latè id probantibus *Martino Schockio* (t) & *Liebhardo*, Hist. PP. Baruthi, (u) ut alios taceam. Voluit quidem *Nicol. Nierenberger*, Varisicus, sub præsidio M. *Theodori Kirchmeieri* historiam hanc (ut vocat) ex variis Autoribus & monumentis in Acad. Wittenberg. anno MDCLXXI. publicè defendere. Aſt ego non muto, quod semel dixi, verbum. Probo potius M. *Martini Kelpii* de *Natal. Saxon Transſylvan.* famosa fabula Hamelensis, 1378.

(f) l. c. p. 909. (t) in sing. tract. (u) in exercit. hist. anno 1671.

ſylvan. eruditam & venuſtam diſſertationem, habitam Lipſ. anno MDCLXXXIV. in qua (w) *ridiculam, impudentem, temerariam & ex hiſtoriarum ignorantia profectam, omni rationabili fundamento deſtitutam calumniam* appellat, diabolum ſcilicet Hamelâ Saxones, velut ridiculos mures, aut myrmidonas, in ſubterraneis cuniculis in Transſylvaniam abduxiſſe. Quam theſin §. ſeq. ſolidè probat. Junge, ſi velis, *Origines Nationum, præcipuè* Saxonicæ in Transſylvania, à *Valentino Franckio* de *Franckenſtein* edit. & juxta exemplar *Cibinienſe* anno ſuperiori *Helmſtad.* recuſ. & cuncta habebis excuſſa & probata.

origo vulpeculârum Scholaſticârum, 1380.

§. XCVI. *Buchart. de Viote* (quod ex collectaneis Amici *Pollenſis* hauſi,) curioſum quid habet de *vulpeculis*, ut vocantur, *Scholaſticis*, quod ipſius fide verbiſque narrabo. Erat AC. MCCCLXXX. velſequentibus in monaſterio quodam regulæ S Benedicti, ſub reformatione Ciſtercienſi, *P. Andreas Köhlvoff* Lector & Prædicator, qui ex innato & inſito aliquo amore, ex nomine ſuo fortè ſumto, *vulpes* ita amabat, ut eas juniores in facetiis & ludicris artificiis magno ſtudio informaret, & bene informatas Prælatis & Nobilibus pretiosè venderet, cum permiſſione Prælati ſui. Inter alias unam habebat ſeniorem, quæ ſemper comitabatur eum ad ſcholas, & portabat ei libros. Hæc præcisè ſedebat ad pedes ejus, & tam attentè cum mirabili ſilentio auſcultabat ad lectiones P. *Andreæ* ut omnes confunderet Auditores ſuos. Si quid oblitus fuerat in cella, ociùs mittebat *vulpeculam*, ut accerſeret, quod etiam promtè fecit, ut vix Fratrum aliquis meliùs potuiſſet facere. Ecce, dixit aliquando ad ſtupidos & tardos fratres, *ecce! brutum hoc à me edoctum ſingula accuratè novit, quæ loquor & jubeo. Quid vos autem ſomnolenti & pigritia qs. incruſtati? dico, clamo, repeto, ſcribo, moneo, rogo, mando, ſed eſt cras ut hodie. Citius Maurum dealbabo, quàm ut Vos doctiores faciam. Ideo ſumſi ſemper mecum beſtiam hanc, ut omnes inde capiatis exemplum & incitamentum. Quis enim ſine admiratione attentionem, obedientiam, aſtutiam, ingenium, & diſcendi promtitudinem conſiderabit? ſed vos maxima ex parte pejores & (dicamne?) aſininiores eſtis, quàm hoc animalculum ratione carens, & tamen multo ingenio præ vobis pollens, ſi mirabiles ejus actiones videatis. Imò ſi loqui ei datum eſſet à Deo, ex hoc loco vos informaret, & verba pro me faceret. Unde hoc? ex amore erga me: unde ille? ex vili pabulo, quod eidem projicio. Inde ardor diſcendi, inde obſequium, inde omnes iſtæ artes, quas didicit, dirigente intus phantaſiâ omnia. Non oſſa Vobis projicio inutilia, ſed panem vitæ æternæ, cibum prorſus angelicum à me accipi-*

(w) c. 3.

accipitis omni horâ, nullus tamen inde amor ad ſtudium diſcendi. Gaudeo tamen in animo meo, quòd cum homines cœleſtia pabula capere & concupiere nolint, beſtia hæc, propter oſſium pabulum, omnem meam informationem capiat, ut videant alii, quanto amore & labore velim & poſſim juniores fratres meos inſtruere, modò corda mihi darent obſequioſa, pectora amoris plena, & aures acutas. Sed veni, vulpecula mea, diſcedamus in cellam noſtram, quandoquidem cum monſtris ſine cordibus, ſine pectoribus & ſine auribus nec ego nec tu unquàm conveniemus. Pungebat & mordebat valde hic ſermo Fratres, ut odium magnum conciperent erga Lectorem in cordibus ſuis. Sed quoniam ſub arctiori diſcipina ligati ab eo nil poterant facere ei, traducebant eum cum vexatione nominis ſui, quod *Köhlvoſſ* appellabatur. Poſtea ſi quis ex illis non regulariter vel rationabiliter ſatis aliquid faceret, ecce dicebat alius: *Köhlvoſſ te caſtigabit; hæc ſunt exercitia pro Köhlvoſs: Köhlvoſs murmurat: Köhlvoſs cum vulpecula ſua adeſt.* Mox autem *Köhlvoſs*, vel ſtudio, vel ex ignorantia, mutabatur in *Scölvoſs*. Imo ipſam vulpeculam non aliter, quàm *Scölvoſs* vocabant, & *Vicarium ejus in Theologicis.* Sic traducebatur *Köhlvoſs* & *Scölvoſs* coram omnibus, ut etiam ſervi & ruſtici & pueri, in loco luſorio hac voce delectarentur, & alius alii pro vexamento & terriculamento aliquali ſemper diceret: *Scölvoſs adeſt: hoc ego dicam Scölvoſſen: Scölvoſs audit* &c. purè in contumeliam & ignominiam *P. Andreæ.* Sed Pater iſte *Andreas* factus eſt poſtea Prælatus in ſuo Monaſterio, & vexatoribus ſuis frenum & capiſtrum injecit, ut ad ſeriora converſi *Scölvoſſen* obliviſcerentur. Quod verò *vulpeculam* Auditoribus ſuis in ſchola ante oculos ſtiterit, bonum factum judico. Annon *Ammonius* Philoſophus Alexandrinus, *Origenis* & *Porphyrii* Præceptor, ſemper in Scholam ſecum ducebat *aſinum*, optimum Moralis Philoſophiæ Doctorem?

alia origō earum,

§. XCVII. *M. Wolfgang Heiderus*, Eth. & Polit. PP. in Acad. Jenenſi, juſſu HENRICI Ruthenii Poſthumi, Domini in Plauen &c. Auguſti Gymnaſii *Gerani* Fundatoris, duas conſcripſit orationes de *Vulpeculis* noſtris, eaſque in ampliſſimo conſeſſu publicè recitavit, d. 2. & 3. Maj. anno MDCXIV. ibique typis Weidnerianis exſcribi curavit, quasque inter orationes ejus conjunctim editas, nî fallor, reperies. In priori demonſtravit Orator, quàm malè, in poſteriori, quam bene literati vocentur *Vulpeculæ Scholaſticæ*, adeo ut cognomentum hoc laudi & honori, ſi dextre capiatur, eſſe queat. Præmiſſis igitur præmittendis, originem earum ita recenſet oratione primâ. (x) Erat olim no-

(x) p. m. 16.

biscum Vir bonus & eruditus, qui plura in recessu habebat, quàm primâ fronte pollicebatur, sed interim timidiusculus, & semper ferè metuens, ne cœlum rueret. Is igitur è schola triviali, cujus in pulvere per aliquot jam annos desudârat, & Sisyphi saxum volverat, ad nos Jenam reversus, officio publico in Academia fungebatur. Gerebat ille tum pallium, quod pelle vulpinâ erat suffultum. Ab hac itaque veste, & à vitæ prioris conditione nonnulli Studiosorum titulantium ipsum *vulpeculam scholasticam* denominabant. Hic igitur ipse hujus honore nominis solus fruebatur, solus erat talis *vulpecula*, solus ejusmodi subsannatorum digitis monstrabatur. At verò non multò post factum, ut hujus nominis qs. contagio serperet longiùs, & non reliquos saltem ad Scholasticos, sed etiam ipsos ad Professores, ad omnes literatos, & denique Summos ad Viros, qui studiis nostris æquiores sunt, & altores Scholarum, mirificâ & propè ridiculâ transitione dilaberetur.

quis primùm fuerit vulpecula scholastica?

§. XCVIII. Bonus ille & eruditus Vir erat M. *Caspar Arnurus*, Ilmenoitanus, germanicè Lämmer-zahl/ à *cauda agnina* nomen trahens. Ἀρνὸς enim *agnum*, & οὐρὰ *caudam* significat, einen Schwantz, seu, ut Thuringi mei loquuntur, einen Zahl. Fuerat antea Rector & Con-Rector Scholæ Jenensis & Hallensis, factus postea Jenæ Logices & Ethices Professor, cujus cineres adhuc ibi cubant. Bene autem *Heiderus* addit: *hoc in Academia nostra ante* XXX. *plus minùs annos*, i. e. circa AC. MDLXXXIV. *accidit. Alibi quid factum sit, nescio.* Dixi ergo, & ideò dixi, quia nemo ante me unquàm dixit publicè. Facilius tamen crediderim, ex Academia Jenensi latiùs dimanasse hanc loquendi formulam in universam Germaniam, quàm ex monasterio isto anonymo. Quod verò Idiotæ pro convitio habeant vocem istam, ridiculum est. Pulcrè *Zacharias Wolmer* inoratione ligata, de Magnifico *Præceptoris* titulo:

Cur hodie doctus vulpecula *dicitur? eja!*
Expediam paucis: sal *habet*, ingenium.
Annon convitium *est? quoque sic injuria*, fortis
Quando leo, patiens *quando vocatur* ovis.
Schul-Fochs/ Schulmeister/ *sunt splendida nomina:*
stultis
Nî similis fias, haud placuisse potes.

Addo elegans epigramma, quod *Ernestus Stage* U. J. D. curiosissimus

ſiſſimus totius Orientis perluſtraror, Amicus Academicus, in putitium ineptumque, dentatum tamen, Magiſtellulum, *inviſum pueris caput*, (y) magnum ſcholæ patriæque ſuæ apoſtema, ita olim in Academia Franequerana ſcripſit.

in Magiſtellulum,

Sum Præceptor, *ais*; præceps Thor *ſcribere debes*;
ſum Rector: *ſed qui teque tuosque* regis?
*Artibus in*ſeptem *promotus nonne* Magiſter?
non unàm *verè te didiciſſe ſcio.*
Pro tali reputor tamen: hæc reputatio nulla *eſt*,
dic, quinam pretium dant? idiota *dabit.*
Schulmeiſter *non vis dici, atque* Didacticus *haud es*;
ne purè nihilum *ſis mihi, ſis* podiſpex.
Sed quid corripui, *mihi quod* producere *fas eſt:*
te quia moroſophum corripuiſſe *decet.*

veneficiũ callidè caſtigatum, 1383.

§. XCIX. AC. MCCCLXXXIII. Sub Domna *Alheyde de Sternberg* mirabilis accidit caſus. *Eylla Pröſin* villica dederat *Haſelæ* magicum quid in muſto. Quæ inſana inde facta, ut per aream ſe ſuper caput ſuum rotaret. Nec quietè ſtare, vel jacere, vel ſedere, vel dormire poterat, dies & noctes ferè agitata. Venit ex inſula P. *Modeſtus* cum magno aliquo baculo, & eò diſpoſuit *Haſelam*, ut jaceret in lecto, & potiunculam ab eo ſumeret, & deſuper fortiter ſudaret. Poſtea ſumſit induſium ejus, in quo ſudaverat, involvit baculo ſuo, poſtea complicatum ſuper liminare inferius Eccleſiæ noſtræ poſuit, & fortiter iſtud fuſtigavit, ſæpius interloquendo: *ita te caſtigabit veneficam Deus!* Mox ex vicina villa *Eylla* (Helena) matrem ſuam mittit, & per Deum, B. Virginem, Sanctumque Joannem geniculata rogat, ut deſiſteret fuſtigare. Se nunc ſatis eſſe caſtigatam, & non poſſe plures perferre fuſtigationes. Dicunt baculum P. *Modeſti* attigiſſe reliquias S. *Mauritii*, inde tanta Virtus. Pro vero mihi narravit Nobilis religioſus, fratrem ejus unà cum aliis navi olim vectum in Rheno, cœlo ſuaviter ridente. Varios inter ſermones, quos cum ſociis ſuis habebat, aſpexit ſortè junior quidam mercator opilionem propè ſylvulam paſcentem gregem ſuum, ſed ſecurè dormientem unà cum canibus. Dicit ergo mercator, (talem ſe profitebatur,) ſi placeat vobis, Domini, jucundum aliquod ſpectaculum, mox faciam, digitum in opilionem intendens. Murmuratis in pileum aliquot verbis, præmiſſisque variis geſticu-

alia hiſt.

(y) Martial. L. IX. ep. 70.

sticulationibus, ociùs ex nemusculo accurrit *lupus* cum raptâ ove aufugiens. Insequuntur latrantes canes. Pastor verò, somno discusso, fraudes diabolicas subitò suspicans, ut dolum dolo compensaret, inversâ, cui indormiverat, ascoperâ, sumtoque crassiori fuste, quem in casula sua pastorali servabat, fortiter percussit ascoperam; (Rántzel) Sentiens mercator verba, rogavit socios, ut quantocius in littore exponeretur, quò satisfiat opilioni, actum aliàs esse de vita sua. Si quis conjecturæ locus, è *corylo* baculos, seu fustes istos fuisse dico. De hac enim *Joannes Agricola*, experientiâ suffultus, in *chirurgia parva* stupenda prorsus commemorat. Ipso die Paraseves, ante Solis ortum, abi, & para tibi ex *corylo*, tribus ictibus decisa, auff drey Hiebe abgehauen / grandiorem baculum, eumque serva ad usum. Si quid veneficii suspicare, indussum ægrotantis sudore ejus madidum calidumque adhuc in limine ædium positum percute. Sic æger sanabitur, & percussa venefica ultrò deprecabitur culpam suam, quod ex historia superiori clarissimè vides. Næ, divniores virtutes in *corylo* esse, sagacioribus Naturæ Consultis tantùm perspectas, haud inficiabere. Miracula patrabat *Martin. Ruland.* oleo suo ligni Heraclini. (z) Mysterium igitur *corylinum* haud nesciisse mihi videntur *Modestus* ac opilio iste. Sed ex cujus Magiæ codice? opilio mihi suspectus est. Quid quod? Probavit nuper *M. Samuel Coryli*, Thorucio-Hungarus, *virgas*, seu *baculos* Sanctissimi Patriarchæ & Victoris Dei *Jacobi* ex *corylo* decisas fuisse; quæ curiosa dissertatio legi meretur. (a) Cetersùm de contactu reliquiarum S. *Mauritii* simile quid nondum audivi. *Insula* verò, ex qua *P. Modestus* erat, monasterium fuit O. S. B in ripa Visurgis extra muros Mindenses, anno MXLII. à *Brunone* XVI. Episcopo, in honorem S. *Mauritii*, conditum, à *Wulbrando* Hallermundio postea anno MCCCCXXXV. in urbem ad S. *Simeonem* translatum.

baculi corylini,

§. C. AC. MCCCLXXXV. Ut hîc, sic aliis in locis, grassabatur mortalitas inter solas oves. Cùm aperiebantur, reperti sunt *vermes* in *hepate*, plerunque in *renibus*, etiam in *ventriculo*, qui rodebanat nimalia teribiliter, ut tabescerent & conciderent. *Pestem ovinam* nominabant rustici. De miranda *vermium* malitia alibi dictum est susiùs. Imò genuinam *pestis* causam nullam aliam esse, quàm, *putredinem animatam*, Athanasius Kircher, *Vir errantibus Physicis Medicisq; natus*, judicio Langiano, in limatissimo suo hujus luis scrutinio, & post eum *Christianus Langius*, inclytæ Academiæ Lipsiensis Decus perpetuum, prolixè

strages ovium, 1385.

(z) Vid. Secret. spagyr. ej. à D. Hagedorn edit. c. 22. & Nettelbach. de epilepsi. c. X. §. 5. (a) conf. §. 76.

lixè & solidè probârunt, quorum vestigia calco, quicquid τῷ ὀνόματι Ἰατροῦ, seu κατὰ νόμον, ex mera insciția ogganniant, queîs meliorem apprecamur mentem. Vide hujus *Pathologiam animatam*, seu *animadversiones in Pathologiam Spagiricam Petri Joann. Fabri.* (b)

§. CI. AC. MCCCLXXXVII. Inter miracula refertur historia de puero quinque annorum, qui cœlo formidabiliter tonante & fulgurante, jam autem parumper pausante, propter opus naturæ ad sepem casæ Patris vicinam secedit, in manibus habens imagunculam B. Virginis, cum qua antea luserat. Dum considet, & facienda sua facit, validissimum prorumpit tonitru, mox fulmen cœlo decidit, & palum insepe, ad quem tergum reclinabat puer, per medium findit, puer verò ne minimâ quidem parte læsus est, intercedente B. Virgine Sic continuator noster. Addo, quod hoc ipso anno MDCXCVIII. d. 6. Jul. st n. ex Helvetia retulerunt novellæ. Den 2. Jul. gegen Abend hat ein Strahl in eines Barbierers Hauß zu Horgen in der gegend Zürich eingeschlagen / da in zweyen Stuben eine Anzahl Volcks beysammen gewesen / so man zwar vor todt auffgehoben / doch kamen sie alle wieder zu sich selbst / ohne zwey / so todt waren. Dem Barbirer hat der Strahl einen Pantoffel vom Fuß / einem Kind in der Wiegen ein Stück oben vom Brett weggeschmissen / viele Splitter / Koth und anders auff die Wiegen / ins Gesicht und auffs Maul geworffen / ohne die geringste Beschädigung. Einem Mägdlein hats den Brust-Riemen auffgelöst / einen Schuch geöffnet / und etliche Maasen am Leibe / jedoch ohne Versengung der Kleyder / gemacht. (c) miraculosa res, 1387.

§. CII. AC. MCCCLXXXVIII. Hoc anno varia monstra sunt nata in vicinia, *humana*, *equina*, *ovina* & *anserina*. Ita captus est in campo nostro *lepus* mediocris magnitudinis cum perfecto *capite canis*, qui suprà *caudam* duas qs. habebat *cristas*, *crispulas* & *longas*, etiam invicem sibi æqualiter oppositas, & in altum elevatas, pinguis aliàs & ferocior quàm ordinariè. Pro Magico habebant omnes. Sed ludit in humanis divina potentia rebus. Adjungo curiositatis gratiâ monstrosiorem, *Altkirchi* hoc ipso anno MDCXCVIII. Mens. April. repertum, quo de sic Amicus noster D. *Joann. Mich. Metius*, Sereniſſimi Ducis Saxo Jenensis, Domini JOHANNIS WILHELMI, Medicus ordinarius, in literis mihi inscriptis. lepores monstrosi, 1388.

Appro-

(b) c. 63. (c) conf. not. m. ad chron. Monast. S. Petri in Synt. cit. p. 301.

observatio leporina, Appropinquantibus Nobis *Altenkirchum* oblatus mihi est *lepuſculus* uno capite, octo pedibus, duobus anterioribus, totidem his oppoſitis in dorſo, & quatuor poſterioribus in corpore, quod bipartitum erat à calce ad diaphragma uſque, qui à venatore inventus eſt mortuus & quatriduum retentus. Luſtrato corde ſatis magno, ac pulmonibus valde exiguis, ne veſtigium quidem ventriculi, lienis aut veſicæ apparebat, quatuor verò renes ſibi magnitudine pares, ſitu impares, corpore glanduloſo ſine dubio ſerum receptum aliorſum mandanti, (deerant enim ureteres,) conſpicui erant, quorum duo in latere ſibi oppoſiti, duplici diaphragmatis ejus loci membranâ incluſi, licèt dextri renis ſuperioris tres ferè quartæ partes ſuprà diaphragma, ſiniſtri verò ſuperioris pars inferior infra diaphragma tres haberet partes quartas. Reliqui verò bini renes parallelo grammatικῶς cum prioribus magnitudine ac conſiſtentia conveniebant loco naturali poſiti. Inteſtina utriuſque corporis bipartiti cum duplici ſpinali medulla à capite ad caudam deſinente, cavitatem occupabant. Quatuor renum quilibet ſuis vaſis emulgentibus erat adornatus, & ſuis deferentibus, duplici pene in quovis latere uno & juſto teſticulorum numero ac ſitu. Duas habebat pariter caudas, ſub qualibet inteſtinum peculiare rectum egrediebatur. Nî tamdiu mortuus fuiſſet, (ſine dubio aliquot dies vixit,) fortè plura, & magis adhuc curioſa, annotare licuiſſet. Exiſtimâſſem igitur, Naturam inclinâſſe ad formandos gemellos, qui deinceps vitio, ſeu defectu ſeminis & puncti ſalientis pigritiâ, quàm par eſt majori, ad partes ſuperiores nempe caput, vel etiam errore virtutis imaginandi in matre in ejusmodi monſtroſam ſubſtantiam ſunt concreti. Ita *Metius.*

buxus contra Venerem, 1389. §. CIII. AC. MCCCLXXXIX. Domina in Rinteln *buxum* valde amat propter continentiam, quam mirabili virtute procurare dicitur; Et eſt ipſi pro arcano. Autor *hortuli ſanitatis* (d) adverſus ſtimulos venereos quoque commendat, inquiens. *Wilck mynſche begehret Kuſch thowweſen, de drage Busbomen holt by ſick, dat benemt em ôme bôſe begehrlicheit, unde macket eenen Küſch.* Quod ſi ita ſit, miror cum D. *Paulli*, (e) cur Franciſcani, & alii religioſi, qui, ex voto ſuo, caſtimoniæ ſtudioſioſiſſimi eſſe debent, calopodia ſua ex eo ſibi non parent, aliove modo *buxo* utantur?

lachrymæ mortui, 1391. §. CIV. AC. MCCCXCII. *Georg. Vongert*, probus adoleſcens, poſt mortem, priusquam terræ inferebatur, per totum diem & dimidium *lacrymavit*, quod multi cum timore & tremore viderunt. Humidita-

(d) edit. Lubec. 1520. (e) in Botan. quadripart. Cl. II. p. 38.

miditatem ex angulis oculorum ſtillâſſe, non inficior. At lachrymæ propriè non erant, quia non ex extremitatibus venarum, intra ipſas oculorum glandulas utcunque arteriis continuatarum, ſcaturiebant, à ſpiritibus animalibus concitatæ, uti *Stenonis* quondam noſter (f) fontes lachrymarum aperuit.

§. CV. AC. MCCCXCV. P. *Hilarius* dixit mihi, ſi pennæ *pavonis* oleo rutæ intinctæ, & iterum ſiccatæ, in librum ponantur, vel juxta linteamina, non arrodi ea à blattis: Vetus *Piramidis* dicterium, extincti *pavonis* carnem nec marceſcere, nec fœtorem contrahere, ſed manere veluti aromatibus conditam. Cras credo, hodie nihil. De aviculæ autem *Martinetæ* in Islandia pennis refert *Mercator*, (g) exque eo *Zeiler.*, (h) quòd in loco ſicco aſſervatæ non tantùm non putreſcant, & veſtibus additæ à blattis defendant, ſed & ſingulis annis illæ novas recuperent pennas. Sit fides penes eum. pennæ pavonis 1395.

§. CVI. AC. MCCCXCVIII. *Philippus de Sicke* occiſus eſt infra *Artz*, & cum appenſis de collo ſaxis in Wiſarah projectus eſt. Apud *Rinteln* verò aqua eum rejecit in terram. Fuiſſe olim Dominos in *Sicke*, qui ſedem ſuam habebant propè Nienkercken in Comitatu Hojenſi, docuit me CL. *Hamelmannus*. *Henricus* de *Siceke* Monachus Amelsbornenſis anno MCCCXLII. An verò *Philippus* noſter ex hac gente fuerit, pro certo affirmare nequeo. Eôdem annô *Antonius de Devna* in Wiſara periit prope Bremen. Rectiùs legero *Depena*. Erat hujus nominis arx in Ducatu Lyneburgico, in vicinia arcis & oppidi *Borchtorp*. Quem Comitatum olim, juxta rhythmicum chronicon Saxonicum, *Ecbertus*, Marchio Saxoniæ, Dominus in Brunſvic, defuncto ultimo Comite in *Borchtorp*, ad ſe tranſtulit. *Artz*, nunc *Artzen*, eſt ampla Præfectura ad Viſurgim, uno milliari *Hamelâ* ſita, olim Comitatus. Siquidem *Ditericus* I. Comes *Honſteinenſis* in matrimonio habuit *Hedevvigem*, Comitiſſam *de Artz*, circa AC. MCCXXXIII. Philipp. de Sicke 1398. Anton. de Devna.

§. CVII. AC. MCCCCII. *Eliſabetha de Borchvvedel* Canonicis in Hameln dedit altare in honorem S. *Matthiæ*, ſed nihil gratiæ inde retulit. Cetera legi non poterant. Peculiare dominium olim erat *Borchvvedel* duobus milliaribus *Hamelâ* diſtans. Etenim parochiæ *Borchvvedel*, *Iſenhagen*, *Witmer*, & alii viciniores pagi ſubjecti erant Comiti in *Borchvvedel*. Ultimus hujus nominis ſecundùm *Hamelmannum*, fuit *Bernardus* Eliſab. de Borchwedel, 1402.

(f) obſ. anat. de gland. oculor. p. 92. (g) in Atlante minor. (h) P. I. epiſt. 79. p. 224.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [437] - 113

Anna de Deren, 1406.

§. CVIII. AC. MCCCCVI. *Anna de Deren*, Decaniſſa, moritur in Domino. Erat anima Deo dilecta, mundi & mundanorum heroica ſpretrix. *Deren* fuit ſingulare Dominium in terminis Diœceſ. Monaſterienſis, cujus Arx ſtructa erat ad Luppiam. Fortè plurima bona Epiſcopum Monaſterienſem devoluta ſunt. In Collegio Aſſendienſi vixit *Betza*, Domina in *Deren*, cujus mater fuit *Burggravia* de *Stromberg*, benefactrix ſuæ Congregationis. *Gerhard* de *Deren*, ùt fortiſſimus miles, commendatur alicubi ab *Hermanno* de *Portfeld*.

Wülbrand. Epiſc. 1412.

§. CIX. AC. MCCCCXII. *Wülbrandus* Epiſcopus ex animo ſemper bene voluit ut ſuæ, ita etiam Eccleſiæ in *Visbec*, quam in literis *filiam ſuam obedientiſſimam, & alias religiosâ vitâ præfulgentem* appellare ſolebat. Domina *Mechtildis* erat propinqua ejus, & accepit multum pro memoria annua, quam faciebant ſibi Comites de *Depholt* etiam apud nos. Ipſa *Mechtild* erat de *Depholt*. Acceptabile nomen in Eccleſia Mindenſi. Fortè propter *Conradum* I. Epiſcopum XXIX. *Johannem* XXXI. & *Cunnem* XXXIII. omnes ex eadem gente electos, quorum memoria adhuc in benedictione eſt. *Albertus Kranzius*(i) Nobilem Dominum vocat, cui ſe Duces & Comites inſeruerunt.

Lucia de Pleſſe, 1420.

§. CX. AC. MCCCCXXX. *Lucia de Pleſſe*, Canonica in *Visbeec*, ſumſit venenum, à ſervo *Godſcalci de Pleſſe* clanculum ſibi datum. Dominiũ *Pleſſe* propè Göttingam fuit. *Henricus de Pleſſe* anno DCCCCLXVIII. interfuit Ludo Equeſtri Merſeburgi inſtituto. AC. MCCCCXXXI. vixit *Godſchalcus de Pleſſe*, cujus ſervus fortè homicida iſte fuerit. AC. MCCCCLXXXII. vixêre *Godſchalcus*, *Tidericus*, & *Mauritius*, Domini de *Pleſſe*. *Sigmundi de Pleſſe* altera uxor erat *Agnes*, Comitiſſa Lippienſis: *Chriſtophori* autem *Margaretha* Comitiſſa Gleichenſis. *Tiderici de Pleſſe*, cujus conjux erat *Agnes* Lippienſis, meminit *Piderit ius* (k) Cum verò ἀωαις decederet iſte *Tidericus*, nupſit illa *Abundo Schlick* in *Paſſavv*, Comiti Bohemo.

Aſtutia Virginis 1427.

§. CXI. AC. MCCCCXXVII. Religioſa ſoror in vicinia ſæpius ſollicitabatur à Juvene quodam præcipui ſtemmatis ad illicitos amores. Illa dixit, ſe Deo voviſſe perpetuam virginitatem: quod votum infractum & intactum eſſe debeat. Ille verò cupidius inſtabat. Quid fit? ſimulat virgo, ſe velle petitis ſuis tandem gratificari, modò altero die circa horam decimam nocturnam certo loco horti, quem ſpecialiter determinabat, eam expectare volupe fuerit. Juvenis præ amore inſaniens, aureos pollicetur montes, & conditâ horâ reditum ſuum certiſſimè promittit. Ipſa interim

(i) L. XI. Metrop. c. 41. (k) chron. Lippienſ. P. II. p. 635.

interim in via, per quam ire oportebat, *altissimam foveam* fodi, eamque superius *levi gramine* contegi jubet, quasi *lupum* capere vellet. Post virgulta verò abscondit vigilem, qui futura omnia accuratè notaret. Accedit Juvenis, alacri passu ad præstitutum locum festinans. Nihil autem metuens, subitò incidit in contectam foveam, ex qua elabi non poterat. Sic captus & examinatus peccata juventutis suæ, licèt ipso actu non completa, amarissimè deflevit, omnes verò Virginis prudentiam speciatim collaudabant. *Timocleam* insignem Thebanam feminam, Thracius quidam Dux constuprâsse dicitur. Cumque post id eum poscceret pecuniam, solus à muliere ad puteum seductus fuisse, in quo diceret pretiosiora rerum suarum occultari. Ducem igitur super os putei, spectandi causâ inclinatum, in profundum detrusit, superneque injectis lapidibus oppressit. (l)

§. CXII. AC. MCCCCXXXIV. P. *Macarius* vitam B. *Algeri* docto calamo composuit. Quis *Macarius* iste fuerit, nescio. *Algerus* autem, meâ conjecturâ fuit Monachus Corbeiæ Saxonicæ, qui circa AC. DCCCCLXXXI I. claruit, quem *Trithemius* vocat (m) *virum in lectione S. Scripturæ & Patrum studio versatum, literarum etiam humaniorum haud imperitum, ingenio & eloquentiâ præstantem, prosa & carmine insignem.* Scripsit de *veritate corporis & sanguinis Dominici* in *Eucharistia*, cum refutatione diversarum circa hanc haresium, opus tribus libris distinctum: porrò librum unum *de gratiâ & libero hominis arbitrio* &c. Et *T. I. Annal. Hirsaug.* (n) Idem de eodem ita: Algerus *etiam, Corbeiensis Monachus, qui &* Adelgerus, *circa hæc tempora post* Windekindum *monasticæ Scholæ Magister factus, per totum Imperium Germanorum eruditionis suæ laudem obtinuit immortalem. Qui scripsit* magnæ auctoritatis *plura opuscula, de quibus tamen pauca in manus nostras pervenerunt. De* Sacramento Altaris *legimus Volumen satis elegans, quod in tres divisit libellos. De* gratia *quoque* & libero Arbitrio *librum unum. Reliqua verò, quæ lucubrâsse dicitur, invenire non potui. Hic propter subtilitatem ingenii, & facilem dicendi venam, quasi privilegio singulari donatus,* Scholastici *nomen inter doctos accepit.* In antiquis fastis dicitur *Algerus de Pyrmond.* Dubio sine è Comitibus *Pyrmontanis* fuerit. vita B. Algeri. 1434.

§. CXIII. AC. MCCCCXXXVIII. Pridie ante obitum *Adolphi* Juliacensis & Montensis horrendum & subitaneum tonitru auditum, quod mors Adolfi Juliacensis, 1438.

(l) Supplem. Curt. L. II. c. 6. (m) de Script. Eccles. L. II. c. 90. (n) p. 125.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1,ZEN Leibn. Marg. 48, [439] - 115

quod tiliam noſtram diffregit. Exceſſit iſte *Adolfus* inops pene & pauper, continuis in vita bellis nimium exhauſtus, AC MCCCCXXXVII. Menſe Septembri ſine liberis. Juſto Dei judicio, addit *Trithemius*, (o) ut, qui proprium peccârat in Patrem, Pater eſſe non mereretur? cujus corpus in Abſide meridionali Eccleſiæ S. *Pantaleonis* in Colonia ſepultum eſt.

reformatio Monaſt. Mollenbecc. 1441.

§. CXIV. AC. MCCCCXLI. (XX. Maj.) reformatur cœnobium in *Mollenbeck* & traditur Fratribus Regularibus S. *Auguſtini*, quorum primus Prior fuit *Joannes de Hüxer*, Vir doctus & religioſus. Illuſtre hoc Monaſterium fundatum eſt AC. DCCCCXCVI in honorem S. *Dionyſii* prope *Rintelium*, quo de verſus circumferuntur

& fundatio,

Anno centeno DC. duo ſeptuageno,
Decimo cum ſexto Molebeck, *jacitur loco grato,*
Ante centum Schomborch *bis denos annnos quatuorque,*
Præſule Dragone *regente pio tirone.*

Et iſti:

Annis nongentis Molebek *duo bis minùs annis,*
Folcart *&* Hiltborch *ſimul exſtruxêre* Dragone.
Et hi, qui in introitu Eccleſiæ leguntur.
Fundavit Hiltbroch, *dotavit Nobilis* Uffo,
Flamen tunc Folcart, *ditat cum Præſule* Drago,
Annis ſexcentis fermè fuit hic Monialis,
Gloria his celebris, ſed ſingula præterierunt,
Septies duc decem C. quater milleque novem,
Prior tunc Fratrum Hermannus, *gloria Patrum,*
De Stralen *natus, lapidem demerſit in imum:*
Gertrudiſque *die concludit proſpero fine.*

Buſſo Walenſted. Canonicus Hamelenſis (p) ita: Circa AD. DCCCXCVI, pia & opulenta Matrona *Hilleburgis*, cum ſine maſcula prole eſſet, conſilio devoti Pesbyteri *Folckihardi*, abſente *Uffone* marito, (erat ille in terra ſancta) novem templa parochialia condidit, ſcilicet *Mollenbecke*, *Segelhorſt*, *Dekeber*, *Steenborg*, *Oſteryſenberg*, *Weſteryſenberg*, *Honrode*, *Wolthem*, *Sillingen*. Reverſo demum conjugi obviam proceſſit *Hilleburgis*, dicens: *euge mi Dilecte, ego in abſentia*

Hilleburg.

(o) T. II. annal. Hirſaug. 397. (p) in chron. Mindenſ. p. 8.

ſentia tui novem peperi filias, quas omnes Deo donavi. Bene dicebat ille, *dotabo ego liberaliter, ut mei & tui vivant memores.* Haſce *Drogo* poſtea conſecravit omnes, & Monaſterio in *Mollenbeke* multas decimas de ſuis contulit. *Kranz.* (q) in hunc modum: *Mindenſis Eccleſiæ quintus præficitur Pontifex*, Drogo *nomine: cujus tempora inſignivit fundatio Monaſterii* Dominarum Canonicarum *in* Mœlenbeck *ad AC. nongenteſimum minùs quatuor.* Sic enim inepti quidam indicant verſiculi: Cum rebus Germaniæ præeſſet *Arnulphus*, Romanorum Imperator, fundatrix erat nobilis fæmina *Hilborch*, & ſacerdos *Fulcardus*, uterque locuples, *centum* pagos cum litonibus, h. e. colonis, feruntur contuliſſe. Pontifex quoque, ut in fundatione concurreret, partem decimarum de ſuo dicitur contuliſſe, eâ videlicet conditione, ut annuos quinque ſolidos in auro vel argento ad aram S. Petri afferrent, & ipſe Pontifex juſta de loco obſequia reciperet, quemadmodum de aliis locis ſuo juri ſubjectis. Creatur in eo loco Abbatiſſa, inſignis puella, Fundatricis neptis. *Arnulphus* Imperator multis privilegiis huuc locum inſignivit, ſed & *Otto* Imperator ſecundus adauxit. *Henricus* ſecundus adimplevit. Cum autem incendio deperiſſet, inſtauratum accepit Patronum D. *Dionyſium*, tunc recens à Francia in Ratisponam translatum, per eundem *Arnulphum* Imperatorem &c.

Fertur eadem Fundatrix, cum maritum in peregrinatione terræ ſanctæ abſentem jam deſperaret rediturum, ex omni patrimonio amborum, *novem* Eccleſias conſtruxiſſe, annumerato Monaſterio. Cùm autem ille inſperatus rediret, placatura nidignantem prævenit, dicens: *novem ſe filias abſenti peperiſſe, nondum in Chriſto regeneratas.* Intellexit Vir Deo devotus, quid loqueretur, & annuens per omnia, quæ facta ſunt, approbavit, partem habiturus in regeneratione Sanctorum. *Chronicon Mindenſe Meibomian.* ait, (r) *Uffonem* duo caſtra opima in Provincia (al. parochia) *Eckerſtein* habuiſſe, unum juxta villam *Bredenbeke*, quod incolæ *Uffenborg* vocant, alterum propè villam *Steinborg*. *Drogo* autem Epiſcopus decimas Monaſterio dediſſe fertur de CXX. aratris.

De reformatione ejusdem cœnobii idem *Kranzius.* (ſ) Ejus (*Alberti* Hojenſis, Epiſcopi Mindenſis,) temporibus Monaſterium

(q) LIII. Metrop. c. 8. (r) T. I. p. 558. (ſ) L. XI. Metrop. c. 53.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [441] - 117

Mollenbeccenſe mutatum eſt, poſt Canonicas excipiens Fratres regulares, anno Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo primo. *Nam ſub manibus Dominarum dum labitur religio, omnia pariter collabuntur: ruerunt ædificia, perierunt prædia, ad mendicitatem verſa ſunt omnia.* Nunc ſub manibus Fratrum *Regularium* omnia reflo ruerunt. Qualis quantusque Magiſter *Joannes* de *Huxaria* fuerit, dicet *Schiphoover.* (t) In *chron. Huxar.* (u) vocatur *egregius Theologus & nulli ſecundus.*

miſer Visbecc. ſtatus

§. CXV. At vix me contineo, quin integrum catalogum Abbatiſſarum *Möllenbeccenſium* è vetuſta membrana tranſcribam.

Abbatiſſæ Mölenbecç.

I.	*Windelburch*	XXIII.	*Oda*
II.	*Wichburch*	XXIV.	*Syvvyf*
III.	*Hadeſvvit,*	XXV.	*Oſterlynk*
IV.	*Abuch,*	XXVI.	*Rigefa*
V.	*Adelheid*	XXVII.	*Hildesvvid*
VI.	*Richburg.* I.	XXVIII.	*Seburg* I.
VII.	*Wendesburg*	XXIX.	*Hadevvid*
VIII.	*Symot,*	XXX.	*Wirenburch*
IX.	*Helmburg* I.	XXXI.	*Berthild.* I.
X.	*Gerburch*	XXXII.	*Eyla*
XI.	*Frederyn*	XXXIII.	*Bertſvvit*
XII.	*Mechtild.* I.	XXXIV.	*Hildeburch*
XIII.	*Hedemot*	XXXV.	*Syburch* II.
XIV.	*Hadeburg*	XXXVI.	*Richburg* II.
XV.	*Reymot.*	XXXVII.	*Berthild* II.
XVI.	*Byza*	XXXVIII.	*Eylburg*
XVII.	*Berdheit*	XXXIX.	*Acca*
XVIII.	*Jutta*	XL.	*Beatrix*
XIX.	*Hunir*	XLI.	*Helmburch* II.
XX.	*Odila* I.	XLII.	*Odila* II.
XXI.	*Rinvvyf*	XLIII.	*Alverat*
XXII.	*Gyſela*		XLIV.

(t) in chron, Archi-Comit. Oldenburg. T. II. Meibom. p. 170.

(u) p. 121.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [442] - 118

XLIV. *Mechtild.* II. Comitissa à *Svvalenberg*,
XLV. *Agnes*, Comitissa à *Sternberg*,
XLVI. *Mechtild.* III.
XLVII. *Catharina*, Comitissa de *Lippe*,
LVIII. *Elisabetha* I. de *Monte*,
XLIX. *Heilvvig*, Comitissa de *Solms*,
L. *Lutgardis*, Comitissa de *Limburg*,
LI. *Elisabetha* II. Comitissa *Schauenburgica*, Ottonis II. Filia natu minima, quam *Spangenberg* (w) Helenam vocat.
LII. *Sophia* I. Ducissa *Brunsvicensis*,
LIII. N. Comitissa à *Regenstein*,
LIV. *Sophia* II. Ducissa *Brunsvicensis*.

Hæc *Sophia* usque ad annum MCCCCXLI. vixit rexitque, licet exusto cænobio, cum familia sua in villis & agris moraretur. Hæc postea Monasterium *Alberto*, Episcopo Mindensi quinquagesimo, tradidit. *Conradus Hojerus*, SubPrior Mölenbeccensis, historicam edidit relationem Monasterii hujus Rintelii anno MDCXXIII. in 4. lectû dignam, sed raram.

§. CXVI. AC. MCCCCXLV. Vitam *Christiani*, primi Abbatis apud S. *Pantaleonem* metricè compilavit P. *Jacobus*, Monachus Ord. S. P. Bened. in Colonia, ad petitum & oblectamentum *Melchioris de Luthorst*, *Beatæ* nostræ fratris. Circa AC. MCCCCLXI. hic *Christianus* floruit, quo de sic *Trithemius*; (x) Vir in *divinis Scripturis* eruditus & *secularis literaturæ* non ignarus, qui natione fuit *Saxo*, & Monachus *Corbeiensis*; inde missus ad Coloniam cum duodecim Monachis, & Abbas à *Brunone* Archi Episcopo ordinatus, vitam in omni sanctitate continuavit monasticam. Scripsit, inter cetera ingenii sui opuscula, super quatuor Evangelia pulcherrimas homilias in quatuor magnis voluminibus &c. (1) Saxo dicitur, (2) Monachus Corbeiensis, (3) indecumaliis XII. cœnobitis missus Coloniam, & (4) Abbas ordinatus à *Brunone* Archi-Episcopo. Si Saxo: num igitur suspicari fas sit, eum fuisse ex Gente *Luthorstiana*? quia, rogante *Melchiore Luthorstio*, P. Jacob. vitam ejus metro vinctam descripsit, in honorem conjugis suæ *Juliana* de *Rheden*, cujus propinquus erat *Christianus*. Certum verò hoc vita B. Christiani Abb. 1445.

(w) P.V. chron. Schaumb. c. 23. (x) T. I. Annal. Hirsaug. p. 404.

hoc, fuisse Monachum Corbeiæ novæ, vel Saxoniæ, consecratum à *Brunone* Henrici Aucupis F. & Ottonis M. fratre germano, non Filio, ùt falsò putat *Adam Bremensis*, (y) etiam Monacho Corbeiensi, non Abbate, qui *Wionis* (z) error est. Licèt verò *Trithemius* (a) cum *Kranzio* (b) & aliis pro Fundatore cœnobii S. *Pantaleonis* intra Coloniam Ubiorum hunc *Brunonem* habeant, rectiùs tamen *instauratorem* eum dixeris. Si enim monasterium istud tempore Ludovici Pii exstitit, ùt ex vetustioribus chartis asserit *Gelenius*, imò si, juxta *Stengelium*, AC. DCLXX. passus ibi fuit S. *Maurinus* Abbas, utique non primus Fundator, sed *instaurator* fuerit *Bruno*, & *Christianus* noster primus post instaurationem Abbas. Cum enim foderent terram pro fundamento (à Brunone) locando, corpus S. *Maurini* Abbatis & Martyris, quod cum inscriptione sua latebat, sub terra inventum est, quod infinitis mox cœpit inclarescere miraculis, & in prædicto Monasterio honorificè servatur usque in præsentem diem. Erat autem *Maurinus* natione Scotus, qui pro Christi amore patriam deserens, verbum Dei prædicavit gentibus tempore *Dagoberti*, Regis Magni Francorum, cum aliis duobus Monachis, discipulis suis, qui simul pro fide catholica martyrizati fuerunt in terra Saxoniæ. (c)

S. Maurinus

§. CXVII. AC. MCCCCXLVIII. Fuit apud nos, ut gradus & liberalis hospes & Confrater noster, *Barbaræ* nostræ consanguineus, Abbas in monte Apostolorum Principis D. Petri apud Doringos, quod sanctum claustrum S. *Willelmus* de Hirsaugia construxit, alii *Dagiberto* Regi tribuunt. S. *Willelmus*, XII. Abbas Hirsaugiensis, (qui ab anno MLXIX. ad MXCI sedit,) octo monasteria sui Ordinis pro Monachis construxisse dicitur, è quibus quintum erat Erfurti in monte ipsius urbis occidentali, vulgò Petersberg, ubi Ecclesiam condidit juxta formam & dispositionem Ecclesiæ Majoris Hirsaugiensis, Monachosque illuc de suo Conventu doctos & religiosissimos posuit. Sed Monasterii curiam *Giselberto*, ex Monacho Hirsaugiensis cœnobii tunc Abbati in *Reinhartzhorn*, quousque mitteret eis Abbatem idoneum, commendavit. Nec me fugit opinio (verba sunt Trithemiana, (d)) Monachorum, dictum cœnobium S. Petri Erpfordiense his nostris temporibus inhabitantium, qui Magnum *Dogobertum* Regem Francorum ejus Fundatorem ab initio fuisse gloriantur, quod falsum ille ostendit, inprimis (1) quod tempore *Dagoberti* Turingi nondum fuerint Christiani. Quis autem in medio infidelium paganorum cœnobium construeret?

Monast. S. Petr. Erfurt. verus fundator, 1448.

(y) L. II. c. 3. (z) L. IV. lign. vit. c. 14. p. 219. (a) l. c. p. 103.
(b) L. III. Sax. c. 12. (c) Trithem. l. a. p. 103. (d) l. c. p. 226.

ſtrueret? (2) S. *Bonifacius*, Turingorum Apoſtolus, primus in hac noſtra Provincia Monachos & Moniales inſtituiſſe fertur. Ecquî igitur ante ejus tempora *Petrinum* Monaſterium fuerit? Latiùs ſolidiusque cuncta demonſtravit D. *Sagittarius*, (e) ut Dagobertina iſta fundatio mera fabula ſit. Equidem *Jodocus Coccius* Jeſuita in *Dagoberto* ſuo (f) Argentinenſis Epiſcopatûs Fundatore, contra Trithemium vulgarem traditionem acerrimè defendit, at *Godofredus Henſchenius*, ex eadem Societate Sacerdos, in ſua de *tribus Dagobertis* diatriba (g) ſtraminea *Cocci* argumenta penitus ſubvertit. Adde sîs Doctiſſimi *Obrechti Prodrom. Rerum Alſaticar.* (h)

§. CXVIII. AC. MCCCCLII. *Mathilda* de *Bultzingsleve* digitum S. *Paulinæ* & particulam calvariæ ejus, pro ſtrena Abbatiſſæ miſit. De S. *Paullina*, ejusque inſigni quondam Monaſterio in ſilva Turingiaca O.S.B. ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ ἢ ζήσωμεν, peculiare chronicon luci dabimus publicæ, in quo cuncta dicentur copioſiùs, Interim legat, qui velit *Annales Herſfug. Trithem.* (i) reliquiæ S. Paullinæ 1452.

§. CXIX. AC. MCCCCLV. *Joannes Cuhlius*, Canonicus in Hemeln, degradatur propter aculeatam linguam ſuam. Alii tamen putabant, ipſum dixiſſe veritatem, ſed nimis germanicè, & ſine diſcretione. Alii judicant, gravius ſubfuiſſe delictum. Obiit poſtea *Cuhlius* iſte in Paſtoratu *Pollenſi*, ùt in antiquo Necrologio vidi. Reperiebatur enim inter largos Benefactores Eccleſiæ iſtius. J. Cuhl. 1455.

§. CXX. AC. MCCCCLVII. *Engelbert de Eſcher*, propter tres amiſſos aureos rhenenſes, in horreo mane ſe ſuſpendit. Gratum pro ſectò diabolo jentaculum! *Martinus Roſſert* veneficus puellas ſuas mutabat in *canes venaticos*, qui capiebant ei lepores & alias feras, quibus lautè veſcebatur. Sed combuſtus eſt. Cum jam ſedebat in igne, *corvus* magna cum crocitatione ter ſuper caput ejus in gyrum volitavit, cum admiratione omnium. Engelb. de Eſcher. 1457. Mart. Roſſert.

§. CXXI. AC. MCCCCLXI. *Blaſius Bonnert* in vicina villa, in ipſo agone mortis ſuæ, ſuaviter & devotè cantabat ſacras & pulcras cantilenas, uti *cygnus* ante obitum ſuum. De fabuloſa cantione cygnea ante mortem videatur *Gothofredus Voigtius*, (k) ut multos alios brevitatis cauſâ hîc præteream. *Sebaſtianus Zahler*, Villicus noſter, ipſâ primâ feria Paſchæ, mane ante Solis ortum, per multos annos tres comederat *aranеas*, bytiro involutas, & in templo captas. Quo remedio tutum & immunem ſe profitebatur ab omni febri. ſuavis cantio in agone mortis, 1461. antiſebrile,

(e) L. I. Antiqu. Ducat. Thur. c. 11. per tot. (f) edit. Molsheim. 1623. (g) edit. 1655. (h) c. 9. (i) T. I. p. 342. ſeq. (k) in curioſit. Phyſ. c. 3.

Rosin de Stottelberg. 1469.

§. CXXII. AC. MCCCCLXIX. cum soror *Rosina de Stotelberg* Berenborg properaret, & fortè novam Scripturam legeret in saxo ad pontem, quod poni jussit *Bernhardus* de *Berenborg* propè *Cornize*, ruptâ in pectore venâ corruit statim mortua, de nullo molesto accidente antea lamentans. *Bernhardus* hujus nominis sextus, ultimus Bernburgensis lineæ Princeps, paulò ante excessum suum pontem construi jusserat super fluvium Wipperam, juxta pagum *Corniz*, propè *Bernburgum*, ubi Wippera in Salam se præcipitat. Lapidi ad pontem hæc feruntur incisa, quæ ex *Hopenrodio* repetit *Sagittarius*. (l)

Omnibus inspecturis salutem. Et in notitiam deveniat singulorum omnium hanc literam intuentium, quòd cum nostra bona voluntate & libera pons in Cornequiz ædificatus, & eundem pontem ab omni exactione & teloneo dimittimus penitus absolutum. Ut autem plenius hoc appareat, nostri Sigilli munimine roboramus. Datum in Berneburg.

Vitiosè autem scriptum est *Stotelberg* pro *Stoppelberg*. Quæ Dynastia olim erat in Diœcesi Padebornensi, qua de vid. *Hamelmann.* (m) & *Pideritium.* (n)

1474.

§. CXXIII. AC. MCCCCLXXIV. permisit Diœcesanus noster Abbatissæ, ut in literis se scriberet: *Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ*, sed non fecit. Papæ! cur electus Papa se non scribit *Dei & Cardinalium gratiâ*; *Gebhardus*, Episcopus Würtzburgensis, Comes Hennebergicus, qui seculo XII. sedebat, *solâ Dei gratiâ* Würtzburgensis Ecclesiæ Ministrum indignum se vocabat. Diœcesanus autem erat *Henricus Schauenburgicus*, Abbatissa verò Visbeccensis *Margaretha de Schedelke*, industria & pia Mater, quod epitaphium ejus testatur:

Martha *fuit* Margreta, *fuitque* Maria, laboris
& pietatis *amans*, *Virgineumque Decus*,

Adelbert. Russor. Apostol. 1477.

§. CXXIV. AC. MCCCCLXXVII. *Herimannus*, Præpositus in Eresberg, pro ornamento Conventûs, imaginem S. *Adelberti*, Rusciæ Apostoli, nobis misit. De hoc *Adelberto* iterum audiemus *Trithemium.* (o) Anno DCCCCLIX. venerunt Legati Gentis Ruscorum ad Imperatorem Magnum *Ottonem*, postulantes sibi dari aliquem Virum doctum, qui eos viam veritatis in fide Christi doceret, & Præsulatum more

(l) in hist Anhaltin. c. 11. §. 65. (m) de famil. emort. (n) P. II. chron. Lippiens. pag. 232. & 522. (o) T. I. annal. cit. p. 102.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [446] - 122

more christianorum inter illos susciperet. Quibus Imperator justa petentibus facilè consentiens, *Adelbertum* quendam, Monachum cœnobii Corbeiensis in Saxonia, *Virum doctum & sanctum* exhibuit, eumque priùs ordinari fecit Episcopum, ac deinceps cum Legatis in Russiam Apostolum destinavit: qui multos in terra Russorum, sive Ruthenorum, ad fidem christi exemplo convertit simul & verbo. A quibus tamen postea multas injurias sustinuit, & vix manus non credentium paganorum evasit. Mortuus tandem, sicut & in vita, multis miraculis claruit, & inter Sanctorum, sive Canonizatorum, numerum ejus memoria celebratur. *Russiæ* (Rugorum, Prussiæ al.) non *Tusciæ*, Apostolus fuit, quem errorem typothetæ meo debeo, schedas meas multis in locis confundenti & vitiosè exscribenti. (p) Sed vid. *Lamb.* ad ann. 960. & *Hartknochs* diss. 14. de *Reb. Pruss.*

stella cadens, 1480.

§. CXXV. AC. MCCCCLXXX. Stella major super conclave Abbatissæ in ortu auroræ, ipso natali die ejus, decidit, ipsa casum ejus spectante. Præclare *Seneca*, (q) *Stultissimum est*, ait, *existimare, aut* stellas decidere, *aut transilire, aut aliquid illis aufferri & abradi. Nam si hoc fuissent, jam defuissent. Nulla enim nox est, quâ non plurima* ire *& in diversum videantur abduci.* Atqui *quo solent, quæque inveniuntur loco. Magnitudo sua singulis constat.* Adde M. *Lindemanni*, Prof. Regiomontani, *Delicias Calendariograph.* (r) & *Godofredi Voigtii Delicias. Physic*; (s) qui specialiter *de stellis cadentibus* agunt.

ovis monstrosa 1483. vitulus cum cornu natus, salix medica, remedium in δυσοχίᾳ 1485.

§. CXXVI. AC. MCCCCLXXXIII. Nascitur ovicula *nigerrimi* coloris, cujus *pedes anteriores* erant *canini*, & *cauda albissima*. Pro singulari raritate diu aluerunt Domnæ nostræ. Nihil aliàs deformitatis, seu monstrositatis in ea. In *Osen* eodem anno vitulus cum *cornu acuto & incurvato* natus est: & in Pastoris cujusdam horto ad murum *salix* stabat, è cujus ligno si formabantur dentiscalpia, promiscuè omnes dentium dolores certò iis curabantur, tàm in infantibus, quàm adultis.

§. CXXVII. AC. MCCCCLXXXV. In antiquo manuali ad annum hunc sequentem reperi historiolam. Plebeja mulier in Diœcesi Mindensi ad Wisaram in laboriosо partu valde laborans, jussû anûs, *murem vivum* rubro filo super ventrem ligabat, de alio autem *mure domestico* jam capto, & subito in cinerem combusto, sumebat pulverem, & sublevata est onere suo & peperit filium. Dixit mihi D. *Colvæus*, summa Medicinæ arcana latere in *muribus* tàm majoribus quàm minoribus, quæ si sciremus, crimen nobis foret, vel unum necare.

(p) vid. Th. m. Illustr. Viror. Corb. Sax. c. 25. (q) L. I. quæst. nat. c. 1. (r) prognost. anno 1643. qu. 6. p. 239. (s) c. 19.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1,ZEN Leibn. Marg. 48, [447] - 123

Ostendat mihi curiosus hîc ingenium suum, siquidem observatiuncula hæc sublimiorem meretur speculationem.

& febribus, 1488.

§. CXXXIII. AC MCCCCLXXXVIII. In eodem manuali & hanc inveni. Nobilis, cognomine *Westphal*, tertianâ febre sic enervatus, ut solus amplius ire non posset, cum quotidie novi accederent morbi, & afflicto semper addebatur afflictio, illo ipso meridie, quô recurrebat dies paroxysmalis, (ita scriptum erat,) cum bono appetitu comedit *platessas*, & superbibit, loco potûs ordinarii, *urticæ succum* recenter expressum. De piscibus istis, ceu experto febrifugo, videatur *Blanckard* (t)

Hillesheim Diœces. è 7. Comitatib. unita 1493.

§. CXXIX. AC. MCCCCXCIII. *Stephanus de Malsborgk*, Presbyter in Hillesheim, Sorores in *Visbik* invisens, reliquit apud nos chartam, in qua probatum est quòd Diœcesis *Hillesheimensis* ex septem amplis & ingeniosis Comitatibus conjuncta sit. Annotat hoc Continuator ad ann. MCCCCXCIII. Sed error calculi erit. Meminit enim *Joannis* IV. Episcopi, qui eôpse anno nondum sedit.

✠.

✠. ✠.

Quàm mirabiliter Deus, qui omnia potest, Diœcesin *Hillesheimensem* exaltaverit; & dotaverit, pio & grato semper cogitandum est animo. E *septem* enim *magnis* & *præcipuis Comitatibus*, nunc deletis, concrevit, ut breviter nunc ostendam.

I. EX COMITATU WINTZENBORGK.

(u) Wintzenburg.

Erat Miles quidam *Lutholph* de terra Sveviæ, qui delicatam habebat conjugem, nomine *Sydoniam*. Ipse *Hermanno* de *Wintzenborgk* à multis annis amicus & familiaris fuerat, ut omnia bona de eo opinaretur. Sed occasio facit furem. Missus erat Miles iste in terram alienam. *Hermannus* igitur Comes flammâ libidinis ustus *Sydoniam vi* stuprat. Facto perfecto, multis minis, partim etiam precibus & promissis blandè & duriter ad perpetuum silentium sub corporali juramento cogere & necessitare voluit eam. Cum verò *Lutholph* domum rediret, obviam ivit uxor miserabili veste, tristi adspectu & lamentabili voce, multis etiam lacrymis, vim sibi à Comite factam marito enuncians. Qui subitò râ vehementer ardens, taliter qualiter eam suppressit, & festinavit ad Comitem. Et quia promtæ admissionis & familiaritatis ad eum erat, nec *Hermannus* de ruptura silentii *Sydoniæ* malè suspicaretur, humanus & affabilis alter erga alterum erat. Erat tunc Comitis uxor turgidè gravida. Quæ cum adhuc apud *Hermannum* suum in camera jaceret,

(t) C. VI. collect Med Phys. obs. 94.

jaceret, intrat Miles iſte noctu clanculum, & evaginato gladio Anno Domini MCLII. III. Kl. Febr. truci vultu & clamosâ voce Comitem *Hermannum* per pectus transfodit in ipſo lecto. *Luitgartis*, Comitis uxor, contrà vociferatur. *Veniet dies, quo te facti hujus pœniteat. In utero meo jam vindicem porto.* Sed ille: *huic malo ergo præveniam*, dixit, ipſamque *Luitgartim* cum partu ſuo occidit, & celeriter aufugit. In illo quaſi momento Spiritus *Hodeke* in reſidentia Epiſcopi *Bernarti* Hillesheimenſis, jam fere cæcutientis, (u) ad lectum ejus ambulat, & dixit ad dormientem: *ſurge, raſe, & occupa nunc Winzenborgk, quod tuum eſt. Surge, & abi celeriter.* Fecit ille, & ſic ab illo die, ex indulgentia Regia, totum Comitatum, cum civitatibus *Alveld* & *Gronah*, *Vreden*, & quàmplurimis villis, Eccleſiæ ſuæ incorporavit. (vv) Alii aliter narrant hoc factum, ſed ego retinui vulgatam traditionem. Ex Suevia erat iſte *Ludolphus*, ſed inter Miniſteriales Hillesheimenſes receptus. (x) Die præambulante, cùm in ſequente nocte *Hodeke* id nunciabat *Bernarto*, unus de canibus Venaticis parvum *leporem* in horto quodam captum, integrum & indiſcerptum in conclave tulit, & coram eo poſuit, variis geſtibus & baſiliarionibus gaudium ſuum extraordinarium faciens, quaſi jam prævidiſſet, quàm magnus bolus in iſta nocte Eccleſiæ ſuæ debebat dari. Ideo *Nicolaus Dornheimer* ita:

Fœcundum prædicebat Vates canis: *ergo*
ad Domin. leporem *pertulit ille pedes.*
Prodigio exemplum ſimile eſt, memorabile totum;
en, quantus pietas candida quæſtus erat.
Quærite cœlorum regnum, ſed quærite primùm;
omnia ſic Vobis adjiciam reliqua.
Hæc Domini vox eſt: audite ſalutis amantes;
omnis enim in ſola ſtat pietate ſalus.

Occiſus *Hermannus* cum *Luitgarte* in Wintzenborgk ſepultus eſt, & *Bernartus* Epiſcopus juſſit centum Miſſas pro refrigerio animarum eorum celebrari, inſimul anniverſarium utrique fecit. Dixerunt mihi, *Ludolph* occiſorem biennio poſt ab alio rurſus occiſum, totamque ejus domum marcuiſſe ſubitò, veluti floſculum ab æſtu Solis. Vidi hanc tragœdiam in loco quodam depictam cum his verſibus.

Tres

(u) Schaten. P. I. Annal. Padeborn. p. 793. (w) conf. Kranz. L. VI. Sax. c. 11. & L. VI. Metrop. c. 21. (x) Rectè igitur Engelhuſ. in chron. p. 223. ait: Hermannum à Miniſterialibus Hildeſemenſ. Diœceſ. gladio transverberatum eſſe in lecto.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [449] - 125

Tres ſunt occiſi: Herman, Ludgard, embryo; *cunctos*
una tegit tellus, una caverna tenet.
Sed necis auctorem Lutholph *vindicta ſecuta eſt,*
ut rurſus miſerâ morte periret. Ita:
Terribilis caſus, à Poſteritate notandus,
ſit tibi divinæ juſtitiæ ſpeculum.
Peccatum fuge, ſic Satanam infernumque fugabis:
eſt pia mens murus ferreus, ipſa quies.

II. EX COMITATU LAUENSTEIN.

(2) Lauenſtein,

Proprius olim Comitatus erat *Lauenſtein*, quem pro pignore primò acceperunt Pontifices Hillesheimenſes, poſtea dicuntur eum emiſſe, ut *Athelogus*, Epiſcopus XXV. (y) circa AD. MCLXXXIV. Pertinebant ad eum XXV. villæ. Oppidum hujus nominis & arx in monte, ubi in vicinia Comites de *Speculi monte* caſtrum ſuum habuêre *Spegelborgk*. *Lauenborgk* verò caſtrum non procul ab *Herlingsbergk*, quod auctorem habet *Segfredum* de *Quernvort*, Epiſcopum XXXIV. (z)

Dat leo, dat ſaxum *tibi nomen*: fortiter *ergò*
& conſtanter *agas. Sis* animoſa, *cata*,
Et conſtans *etiam. Sic hoſtis vincitur, atque*
Ehren-Stein Lauen-ſtein *tibi ſemper erit.*

A. W.

III. EX COMITATU PEYN.

(3) Peyn.

Potentes, ſed feroces, & tumultuoſi olim erant hi Comites, & faciebant Ducibus de Brunſvvich & Eccleſiæ Hillesheimenſi multa damna & moleſtias, ut illi, cunprimis *Albrecht*, cum *Joanne* Epiſcopo communibus armis eos oppugnarent, & in caſtro ſuo *Peyn* preſſiùs includerent, & pro nequitia ſua angerent. Videntes ergo Comites Ducis & Epiſcopi animoſum Zelum, cùmque hi ſine heredibus erant, humaniùs agere inceperunt, quod conſiderarent, longam obſidionem magnæ famis & multæ pecuniæ cauſam eſſe, eosque non poſſe ſuſtinere. Detractâ igitur cute leoninâ arripiunt vulpinam, & mittunt nuncios ad Epiſcopum, qui intimabant, ſe pro remedio animarum ſuarum voviſſe

(y) vid. chr. Hillesh. Reutel. p. 90. & Lezner. L. I. chr. Daſſel. c. 17. p. 8. (z) vid. not. Meibom. ad Herlingsberg. T. I. rer. Germ. p. 785. & Reutel. l. c. p. 97.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [450] - 126

voviſſe Beatiſſimæ Virgini Deiparæ in *Hillesheim*, caſtri omniumque bonorum ſuorum eam heredem facere, ſi contrà Epiſcopus curaret, ut Dux de bello deſiſteret, & abiret domum, ut ita ipſi in pace & ſecuritate Deo eò impenſiùs ſervire poſſent. Placet *Joanni* intentio & votum. Vadit ergo ad Ducem, & quàm ſumptuoſa, periculoſa, diuturna, & incerta hæc oppugnatio eſſet, multis verbis cum gravitate demonſtrat, melius eſſe eam in tempore ſeponere, &, aliis modis Comites iſtos ad obedientiam à ferocia ſua trahere. Credidit *Albrecht* Dux Epiſcopo, & copias ſuas abducit à caſtro. Cùm verò poſtea cognoſceret pactum, quod Comites cum Epiſcopo in ſilentio fecerant, irâ & rabie ſtimulatus, obſidionem de novo periclitari voluit, jurans in animam ſuam, ſe non velle, nec poſſe quieſcere, priusquam perdomiti eſſent feroces & rapaces iſti Comites. Interim *Joannes* moritur. Ut verò placaretur irati Ducis animus Capitulum *Hillesheimense* Fratrem ejus *Ottonem* in Epiſcopum & Succeſſorem mortui nuper *Joannis* eligit. Sed nec ſic placatus eſt *Albrecht*. *Otto* ergò Frater, ex continuo inſtinctu Clericorum, ſummopere & indeſinenter rogabat eum, ut ſaltim ad dies vitæ ſuæ Comitatum iſtum Eccleſiæ *Hillesheimenſi* relinqueret. Quod tandem pro rato accipit *Albrecht*. Sed cùm *Otto* Epiſcopus Fratrem ſuum ſuperviveret, manſit Comitatus hic apud Eccleſiam in hunc diem. (a) Rem hanc alii narrant aliter. (b)

Sic lupus *eſt captus?* (c) *quis vicit? Diva* Maria
fecit ovem, *modò quæ beſtia ſæva fuit.*
Hæc nunc ornat & auget, item cuſtodit ovile,
ne dicas poſthac: triſte lupus ſtabulis.
Impletum eſt Domini verbum, dicente Propheta,
agnos *atque* lupos *continet una domus.*
Supplicium ſibi quisque ſuum: ſi vera fateris;
nonne etiam ſoli Peyn *ſibi* pœna *fuit?*

J. S.

IV.

(a) vid. Kranz. L. VIII. Metr. c. 25. & L. VIII. Saxon. c. 28. ac ex eo Bunting. chr. Brunſvic. P. I. p. m. 98. a. (b) ùt Reutel. l. c. p. 96. (c) Inſigne Comitum Peynenſium in area, ſeu campo albo, lupus niger, expanſo rictu, duobus manipulis avenæ inclinatis & qs, ruentibus incumbens. Vid. addend. m. ad Lycograph. p. 207.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1,ZEN Leibn. Marg. 48, [451] - 127

IV. EX COMITATU WOLDENBERGK.

(4) Woldenberg.

Ultimi horum Comitum erant *Otto & Gerart.* Ille factus est Episcopus Hillesheimensis XXXVI. Hic verò populum rexit in patria sua. Sed quia sterilis manebat *Sophia*, & ipse propter adulterium, quod cum alia communi commiserat, occidebatur, sic *Otto* pro remedio animæ ejus, & totius Gentis de *Woldenbergk*, totum dominium Ecclesiæ suæ incorporavit circa AD. MCCCXXVIII. Sedes eorum erat in monte, in vicinia opidi *Boklem*, quod pertinuit ad eos, & plures quàm XXX. villæ. (d)

Propter adulterium Comitis capitale Gerarti
en! Hillesheimio mons *datur iste. Benè!*
Sic etiam à pravo poteris sperare salutem;
dirigis ad finem pessima quæque bonum,
Magne Deus: Sponsam hanc dotas ditasque benignè,
quid reddat? satis est obsequium *atque* fides.
Pro tanto Tibi reddet amore *libenter* amorem;
sic victa & vincta est semper amore *tuo.*
H. S.

V. EX COMITATU POPENBORCH.

(5) Popenburg.

Castrum horum Comitum in monte, seu potius in colle situm est, à Metropoli duobus milliaribus ad Leynam. Pertinuit ad eos opidum *Elzen*, cum sex amplis villis. Cum ultimis horum Comitum *Frethericus* circa AD. MCCCXXIX. (alii aliter numerant,) sine heredibus masculis moriebatur, Episcopus Hillesheimensis *Otto*, Comes de *Woldenbergk*, ùt beneficium suum ad se recepit, statimque castrum AD. MCCCXXX. instauravit & reparavit. In oppugnatione urbis Aconis inter Primates & fortes fuit *Albrecht*, Comes de *Popenborch*, tantæ staturæ & roboris, ut unus cum tribus pugnaret. (e)

Num popa, *seu tibi* pupa *dedit nomen? nihil ad me:*
es pupilla *chori, sis* oculusque *fori,*
Popponis burgum *potius nos dicimus: ille*
te struxit: verum tu, Frederice, *dabas.*

Quàm

(d) vid. Kranz. L. III. Metr. c. 12. qui tamen L. VIII. Metr. c. 25. pro memoriali Ottonis de Brunswig, Episcopi Hillesheim. XXXIII. habet, quòd arcem Woldenberg ditioni suæ addiderit. (e) conf. Arnold chron. Slav. L. III. c. 36.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [452] - 128

Quàm felix annus nobis exortus, amœnæ
eveniant ſtrenæ ſic mihi ſæpè, precor.

M. F.

VI. EX COMITATU DASSEL. (o) Daſſel.

Hunc ad ſe recepit *Henricus*, Comes de *Woldenbergk*, Epiſcopus Hildesheimenſis XXXV. ſed cum proteſtatione Prælati in Corbeia. Mortuo autem *Simone*, Comite hujus ſtirpis ultimo, AD. MCCCXXIX. ad Eccleſiam Hildesheimenſem plenè pervenit, ſedente *Ottone* de *Woldenbergk*, Epiſcopo XXXVI. (f)

Ceperat Henricus *Comitatum* Daſſelienſem,
cum ſed adhuc vivus, perdidit, ille, Simon.
Otto *Diœceſi tandem adjicit*, Otto *benignus*,
fercula qui Clero pinguia ſæpe dedit.
Sed niſi Majores nobis alimenta dediſſent,
otia quàm longa heu! dentibus - - forent.
Si danti dabitur, dabitur quoque vita ſalusque,
Otto *tibi*: *precor hoc*; *Clerus at omnis*: Amen!

B. F.

VII. EX COMITATU SCHLADEM. (p) Shladem

Mortuo *Henrico*, Comite de *Schladem*, hujus nominis ſexto, ſine maſculis heredibus, *Henricus*, Epiſcopus Hildesheimenſis, è Ducibus de Brunſwich, AD. MCCCXLV. Comitatum hunc ad Ocram, ſupra *Horenborgk* ſitum, ſuæ incorporavit Eccleſiæ. Pertinebat ad eum caſtrum & Præfectura *Vinnenborch*, ad quam tres villæ, ad caſtrum *Schladem* verò ſex parochiæ ſpectabant.

Contulit Henricus Schladem, *cantabimus illi*
prolixam requiem. Splendida pax ſit ei!
Cuique Deus, benefactori concede ſalutem
æternam, & vitam da ſine fine bonam.

O. R.

Ex his Comitatibus conjuncta eſt Diœceſis. Si nunc omnia loca in poteſtate Eccleſiæ eſſent, fortitudinem ſuam ùt leo oſtendere poſſet. Sed rete noſtrum valde ruptum eſt, ut tam grandes piſces vix amplius

(f) vid. chr. Reutel. Hildesheim. cum not. m. p. 98. Conf. Letzner chron. Daſſel. L. I. c. 13. ſeq. & L. II. c. 2. & 3.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [453] - 129

plius capiamus Infelix Episcopus *Joannes de Lauenborgk*, cum omnia amisisset; eique confratres extremam paupertatem demonstrarent, dixit: ita, miseria nostra magna est, sed quid faciemus? hoc tamen inde mihi bonum est, quòd omnia ista damna Psalmos pœnitentiales me docuerint cum devotione nunc recitare. A *Wintzenborgk* didici: Domine, ne in furore tuo arguas me &c. A *Lauenstein*: Beati, quorum remissæ sunt iniquitates. A *Peyn*: Domine, ne in furore tuo &c. A *Woldenberg*: Miserere mei Deus &c. A *Popenborch*: Domine exaudi orationem meam &c. A *Dassel*: De profundis &c. A *Schladem*: Domine exaudi &c. Certè si ita in angustiis & tribulationibus suis humiliter dixit, ut credimus, non erravit *Joannes*. Sic inclytum Ducatum Brunsvicensem ex decem & novem Comitatibus occupatis & incorporatis unitum suo tempore dicebat *Clockius*. (f)

qui Episc. Hildes. psalmos didicerit pœnitentiales?

Ducatus Brunsvic. ex quot Comitatibus unitus?

I.	*Dassel*	XI.	*Everstein*
II.	*Hallermund*	XII.	*Homburg*
III.	*Northeim*	XIII.	*Hoja*
IV.	*Ringelheim*	XIV.	*Spiegelberg*
V.	*Schladem*	XV.	*Schaumburg*
VI.	*Winzenborg*	XVI.	*Honstein*
VII.	*Woldenberg*	XVII.	*Blanckenburg*
VIII.	*Wölpe*	XVIII.	*Brochusen*
IX.	*Wunstorp*	XIX.	*Reinstein.*
X.	*Plesse*		

Prædicat quoque sacrum Hildenesheimensium numerum *Gabr. Bucelin.* (g) his verbis: *Potentissimus olim Episcopatus Hildesheimensis* septem Comitatus *opulentissimos habuit, ad incitas tamen pene redactus est sub* Joanne *Episcopo, Saxoniæ Leuenburgicæ Duce, cum is Brunsvicenses Duces hostiliter insectaretur, qui diuturno bello cum ipso congressi, & Victores omnibus pene ditionibus, urbibus castrisque ipsum exuere. &c.* Num verò *Stephanus* hic *Malsburgius*, seu schedæ hujus Autor sit, seu in privatum usum ab alio descripserit, Ecclesiæ Majoris Padebornensis Canonicus simul fuerit, quem circa annum MCCCCXXXV. & sequentes in variis chartis reperi, apertè haud dixerim.

Diaboli acta, 1496.

§. CXXX. AC. MCCCCXCVI. Variis in locis, plerumque in sylvis, sub forma *peregrinantis*, obviam factus est Diabolus hominibus, & val-

(f) L. II. de ærario c. 40. (g) in Topograph. German. notit. p. 41.

& valde interdum religiosè de sacris rebus, & corruptis Clericorum moribus disputavit. Accidit semel, ut sese associaret vetulæ in Comitatu *Diepholtiano*, & variis modis eam tentaret. Illa verò semper contradixit. Tandem protractâ Crucifixi imagine, dixit: *in hoc vivo, in hoc moriar.* Sic disparuit peregrinans. Verum in proxima ad viam arbore sedit *vultur* flammantibus oculis, quam arborem præteriret mulier, desuper avis cacavit in caput & vultum feminæ. Hæc dixit: *& hoc tibi facerem, si ego sederem supra, & tu ires, ut ego, infra.* Quod ex vetusto Anonymi libello transcribo.

execranda ignorantia rustici. 1498.

§. CXXXI. AC. MCCCCXCVIII. Ex collectaneis *Lindenerianis* habeo historiolam, quam ipsius verbis accipe. Deplorandum & execrandum omninò est, quàm frigidè & negligenter in verbo Dei multis in locis erudiantur plebeji homines, cum etiam Sacerdotes putent, sat esse, si modo Missæ interfit plebs diebus Dominicis & festis, ac semel in anno ex consuetudine sacrâ cænâ utatur. Hujus rei testimonium suppeditat rusticus in Diœcesi Mindensi, Monasterio *Visbicc* subditus. Qui in extremis jam constitutus, cum extremam unctionem postularet, & parochus loci ordinarius in urbe esset, è vicinia alium accersunt. Hic interrogavit antea ægrotum, an in Deum crederet, in Deum Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, inque hac fide firmus & mori & vivere vellet? affirmat ægrotus. Cùm verò Pastor distinctiùs quæreret: quis Deus Pater esset? respondit: *hunc ego non novi* Quis ergo Deus Filius esset? *de hoc nil audivi.* Hefft den de leve Here een sön? Quis igitur Deus Spiritus S. esset? *Domine Pastor*, dixit rusticus, *mihi non vacat, nec possum villam percurrere, & interrogare, quinam isti sint?* ey/ Here Pastor, eck kan im Dorpe nit herum lopen/ und fregen/ wer dú Lüte syn. O detestandam ignorantiam! Ecce sic margaritæ projiciuntur porcis, & sanctum datur canibus Hæc *Lindener* ad hunc annum annotavit.

reformatio Religionis Visbecc. 1500.

§. CXXXII. AC. MD. Oritur seculum, quod sanè uti laudatur ab his, sic culpatur ab illis. Ego, præter *reformationem Visbeccii*, factam sub *Francisco*, Comite Waldeccensi, *Philippi* F. Episcopo Mindensi LIII. Monasterienſi & Osnabrugensi L. vix memorabile quid tibi narrabo. De malis siquidem & damnis ex bello scaturientibus, ipse judicabis facilè. Vivente *Francisco*, Duce Brunsvicensi, *Henrici* Senioris F., *Francisci* Waldeccensis Antecessore, *Albertus Niseus* aliquot annis doctrinam Evangelicam modestè & sedatè in templo D. Mariæ Mindæ docuerat, nec in externis ritibus usitatis quidquam mutârat. Mortuo autem Episcopo XXIX. Novemb. AC MDXXIX. in arce Guelforum apud Fratrem *Henricum*, triginta ex civibus Mindensibus delecti *Nicolaum Cragium*, ex

Alb. Niseus, 1529.

Nic. Crag.

ex vicino *Erici* Comitis Hojenſis oppido *Stoltena*, ad Eccleſiæ conſtitutionem evocant. Is, ſcribente *Davide Chytræo*, (h) *Zelum religionis ardentem præ ſe ferens, in omnibus templis, cathedrali excepto, docet, & veteres ritus ſubitò ubique abolet, & in Canonicos & Monachos omnibus concionibus ex ſuggeſtu fulgurat & fulminat. Quâ ſubita mutatione, & concionum novarum acerbitate, & populi concitati fremitu & minis Canonici territi ex urbe fugiunt, & in Cameræ judicio urbem accuſant, eoque rem poſt aliquot annos deducunt, ut Imperiali banno Mindenſes ſubjicerentur.* Cum autem *Nicolaum Cragium*, omnia immoderatè agentem, Senatus ipſe tandem ejiceret, de conſilio *Urbani Regii*, *Gerardus Omichius* eò vocatus, & paulò poſt *Urbanus* ipſe aliquamdiu in ea Eccleſia docuit: *Franciſcus* Waldeccenſis autem, dicente *Chytræo*, *pius* erat Princeps, *ſapiens, juſtus, clemens, ac humanus, & non ſæviens in pios Evangelii Miniſtros & auditores.* Ideò etiam *fautor hæreticorum* à malevolis ſuis dicebatur. *Bucelino* tamen (i) eſt *Vir laudatiſſimus, mente & corpore Heros.* Quicquid ſit: reformabatur ſub eo *Visbeccium* noſtrum, quod adhuc Proteſtantium doctrinam defendit. Retur tamen amicus, mutatam fuiſſe religionem, poſt exceſſum *Franciſci*, ſub *Georgio*, Duce Brunſvicenſi, anno MDLIV. *Juſtus Hoge* ita luſit:

Gerard. Omich.

1554. J. Hoge,

Phosphore, redde diem: nox eſt erroris abacta:
da lucem: tenebras pelle bonis avibus.
Surge Heros! ſequimur Te corde animoque, Lutere,
Phosphore, ſurge citò: Phosphore redde diem.
Tolle jugum, quod Papa facit; phantaſmata ceſſent:
ſit lux, ſit nobis lux & amœna dies!

obitus Georg. Epiſ. Mind. 1566.

§. CXXXIII. AC. MDLXVI. IV. Novembr. viam univerſæ carnis ambulat *Georgius*, vir catholicus, genere & eruditione Princeps, (k) Epiſcopus Bremenſis, Ferdenſis & Mindenſis, inſignis benefactor & Protector Eccleſiæ *Visbeccenſis*, anno ætatis ſuæ LXXV. Bremenſes *Henricum*, Ducem Saxoniæ, Angariæ & Weſtfaliæ, *Franciſci* F., Archi-Præſulem crearunt. Ferdenſes *Eberhardum de Holle*, Abbatem antea Lyneburgi ad S. Michaëlem, tunc Epiſcopum Lubeccenſem, triennio antè à *Georgio* Succeſſorem ſibi nominatum, & à Collegio electum, confirmarunt. Sub quo Eccleſia *Ferdenſis* quoque reformata eſt. Mindenſes verò vicini ſui *Ottonis*, Comitis Schaumburgici F., *Hermannum*.

Holla, Antiquiſſima Sedes Nobiliũ ab *Holle* in Comitatu *Woldenbergico* fuit *Holla*, quam

(h) chron. Saxon. L. XII. f. 366. (i) G.S.P.I. pag. 31. (k) idem l. c.

quam ante CCCC. annos quidam istius Gentis cum Comite inimicitias capitales exercens, cùm in conflictu propè *Grapsdorp* Comitem interfeciſſet, iterum captus, proſui liberatione, unà cum centum & quinquaginta ſubditis, cedere Comitis heredi coactus eſt. Poſtea igitur in Diœceſi Mindenſi & Comitatu Schauenburgenſi ſedes fixit, ubi in cœnobio *Luccenſi* ſepulturæ locum poſteri habuerunt. (1)

§. CXXXIV. AC. MDLXXXI. *Hermannus*, Epiſcopus Mindenſis, ſponte reſignat cùm feciſſet ſibi antea in Eccleſia *Visbeccenſi* ſacrum memoriale: at quale & quantum? hoc non addidit, qui notaverat. Cum aliquando acerrimus doctrinæ Lutheranæ hoſtis ipſum *Lutherum*, turpiter & monſtrosè depictum, per totam Diœceſin circumferret, ad ſe vocari juſſit hominem, blandiſque increpans eum verbis, dixit: *miſeret me tui, quòd tempus adeo turpiter, & inutiliter perdideris.* Ceterùm in gratiarum actionem, nomine *Visbeccenſium*, *Michael Clingler* hoc diſtichum fecit. Herman. Epiſco. 1581. Lutherus depictus.

Das nobis, Hermanne, *dabis plus, atque dediſti:*
ergo Tibi Dominus det, dedit, atque dabit.

§. CXXXV. AC. MDLXXXV. *Henricus Julius*, Dux Brunſvicenſis, Epiſcopus Mindenſis, cum Dorothea *Auguſti*, Saxoniæ Electoris, Filia nuptias Guelferbyti celebravit, reſignans, ut convenerat, Epiſcopam Collegio Cathedrali. Pater ejus alterum Filium *Philippum Sigismundum* recipi petit. Quem non prorſus recuſant Canonici, modò Dux Brunſvicenſis Præfecturas aliquot Comitatus Hojenſis, quas ſibi vigore veterum transactionum deberi affirmabant, reſtituat. Cum autem diutius deliberandum Brunſvicenſis cenſeret, & tempus electionis, canonibus definitum, interea effluxiſſet, Archi-Epiſcopus Colonienſis, *Erneſtus* Bavarus, miſſis Legatis, confirmabilem in curia Romana deſignari periit, ac ſeipſum non obſcure Collegio commendavit. Quod cum non obtineret, poſtea Legatus Pontii eius *Franciſcus Bonhomius*, Epiſcopus Vercellenſis, Collegium Mindenſe Aquisgranum citavit ad videndum & audiendum declarari: quia juſto tempore Epiſcopum non elegiſſent vel poſtulâſſent, electionem hâc vice ad *Erneſtum* Archi Epiſcopum Colonienſem & Metropolitanum devolutam, ut is Epiſcopæ de habili perſona provideret. Collegium verò libertatem electionis ſuam, à Prædeceſſoribus acceptam, retinere cupiens, vicinorum Mindæ Comitum Schauenburgenſium Fratrem *Antonium*, Præpoſitum Hildesheimenſem Henricus Jul. Epiſc. 1585. Anton. Epiſc.

(1) Chytr. l. a. p. 590.

sem & Decanum Colonienſem, ſibi Epiſcopum creat, & Mindæ in Summo templo publicè renunciat AD. MDLXXXVII. XXVIII. Auguſti. (m)

1587.

Chriſtian. Epiſc. 1599.

§. CXXXVI. AC. MDXCIX. Præſul Mindenſis inauguratur *Chriſtianus*, *Wilhelmi*, Ducis Brunſvicenſis, Filius, cum quo varia diſſidia *Visbeccenſibus* fuere. Non nemo ita in Eum:

Es Chriſti Janus; *tu tergo, fronteque ſpectas;*
& ſupera & media, ac infima quæque vides.
Argus *Mindenſis ſic Tute vocabere poſthac:*
totus perfectus ſis oculiſta *mihi.*

Monachi cœnobia ſua repetunt, 1628.

§. CXXXVI. AC. MDCXXVIII. Creſcente in dies doctrinâ Lutherana, aut vacua ſtetêre Monaſteria, ſeu diruta ſunt, vel tamen reformata. Conabantur quidem Monachi expulſi, inprimis Franciſcani, qui *Minores*, ſeu *Minoritas* ſe vocant, etiam ſequente ſeculo, mutata & ablata Ordinis ſui cœnobia in Diœceſi Mindenſi aliisque à Proteſtantibus repetere, ſed fruſtra. Vidi commiſſionem *Georgii Smalenbergii*, Fratrum Minorum Conventual. S. Franciſci in Provincia Colonienſi Provincialis, *Joanni Gülicher*, ejusdem Ordinis Presbytero, ideò datam, ſed ſine omni ſucceſſu. Sic tamen iſte *Georgius*.

commiſſio Provincialis,

FRater *Georgius Smalenberg*, S. Theologiæ Baccalaureus, Fratrum Minorum Conventualium S. *Franciſci* in Provincia Colonienſi Provincialis, R. P. *Joanni Jülicher*, ejusdem Ordinis Presbytero & Commiſſario ſuo ſalutem. Cum juris ſit hæreditarii, ea repetere loca, domus, & conventus, qui à Noſtri Ordinis Fratribus & Fundatoribus quondam ad honorem Dei & Ordinis noſtri Decorem, ædificati, & ad temporis ſpatium per temporum injuriam derelicti & deſolati fuerunt, nunc autem ex mandato Cæſareæ Majeſtatis ii Religioſi eosdem Conventus repetere, iisdemque reſtitui debeant, quorum ante hac fuerunt. Hinc ratione officii Provincialatûs, quô fungimur, in Provincia Colonienſi, ſive *trium Regum*, Nos de diligentia, induſtria & probitate Dilecti noſtri in Chriſto P. *Joannis Jülicher*, Ordinis noſtri Fratrum Minorum Conventualium S. Franciſci, plenam in Domino fiduciam habentes, ex certa ſcientia noſtra, omni meliori

(m) idem l. c. p. 819.

meliori modo, via, jure, causa, forma & effectu, quibus melius validiùs & efficaciùs possumus & debemus, constituimus & deputamus, præsentium tenore, Legatum, indubitatum Commissarium, actorem, factorem, negotiorumque infrà scriptorum gestorem ac Nuntium specialem ac generalem ipsum P. *Joannem Jülicher*, nostro ac totius religionis nostræ nomine, pro Nobis totaque religione nostra Ordinis S. Francisci Fratrum Minorum Conventualium, in Diœcesibus *Moguntinensi*, *Osnabrugensi*, *Mindensi*, *Hildesiensi*, *Corbeiensi* & Comitatibus *Lippiensi*, *Ravensbergensi* & *Waldeccensi*, aut coram Sereniſſimis, coram Illustribus ac Generosis Comitibus, Dominis Satrapis, & Consiliariis, & omnibus ad hoc negotium spectantibus, aut Senatu cujuscunque civitatis, Judicibus, Scabinis, ratione Conventuum nostrorum recuperandorum, ad Nos de jure spectantium, jam quomodocunque esoldatorum, qui juxta mentem & voluntatem Cæsareæ Majestatis, Summi Pontificis, & Congregationis Cardinalium sunt repetendi & adeundi, omnia & singula faciendi, quæ recta ratio & juris ordo ad hoc suaserit, & quæ nos ipsi exerceremus & faceremus, si præmissis omnibus & singulis personaliter interessemus. Promittentes, Nos ratum, gratum, & firmum perpetuò habituros totum id, quidquid per P. dictum *Joannem Jülicher* constitutum, actum, gestum, & procuratum fuerit in præmissis, seu aliquo præmissorum. In quorum fidem has manu propriâ subscriptas Officii sigillo majori communivimus. Actum *Susati* in Conventu nostro Anno Domini Millesimo sexcentesimo vigesimo octavo, die quidem undecimo Mensis Januarii.

L. S.

F. Georgius Smalenberg,
qui suprà

§. CXXXVIII.

Visbec. adhuc confirmatur Abbati Corb.

§. CXXXVIII. Uti ergo quondam Abbas Corbeiæ Saxonicæ reapſe non ſolùm *Præpoſitus*, *Proviſor* & *Inſpector* perpetuus fuit Ampliſſimi hujus Collegii *Visbeccenſis*, poſtquam *Conradus* III. *Wiboldo*, Ejusque Succeſſoribus, de ſuo & Regni jure, in poteſtatem & jus atque dominationem Corbeienſis Monaſterii id dedit: ita Sacra Cæſarea Majeſtas in charta confirmationis ſuæ omnium Eccleſiarum, ſeu Monaſteriorum, Corbeiæ commiſſorum & annexorum, licèt hodiè avulſorum, ut *Kaminadenſis*, *Schackenſis*, *Werbenſis*, *Groningenſis*, & *Visbeccenſis*, diſertè adhuc meminit, eorumque jura & privilegia innovat & approbat, quod ex *Matthiæ* Imp. diplomate, *Theodoro*, ſeu *Tiderico* IV. Nobili Weſtfalo, è Gente *Berninghuſiana*, ſeu, ùt veteres catalogi ſcribunt, *Bernichhuſiana*, non *Verminckhuſiana*, (quæ corrupta ſcriptio *Stangefolii* eſt,) Abbati LIII. dato Linzii AC. MDCXIII. V. Decemb. ex diplomatibus *Leopoldinis Chriſtophoro Bernhardo*, Epiſcopo Monaſterienſi, ùt Poſtulato Adminiſtratori Corbeienſi, dat. Viennæ AC. MDCLXII. VII. Junii, *Chriſtophoro*, ex antiqua *Bellinghuſana* familia nato, dat. Lincii AC. MDCLXXXI. V. Mart. & noviſſimè moderno FLORENTINO, ex vetuſta & Nobili Stirpe de *Velde*, in Diœceſi *Ruremundenſi*, profatò, dat. Vienn. AC. MDCXCVII. XVIII. Novemb. luculenter vidi; quod ultimum diploma majoris fidei gratiâ hîc exhibebo.

à Leopoldo I. Imp.

LEOPOLDUS, divinâ favente Clementiâ Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex, Archi Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio Moraviæ, Dux Lucemburgiæ ac ſuperioris & inferioris Sileſiæ, Würtenbergæ & Teckæ, Princeps Sveviæ, Comes Habspurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravius Alſatiæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Burgoviæ, ac Superioris & inferioris Luſatiæ Dominus, Marchio Sclavonicæ, Portûs Naonis & Salinarum, &c.

Ad perpetuam rei memoriam recognoſcimus, & notum facimus, tenore præſentium, univerſis, Quòd cùm nihil magis cùm ad Auguſtalem amplitudinem quà conſervandam, quà extollendam, atque illuſtrandam, tùm ad æternæ Salu-

tis, & cœleſtium gaudiorum prœmia promerenda, conducere firmiter credamus, quàm cùm Eccleſiaſticarum ac Deo dicatarum, divinisque obſequiis jugiter deditarum perſonarum commodis benignè volentes intendimus, ac Cæſarei iisdem favoris ſubſidia liberaliter ac prolixè indulgemus. Ac ſanè Nobis Venerabilis *Florentius*, Abbas Monaſterii Corbeienſis, Ordinis S. Benedicti, Princeps devotus Nobis dilectus, ſubmiſsè exponendum curâvit, Venerabilem quondam ejusdem Monaſterii Abbatem *Chriſtophorum* jam defunctum, privilegiorum dicto Monaſterio Corbeienſi, à Divis olim Romanorum Imperatoribus ac Regibus, Anteceſſoribus Noſtris, conceſſorum confirmationem quinta Menſis Martii anni Milleſimi, ſexcenteſimi, octuageſimi primi, à Nobis obtinuiſſe, & Nos porrò ſuppliciter rogârit, ut cùm prædictus Abbas *Chriſtophorus* jam vitâ functus, & ipſe in locum ipſius, conſentientibus omnium Capitularium ejusdem Monaſterii Religioſorum ſuffragiis, electus, & à ſancta Sede Apoſtolica approbatus confirmatusque fuerit Abbas, ſibi ac memorato Monaſterio, curæ ſuæ commiſſo, aliisque eidem annexis, videlicet *Meppenſi*, *Hervordenſi*, *Montis Martenſi*, *Groningenſi*, VISBECENSI, *Kemnadenſi*, *Scakenſi* & *Werfenſi*, privilegia, libertates, honores, exemtiones, Jura, indulta, immunitates, beneficia & gratias, uſus, laudabiles conſvetudines, ac conceſſiones iisdem conjunctim, vel cuilibet eorum ſeorſim, per Sacratiſſimæ recordationis Anteceſſores Noſtros, Auguſtos Romanorum Imperatores ac Reges, nominatim verò *Ludovicum* Pium, *Caroli* Magni Filium, Fundatorem, *Ludovicum* juniorem, *Arnoldum*, *Conradum* primum, *Conradum* ſecundum, *Henricum* tertium, *Henricum* quartum, *Ottones*, *Conradum*, *Rudolphum*, *Hermannum*, *Fridericum* primum, & nonnullos alios Principes ſeculares & Dominos, conceſſos & conceſſa, & noviſſimè per Auguſtiſſimæ memoriæ Divos *Rudolphum* ſecundum, *Matthiam*, *Ferdinandum* II. & III. Imperatores, Dominos, Agnatos, Avum, Genitorem &

Prædeceſſores noſtros colendiſſimos, Nosque Ipſos prædicto quondam Abbati *Chriſtophoro* confirmatas & confirmata, uti & munus & titulum *Advocati & Cuſtodis perpetui* Sacrorum S. Viti lipſanorum, quo à *Conrado* ſecundo olim Abbas Wiboldus, per aureum donationis Cæſareæ annulum, inſignitus fuit, ex innata Imperiali Beneficentia itidem laudare, approbare, confirmare, innovare, & quatenus opus, de novo atque integro, & quod ſæpe dictum Monaſterium Corbeienſe omnium bonorum, jurium & jurisdictionum in oppidis, caſtris, villis, præſertim *Hüxar*, cum libertate domorum & moneta, & omnium jurium ibidem, *Beverungenſis*, *Haddebergenſis*, *Holtzmünden*, *Amelunxen* cum terminis, circumſtantiis, & circumjacentibus, *Voltzen*, *Kottenberga*, & aliis caſtris, villis, nemoribus, atque aliis rebus bonisque, ubicunque locorum exiſtentibus, ad ſæpe memoratum Monaſterium ſpectantibus ac pertinentibus in decimis, novalibus, venationibus, & in nemore quoque quod dicitur *Sölinge* uſum venandi (quod vernaculâ Wildbahn vocatur) cum ceteris ibidem dicti Monaſterii juribus, piſcationibus in *Weſer*, *Netha*, & ceteris fluminibus in *Beveren*, *Solbeka*, *Ereſburg*, & *Volkmarſen*, cum judiciis occultis, ſive vetitis, atque aliis juribus & jurisdictionibus, alta, media, infima, auri & argentifodinis, auri & argenti fluentis, nec non ſuper libertate & exemtione telonii de bonis Monaſterii Corbeienſis dandi facultatem & poteſtatem redimendi, libereque impignoratis redemtis utendi, fruendi, ac poſſidendi, concedere, & ex ſpeciali gratia ipſum Monaſterium Corbeienſe, cum prædictis ei commiſſis & annexis, in noſtram & Sacri Romanii Imperii protectionem ac defenſionem clementer ſuſcipere dignaremur. Nos igitur precibus præfati Abbatis *Florentii*, utpote rationi conſonis, benignè inclinati, & nullo inducti errore, ſed ſcienter, prudenter, atque animo bene deliberato, ſano ac maturo capto conſilio, deque Cæſareæ noſtræ poteſtatis plenitudine, omnia & ſingula

gula privilegia, libertates & exemtiones, jura & indulta, gratias, immunitates, usus, laudabiles consuetudines & concessiones quascunque tàm per præfatos Romanorum Imperatores & Reges, quàm alios quoscunque sœpe mentionato Monasterio Corbeiensi, *& suis annexis*, ùt suprà, concessas & concessa, indulta & indultas, prout hæc omnia ritè processerunt, & hactenus introducta sunt, tenta & possessa, & in præsenti tenentur & possidentur, prout in suis capitibus, articulis, clausulis, sententiis, verborum expressionibus & punctis plenius designantur, ac si præsentibus nominatim ac de verbo ad verbum forent expressa & expressæ clementer laudavimus, approbavimus, confirmavimus, ratificavimus, corroboravimus, atque innovavimus, prout tenore præsentium laudamus, approbamus, confirmamus, ratificamus, corroboramus atque innovamus, &, quatenus opus est, de novo atque integro concedimus atque elargimur, nec non Eidem Abbati *Florentio*, ejusque Successoribus, inquantum de jure possumus ac valemus, damus, impertimur, ac concedimus facultatem ac potestatem quæcunque oppignorata, & distracta, pertinentia & spectantia ad ipsum Monasterium, redimendi, & recuperandi, illisque & illorum usibus (ut præmissum est,) utendi, fruendi, ac potiundi. Porrò quò præfatus Abbas à Nostra Cæsarea sublimitate uberiore beneficentiæ cumulo se sentiat muneratum, scientiâ & auctoritate, quibus suprà Eundem Abbatem *Florentium*, ejusque Conventus ac *Monasteria connexa*, singulosque Patres & personas, nec non subditos, cum eorum bonis, juribus, corporalibus sive incorporalibus, & jurisdictionibus, alta, media & ima, seu bassa, præsentibus & futuris, in nostram & Sacri Imperii tuitionem, salvam guardiam, defensionem & protectionem assumimus per præsentes. Mandantes universis & singulis Electoribus, aliis Sacri Romani Imperii Principibus, Ecclesiasticis & secularibus, Archi-Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus,

Nobilibus, Clientibus, Balivis, Capitaneis, Vice Dominis, Præfectis, Castellanis, Universitatibus, Comunitatibus, locum tenentibus, Officialibus, Burgi Magistris, Judicibus, Consulibus, Civibus, & generatim omnibus & singulis Nostris & Sacri Romani Imperii subditis & fidelibus dilectis, cujuscunque statûs, gradûs, ordinis, dignitatis, præeminentiæ, & conditionis fuerint, districte præcipiendo, ne prætactum Abbatem Corbeiensem, Ejusq; Conventum & Monasteria, eorumque subditos, in confirmatis per Nos privilegiis, juribus, gratiis, libertatibus, immunitatibus, concessionibus & indultis, eorumque omnium usu ac fructu impediant, molestent, perturbent, aut impedientibus, seu impedire volentibus, auxilium, consilium aut favorem præstent directè vel indirectè, quovis quæsito colore aut prætextu: Nostris tamen & Sacri Imperii juribus in præmissis semper salvis. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc Nostræ Augustalis laudationis, approbationis, confirmationis, ratificationis, corroborationis, innovationis, ac redintegratæ concessionis paginam infringere, aut violare, aut ei quovis ausu temerario contraire. Si quis autem secus faxit, is præter quod gravissimam Nostram indignationem incurret, ducentarum auri puri, puti, probi, sui exsemisse Imperiali Nostro ærario, sive Fisco, ex altero verò semisse injuriam passorum usibus, totiens quotiens contraventum fuerit, omni remissionis ac veniæ abscisså spe pendendarum mulctam dare am nunc damnas esto. Harum testimonio litterarum manus nostræ subscriptione & sigilli nostri Cæsarei munitarum. Quæ dabantur in Civitate nostra *Vienna* die decima octava Mensis Novembr. A. D. Millesimo sexcentesimo nonagesimo septimo, Regnorum nostrorum *Romani* quadragesimo, *Hungarici* quadragesimo tertio, *Bohemici* verò quadragesimo secundo.

Leopoldus,

Vt. Sebastianus Wunibaldus Comes à Zeyhe,
Ad mandatum Sacræ Cæsar. Majest. proprium
Lutzo Dolberg m. p.

§. CXXXIX.

§. CXXXIX. Annon idem ſcopus & intentio Summi Pontificis, dum optimo Præſuli FLORENTIO *curam, regimen & adminiſtrationem* Imperialis ſemperque Liberi Monaſterii Corbeienſis *in ſpiritualibus & temporalibus plenariè* committeret, omnia alia ſimul ei annexa & ſubjecta Monaſteria & Eccleſias, eodem modo committere? Monaſterium enim Corbeienſe, ut *Totum*, omnes ſuo dominio ſubditas Eccleſias, ceu *partes*, includit & complectitur. Sic enim Monaſterium hoc *Gubernatori provido & fructuoſo adminiſtratori ſe commiſſum gaudebit*. Addo ipſius *Innocentii* XII. chartam. Quæ licet ejusdem tenoris cum illa ſit, quam in *Decreto Synodi Mogunt.* (n) dedimus, ideo tamen dabimus, quòd hic Archimandrita, contra morem Prædeceſſorum ſuorum, à Reverendiſſimo & Celſiſſimo Domino HERMANNO WERNERO, Epiſcopo Padebornenſi, S. R. I. Principe, Comite Pyrmontano, & Cathedralis Eccleſiæ Hillesheimenſis Præpoſito, anno MDCXCVII. Menſe Majo, adſtantibus Domino *Auguſtino* Mariæmünſtrenſi, & Domino *Georgio* Abdinghofenſi Prælato, cum plauſu omnium Bonorum, ſolenniter inauguratus ſit, etſi ipſa bulla Monaſterium Corbeienſe *nullius, ſeu Padebornenſis, Diœceſis, ſed Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectum* diſtinctè bis nominet. Faxit Deus, ut *conſilio & auxilio* Ejus ſit porrò firma, ſtabilis & candida concordia Padi inter fontes & Corbeiam! & Summo Pontifice

INNOCENTIUS, Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio *Florentio à Velde*, Abbati Monaſterii S. Viti Corbeienſis, *nullius, ſeu Paderbornenſis Diœceſis*, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Summi diſpoſitione Rectoris ad regimen univerſalis Eccleſiæ aſſumti, curis angimur aſſiduis, & continuâ meditatione pulſamur, ut opem & operam, quantum Nobis ex alto conceditur, efficaces impendamus, quatenus Orbis Eccleſiæ & Monaſteria univerſa, Paſtorum regiminibus deſtituta, per Noſtræ Providentiæ miniſterium viris committantur *idoneis, qui ſciant, velint, & valeant* Eccleſias & monaſteria ipſa eis commiſſa ſalubriter regere, & feliciter gubernare. Sanè Monaſterio S. Viti Corbeienſis, Ordinis S. Benedicti, Congregationis Bursfeldenſis, *nullius, ſeu Paderbornenſis Diœceſis, Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjecto*, cui quondam *Chriſtophorus* à *Bellinghauſen*, ipſius Monaſterii Abbas, bulla Ejus

(n) §. 29. p. 518.

dum viveret, præsidebat, per obitum dicti *Christophori* Abbatis, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, Abbatis regimine destituto, Dilecti Filii, Capitulum & Monachi dicti Monasterii, ad quos electio personæ idoneæ in Abbatem ipsius Monasterii, dum pro tempore vacat, juxta concordata dudum inter Sedem Apostolicam & Inclytam Nationem Germanicam inita, spectare & pertinere dignoscitur, pro futuri inibi Abbatis electione celebranda, vocatis omnibus, qui voluerunt, potuerunt, & debuerunt electioni, hujusmodi commodè interesse, die ad eligendum præfixa, ùt moris est, in unum convenientes, Te ordinem ipsum in dicto Monasterio, cujus Monachus esse dignosceris, expressè professum, in Diœcesi *Ruremundensi* ex catholicis Parentibus de legitimo matrimonio procreatum, in ætate legitima, & in sacro Presbyteratûs ordine constitutum, *qui in sacra Theologia & functionibus Ecclesiasticis satis versatus*, & fidem catholicam, juxta articulos, jam pridem à Sede Apostolica propositos, ritè professus es, in eorum & dicti Monasterii Abbatem concorditer elegerunt, Tuque electioni hujusmodi, illius Tibi præsentato decreto, consensisti. Nos igitur electionem prætactam de persona tua, cui apud Nos *de religionis Zelo*, *vitæ munditia*, *morum honestate*, *spiritualium providentia*, *& temporalium circumspectione*, *aliisque multiplicium virtutum donis* fide digna testimonia perhibentur, ùt præfertur, factam, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio, juxta decretum Congregationis rebus Consistorialibus propositæ, Apostolicâ auctoritate, approbantes & confirmantes dicto Monasterio de persona tua Nobis & iisdem Fratribus nostris, *ob tuorum exigentiam meritorum*, accepta de simili consilio dictâ auctoritate providemus, Teque eidem Monasterio in Abbatem præficimus, *curam*, *regimen & administrationem* dicti Monasterii Tibi *in spiritualibus & temporalibus plenarie* committendo, in illo, qui dat gratiam & largitur præmia, confidentes, quòd, dexterâ Domini tibi

assi-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [466] - 142

assistente propitiâ, Monasterium prætactum per *Tuæ circumspectionis industriam, & studium fructuosum* regetur utiliter & prosperè dirigetur, ac grata in iisdem spiritualibus & temporalibus suscipiet incrementa. Quocirca Discretioni Tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus impositum Tibi à Domino onus Regiminis & administrationis prætactorum promta devotione suscipiens, curam, regimen, & administrationem hujusmodi sic sollicitè geras & fideliter prosequaris, ut per Tuæ diligentiæ laudabile studium Monasterium ipsum *Gubernatori provido & fructuoso Administratori gaudeat se commissum*, Tuque, præter æternæ retributionis præmium, Nostram, & dictæ Sedis benedictionem & gratiam exinde consequi merearis. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem annô Incarnationis Dominicæ M DC XCVI. tertio nonas Decembris, Pontificatus nostri anno sexto.

§. CXL. Denique catalogum *Abbatissarum* Visbeccensium addo, quotquot hactenus reperi. Index Abbatissar. Visbeccens.

I.	*Alfheyd* vixit Anno	1004.	1017.
II.	*Abyg*	1025.	1030.
III.	*Hadvvigis*	1044.	
IV.	*Maria* I.	1070.	1086.
V.	*Bertha* electa Anno	1086.	1101.
VI.	*Maria* II.	1170.	
VII.	*Adelheid* I.	1248.	
VIII.	*Catharina* I.	1287.	
IX.	*Lutchardis* I. de Holte	1304.	
X.	*Sophia*	1313.	1319.
XI.	Dei gratiâ *Lutchardis* II. de Schœnborg (al. Schauenburg)	1321.	1341.
XII.	*Lutchardis* III. Dei gratiâ de Hallermund	1346.	1370.
XIII.	*Alheid* II. Dei gratiâ de Sternberg	1383.	
XIV.	*Alheid* III. Schulzin	1391.	
XV.	*Rotschvvid* Dei gratiâ	1398.	
XVI.	*Mechtildis* de Defholt (Diepholt)	1409.	1428.

XVI.

XVII.	*Cunegundis* I. de Mollenbeck	1443.
XVIII.	*Ermegardis* de Reden	1458. 1466.
XIX.	*Margaretha* de Schedelke	1471. 1474.
XX.	*Elisabetha* Bock	1494.
XXI.	*Cunegundis* II. de Zertzen	1506. 1534.
XXII.	*Maria* III. de Zertzen, Dei gratiâ,	1539.
XXIII.	*Catharina* II. de Rottorp	1563.
XXIV.	*Anna* I. de Alten	1572. 1585.
XXV.	*Agnesa* de Mandelsloh	1590. 1618.
XXVI.	*Anna* II. de Kniggen	1627.
XXVII.	*Sophia Dorothea* de Mandelsloh	1633.
XXVIII.	*Elisabet. Sidonia* de Arensted, electa ann. & adhuc præest.	1673.

epilogus, §. CXLI. Tantum est, quod de *Visbeccio* è sordibus & tenebris eruere potui. Quod si B. L. explanatâ susceperis fronte, meminero istius Maroniani, (o)

In tenui labor est: tenuis non gloria, si quem
Numina læva sinunt, auditque vocatus Apollo.

Interim, priscâ Martyrum formulâ, (qua de alii,) (p) ago

DEO GRATIAS!

(o) L. IV. Georg. v. 6. seq. (p) Dilherr. L. I. Elect. c. f. Joach. Hildebrand in Arte bene moriendi c. 9. p. 158. Drexel. Prodrom. æternit. c. 2. §. 47. D. Schmid diss. de insignioribus veterum Christianorum formulis, Helmstad. 1696. §. 15.



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1 ZEN Leibn. Marg. 48, [468] - 144

Q. D. B. V.

ANTIQUITATES PAGORUM ET COMITATUUM PRINCIPATUS ANHALTINI,

Ex

Antiquis & Per-Illuſtribus Rerum Monumentis erutæ,

&

Quàm plurimis Diplomatis, nunquam antea viſis, illuſtratæ,

à

CHRISTIANO KNAUT,
Med. D. Archiatro Anhaltino.

FRANCOFURTI AD MOENUM,
Impenſis FRIDERICI KNOCHII, Bibliop.
Anno M. DC. XCIX.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [469] - -

AD

LECTOREM BENEVOLUM

Præfatio.

SIcuti nummi antiqui, antiquorum Regum & Imperatorum, curiosos animos non tantùm oblectant, sed & historiæ ipsi non exiguam præbent lucem: ita & antiqua antiquorum *Pagorum* descriptio non omni prorsus destituta erit jucunditate atque utilitate. Numismata veterum historiam quidem ornant & illustrant; ast plenaria antiquorum *pagorum* cognitio historiam ab interitu vindicat, quid? quod æternitati commendat. Optimè agnovit hoc Vir Celebertimus *D. Heinricus Meibomius*, Professor in Inclyta Julia, de Medicina & Historia Germanica optimè meritus, quippe qui in *Introductione* sua *ad Saxoniæ inferioris historiam p.* 58. non minùs eleganter, quàm rectè scribit: *ad accuratiorem locorum notitiam & tabularum antiquarum intelligentiam, quibus donationes ad memoriam posteritatis descriptæ, plurimùm juvat* pagos *illos noviſſe.* Sed uti è turbidis fontibus pura aqua hauriri nequit: ita & ex Veterum turbidis & confusis annotationibus plena & exacta antiquorum *pagorum* historia contexi non poterit. Quicquid igitur, Benevole Lector, in præsenti libello vides, non tàm historia est, quàm saltem delineatio quædam quorundam *pagorum* antiquorum, eorumque *Comitatuum*, quibus Principatus *Anhaltinus* natales suos fert acceptos. Quam ego pro mea tenuitate, pro qua tamen Deo devota vota facio, ex antiquis literarum Monumentis depromsi & collegi, quamque jam tuo sisto & trado judicio, insimul etiam atque etiam rogans, non facultates, sed animum potius respicere velis. Vale, &, si rei literariæ faves, fave etiam Tuo

Scribebam in Musæo d. 14. *Aug.* 1698.

Christiano Knaut, Doct.
& Archiatro Anhaltino.

IN

IN

ZODIACUM HISTORICUM,

SEU

DUODECIM COMMENTARIOS

DE

REBUS ET ANTIQUITATIBUS

ANHALTINIS,

Omni ære & ævo perenniores,

Quorum in Præfatione ad Antiquitates Comitatûs *Ballenſtadienſis* & *Aſcanienſis* meminit,

NOBILISS. ET EXCELLENTISS.

D. D. CHRISTIANUS KNAUT,

SERENISSIMI PRINCIPIS CÖTHENO-ANHALTINI ARCHIATER.

Z*Odiacum* dabit *Hiſtoricum*, illuſtrem atque perennem,
Knautius, Hiſtorici faxque jubarque gregis.
Vos *Docti* atque *Boni*, linguis animisque favete,
quotquot *Anhaltinum* nutrit ubique ſolum.
Nam vobis pandet res cedro & marmore dignas,
Hactenus in tenebris quæ cubuêre ſuis.
Principium *Comitatus* erat *Ballenſtadienſis*,
& quid in occultis *Aſcanienſis* habet. (1)

Quis *Gentiliſmus*, quæ ſit *converſio* veſtra, (2)
& *lucem* & *Belial*, candida charta refert.
Abbates *Nienburgenſes* mox ritè ſequentur;
cũique ſuum: vitam & ſingula facta dabit. (3)
Mox *Aſcherslebium* ſe ſe diffundet (4) in orbem,
quod mira ex ipſis fontibus arte dabit.
Ordine deſcribens, quot Gens Illuſtris ab *Anhalt*
protulerit ramos, multiplicante Deo.
Inde *Duces*, *Electores*, grandesque Columnæ
Imperii, Patriæ, maxima fulcra, Patres.
Explicat ENSIFEROS, genuit quot *Anhaltia* noſtræ
Saxoniæ, fato conſilioque Dei. (5)
Addit SCEPTRIGEROS, vaſti Miracula mundi,
queîs *Brandenburgum* nomina longa dedit. (6)
Subnectens MAGNOS, quos *Angria Weſtphaliaque*
Aſcaniis debet, (nunc obiêre) DUCES. (7)
Promſit *Anhaltinam* Hiſtoriam Celeberrima *Jena*,
quæ plauſum meruit. *Knautius* auxit eam: (8)
Limans, illuſtrans, poliens, ut veſte recente
& nitido vultu prodeat illa. Benè!
Fecit, quod potuit, bonus *Hoppenrodius* olim,
Annales *Geren-rodia* dando tibi: (9)
Knautius Inſignis doctè tibi porriget auctos,
atque *notis* variis irradiabit eos.
Sicque novum faciet *Monachum Ballenſtadienſem*,
Baſſæum, addens, quæ neſciit iſte Pater. (10)
Nec *Floram* ſincerus *Anhaltinam* ille ſilebit;
floreat *Eximii* florida fama *Viri*! (11)
Siſtit *Anhaltinos* nunc *pagos* & *Comitatus*: (12)
dic mihi, nonne ſuo *noſcitur ungue leo?*
Herculeus labor eſt, ſcripſiſſe volumina docta,
quæ placeant *Doctis Ingenuisque* Viris.

Et

Et majus facinus mihi, quàm proſtrâſſe *leonem*,
aut *anguem*, vel *aprum*, beſtiolamve aliam:
Seu *volucres* pepuliſſe, vel occidiſſe, *bovemve*
ad Regem vinctum ducere forte ſuum.
Nocturnâ verſare manu, verſare diurnâ
antiquas chartas, grande opus & labor eſt.
Eſt hoc *Augiæ* ſtabulum purgare, *draconem*
cædere, ut *Heſperidum* carpere *mala* queas.
Mi *Knauti*, bis ſex nunc exantlâſſe labores,
Herculeum factum eſt, *Herculeumque* decus.
Victrices laurus Tibi nectet *Anhaltia*, laudes
dicet Poſteritas candida, fide, tuas.
Vivimus ingenio: mors & Sors cætera verſant;
Sciſſe nihil mors eſt: mors dididiſſe nihil.

Scrib. *Ferrariæ* Thuringorum,

Rerum & Antiquitatum *Anhaltinarum*,

Ingenio & Labore

Knautiano

divulgandarum,

Sincerus Cultor

CHRIST. FRANC. PAULLINI.

(1) edit. Cöthenii anno ſuperiori, typis & ſumptibus Matthiæ Weylands. 4.

(2) Antiqq. Gentiliſmi & Chriſtianiſmi Principatûs Anhaltini.

(3) Chronologia Abbatum Nienburgenſium.

(4) Hiſtoria Civitatis Aſcherslebienſis,

(5) Hiſtoria Electorum Saxoniæ, è ſtirpe Aſcanienſi oriundorum.

(6) Hiſtoria Marchionum Brandenburgenſium, è ſtirpe Aſcanienſi oriundorum.

(7) Hiſtoria Ducum Saxoniæ, Angriæ & Weſtfaliæ, è ſtirpè Aſcanienſi oriundorum.

(8) D. Caſp. Sagittarii, Prof. Hiſt. in Acad. Jenenſi, & Hiſtorici Ducalis Saxonici, Hiſtoria Principum Anhaltinorum, edit. Jenæ anno 1686. in 4. typis Niſianis, quam Commentario ſuo auxit & illuſtravit Knautius.

(9) Andreæ Hoppenrodii Annales Gernrodenſes, à Celeberrimo Meibomio T. II. Rer. German. inſertos, auctos notisque illuſtratos ſpondet noſter.

(10) Henr. Baſſæi, Monachi Ballenſtad., Panegyric. Genealog. Princip. Anhalt. cum notis exhibebit idem.

(11) Floram Anhaltinam, ſeu enumerationem plantarum, tàm hortenſium quàm ſylveſtrium, quæ in Principatu Anhaltino progerminare ſolent, methodicè conſcripſit Noſter.

(12) Curâ & operâ D. D. Henr. Meibom. Prof. Helmſtad. & Archiatri Guelfici, nuper obtentos.

Q. D. B. V.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [474] -

Q. D. B. V.

§. I.

ANtiquitates *Pagorum* & Comitatuum Principatûs *Anhaltini* penitus inveſtigaturo, præprimis ſciendum, quid *Pagus* olim fuerit, & quale officium Comes, qui *pago* iſti præerat, comitatumve in eo habebat, ævo illo adminiſtraverit.

§. II. Erat ſcilicet *pagus* non vicus aut villa, muris ac portis deſtituta, ſed deſignatus tractus, ſive diſtrictus alicujus ditionis, qui regio ac provincia aliàs appellari ſolet, (1) ſiquidem *pagus* & *regio* in diplomatis nonnunquam ſimul leguntur. (2)

(1) Heinricus Meibomius de pagis Saxoniæ, Caſpar. Sagittarius Hiſtoria Bardewici p 10. Hiſt. Antiquit. Ducat. Thuring. L. IV. c. 11. §. 1. p. 199. (2) Verba Diplomatis Ottonis Magni, à Sagittario Antiquit. Magdeburg. p. 41. allegata ita ſonant: omnem regionem *pagumque* vocatum Neletice.

§. III. Uni *pago* verò ut plurimùm unus præerat Comes, qui, Imperatoris nomine, illum regens jus ibi dicebat. Comes itaque tum temporis *pagi*, ſive diſtrictus iſtius Judex erat. (1) Quapropter *pagus* & Comitatus habebantur pro ſynonymis. (2) Extabant quoque in uno *pago* interdum plures Comitatus, interdum autem unus Comitatus ad plures *pagos* ſeſe extendebat. (3) Comites verò tum temporis *pagos* jure hæreditario non poſſidebant. (4)

(1) Meibom de Irmenſula Saxonica c. 4. Sagittar. Antiq. Ducat. Thuring L. IV. c. 3. §. 1. p. 29. (2) Heinr. Meibom. in introduct. ad Hiſt. Saxon. inferior. p. 60. Sagittar. d. l. (3) Meibom. d. l. (4) Sagittar. d. l. §. 8.

§. IV. In tales igitur *pagos* olim & *Principatum Anhaltinum* diſtributum fuiſſe, ex antiquis literarum Monumentis demonſtrare haud eſt difficile.

Quibus

Quibus vero nominibus *pagi* isti quondam insigniti fuerint, ne Oedipus quidem conjicere potest, cum omnes Scriptores hac de re altum foveant silentium.

§. V. Licet verò, præter aliqualem *pagorum* horum cognitionem, certa & accurata Comitatuum *Principatus Anhaltini*, tempore Caroli M. Successorumque ejus existentium, notitia haberi non possit, indeve *Historia Anhaltina* exactè & plenariè contexi nequeat: attamen ego, cui *res Anhaltinas* literis illustrare animus est, primum de *Pagis* & antiquis *Principatûs Anhaltini* Comitatibus sum acturus, deinde verò alia antiqua *Anhaltina* cum Benevolo Lectore communicaturus.

§. VI. Initium facio à *pagis* quibusdam in *Nort-Thuringia* quondam sitis quorum partem Majores *Principum Anhaltinorum* possederunt. Sciendum verò hîc est, non totam *Nort-Thuringiam* pago Nort. Thuringiæ fuisse inclusam, sicuti *Torquatus* refert, (1) sed multos alios *pagos* ad Nort-Thuringiam pertinuisse, de quibus alibi fusiùs egimus.

(1) Annal. Magdeburg. & Halberstadiens. MS. Part. I. Lib. II. c. 6.

§. VII. Quamvis verò horum *Pagorum Nort-Thuringorum* nonnulli ab insigni Polyhistore Heinrico Meibomio jam descripti sint, attamen insuper alia ab eo prætermissa addam, addita verò aliquando plenius ex diplomatis illustrabo. Primus igitur horum pagorum fuit pagus *Svevon*, qui, præter hoc, & multa alia nomina olim agnovit. Dictus enim est *pagus Suavia, Svave, Svava, Svavengovve & Svevicus.*

§. VIII. *Pagus Svevon* vocatur in diplomate Ottonis Magni, dato Sigfrido, Marchionis Geronis Filio, ubi ita scribitur: *in Comitatu prælibati Patris ejus in pago Svevon nuncupantes.* (1) Meminit ejus idem Imperator, diplomate, quod dedit prædicto Marchioni *Geroni* Kissenbruka I. Kal. Mart. Anno Dominicæ Incarnationis IↃCCCCXLIV. Indict. I. Regnante Serenissimo Rege Ottone, anno VIII. super marcam dimidiam villæ *Rodigaresrode* in pago *Svevon*, in Comitatu Marchionis Geronis, & Rex Geroni iterum donavit bona quædam in villa *Turthinge* in pago *Nort-Thuringia* in Comitatu Comitis Tietmari sita. (2)

(1) Heinric. Meibom. de pagis Saxoniæ, Hoppenrod. Annal. Gernrodens. (2) Antiquit. Comitat. Ballenstadiens. & Ascanien. Autoris.

§. IX. *Pagus Svavia* habetur in diplomate Ludovici Pii Imperat. à Guilhelmo Budæo edito. *Pagi Svave*, & in eo villæ *Katere & Pichalingen*, (uti villæ hæ in diplomate nominantur,) in Comitatu Adelberti Comitis, mentio fit in donatione ab Heinrico IV. Imperat. facta Ecclesiæ Gernrodensi. (1)

(1) Meibom. de pagis Saxon. Hoppenrod. Annal. Gernrod.

§. X.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1 ZEN Leibn. Marg. 48, [476] - 2

§. X. *Pagus Svava* nominatur in diplomate Ottonis I. dato cœnobio *Frosæ*, (quod Marchio Gero in honorem Sancti Cyriaci Martyris conſtruxit, ſuper prædia quædam in pago *Svava*, in Comitatu prædicti Marchionis, in villa *Bebanthorp.* ſita. Subſcriptio diplomatis ita habet: *Data VIII. id. Decembr. anno Incarnationiis Domini noſtri JEſu Chriſti* IↃCCCCLIX. *indictione IV. Anno Regni Ottonis Regis XV. Actum Imanlevv in Dei nomine feliciter Amen.*

Pagus Svevicus audit in diplomate Heinrici IV. Imperat., quod dedit Eccleſiæ Halberſtadienſi ſuper prædium Aderſtidi hiſce verbis: *Donamus prædium Aderſtidi dictum in pago Svevico in Comitatu Adelberti ſitum. Pagus Svevon, Svavengovve* denique memoratur in diplomate prædicti Heinrici IV. ſuper Ballenſtedenſem Eccleſiam, quod ſane meretur hiſce Antiquitatibus inſeri:

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. *Henricus*, divinâ favente Clementia Rex. Cùm vetera renovantur, ea, quæ ad interitum ſunt properantia, ut ſubſiſtere valeant, renovantur, quicquid etiam veteraſcit, propè interitum eſt, ad quod Nos in omnibus quidem Eccleſiarum utilitatibus tàm devotos, quàm debitos exhibere curamus, ſed in earum præcipuè, quarum curam præſertim noſtram præcipuè geſſiſſe & utilitati conſuluiſſe ſcimus. Inter quas Eccleſiam *Ballenſtedin*, *Nigemburch* Abbatiæ appendentem, computantes, ea quæ Pater noſter Divæ memoriæ *Heinricus* nondum Imperator, ſed Rex, ſibi contulit prædia, noſtra affirmatione proſequi etiam neceſſarium duximus, quorum nomina, ſitus & pagum deſignavimus, manſos ſiquidem XXI. his locis diviſa cum omnibus appenditiis, hoc eſt, utriusque ſexus mancipiis, areis, ædificiis, terris cultis & incultis, viis & inviis, pratis, paſcuis, ſylvis, venationibus, aquis, aquarum decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, ac cum omni utilitate, quæ vel ſcribi, vel nominari poterit, eidem præfatæ Eccleſiæ *Ballenſtedin*, ſicut Pater ita & Nos in proprium dedimus atque tradimus, *Aſmerslevo* VIII. *Welpeslevo* III. *Pedabrunno* I. *Weſtholtze* II. *Rothaltasburg* I. *Emmaleſtorpe* V. in pago *Suabengovve* in Comitatu Adelberti ſitos eorum prædiorum. Et ut hæc no-

ſtra quoque Regalis auctoritas firma & inconcuſſa omni ævo permaneat, hanc cartam inde conſcribi juſſimus, quàm propriâ manu, ut infrà videtur, corroboratam & noſtri ſigilli impreſſione inſignitam, omnis generationis tàm futuræ quàm præſentis notitiæ reliquimus.

Signum Domini Henrici IV.  Regis invictiſſimi.

Adalbero Cancellarius vice Sigifridi Archi Capellani recognovit. Data VII. Kal. Aug. anno Dominicæ Incarnationis MLXXIII. Indictione XI. Anno autem ordinationis Domini Henrici IV. Regis XIX. Regni verò XVII. Actum eſt Harzesburg feliciter in Dei nomine Amen.



§. XI.

§. XI. Comites, qui ſucceſſivè Comitatus ſuos in pago *Svevon* habuerunt, ex allegatis diplomatis ſequentes annotantur. Primus vocatur Marchio *Gero*, de cujus ortu variæ variorum Autorum opiniones extant.

§. XII. *Hoppenrodius* putat, *Geronem* è celeberrima proſapia Comitum Stadenſium anno DCCCXC. natum fuiſſe, quorum eâ ætate præcipua fuerit celebritas in Saxonia, Patre *Gerone*, Comite Stadenſe & Hartzfeldenſe. (1) Hunc ſecuti ſunt *Caſparus Peucerus* (2) & *Fabritius*, (3) qui Marchionem *Geronem* pariter Comitem Stadenſem vocant, cum tamen in Genealogia Comitum Stadenſium nullius *Geronis* mentio fiat.

(1) in Annalib. Gernrodenſib. (2) in continuat. chronic. Carionis p. m. 558. (3) lib. de orig. Miſenor. p. 246.

§. XIII. *Brotuſius*, (1) *Entzelius*, (2) *Albinus*, (3) & alii vocant Marchionem *Geronem* Comitem Altenburgenſem & Martisburgenſem, Patrem ejus *Ervinum* & Avum *Ottonem*. Verum ex *Ditmaro* (4) patet, *Ervinum*, Comitem Martisburgenſem, filios non habuiſſe, ſed geminas tantùm filias, quarum una, *Hatheburgh* dicta, nupſit Regi *Heinrico* I. (5) Alteram verò, nomine *Darburg*, *Albertus* IV., Comes Ballenſtadienſis, in matrimonium duxit. (6)

(1) chron. Martisburg. p. 887. (2) Annal. veter. Marchiæ, (3) chron. Miſn. p 97. 119. 405. 407. quò etiam refertur Andreas Angelus in chron. Marchiæ Brandenburg. Germanico L. II. p. 83. (4) chron. L. I. p. 2. (5) Ditmar. d. l. Erneſt. Brotuf. chron. Martisburg. p. 546. (6) Entzel. Annal, veter. March. Angelus L. II. p. 53.

§. XIV. Ab aliis denique noſter Marchio partim ex familia Comitum *Nordringicorum*, (1) partim ex proſapia *Witikindi* (2) & Comitum *Walbeccenſium* (3) deducitur. Quid verò de Comitatu *Nordringenſi* cenſendum ſit, de hoc inferiùs ſermo erit.

(1) Albin. chron. Miſn. p. 118. 119. 408. (2) M. Hieron. Henninges in Genealogia Geronem facit Comitem de Ringelheim, Filium Comitis Theodorici. (3) Heinr. Meibom. in chron. Walbeccenſ. p. 2. & 41. Sed hoc à Meibomio pro incerto habetur.

§. XV. Ejusdem *Geronis* unica Soror fuiſſe traditur *Hidda*, quæ nupſit *Chriſtiano*, Marchioni II. Luſatiæ; (1) Fratrem quoque habuit unicum *Sigfridum*, qui Monaſterium in pago Hardga, in loco, cui vocabulum erat *Weſter-Gröningen*, fundavit. (2)

(1) Autor. chron. Montis Sereni ad ann. CIↃCLXXI. p. 36. Hoppenrod. libro genealog. p 60. Albin. chron. Miſn. p. 118. (2) chronic. Montis Seren. d. l. Heinr. Meibom. in not. ad chron. Corbeienſ. p. 789. Nonnulli tamen v. g. Cyriac. Spangenberg. chron. Saxonic.

XI.

c. CXXIX. p. 182. im Adels-Spiegel p. 318. Hoppenrodius libr. genealog. p. 88. & Winnigstadius Geronis Fratrem quoque faciunt Bernhardum septimum Episcopum Halberstadiensem. Verùm Sagittarius in Hist. Halberstad. p. 20. asserit, quòd ejus rei documenta nulla reperiantur.

§. XVI Marchio *Gero* tot victoriis, quot bellis clarus, (1) in præmium virtutis primus factus est ab Imperatore *Heinrico* I. Marchio Lusatiæ, (2) & Burggravius Magdeburgensis. (3) Mortuo autem *Sigfrido*, Marchionatum Brandenburgensem ab *Ottone* I. simul accepit, (4) Monasterii *Gernrodensis* (5) & Cathedralis Ecclesiæ Havelbergensis (6) conditor. Dux quoque vocatur. (7) Qualis autem Ducatus hic intelligatur, immeritò quæritur. Si talis, qualis jam ab antiquis temporibus per Saxoniam invaluerat, & quorum hodie longè plures nominantur, de hac assertione dubium mihi movet, quod hoc ex diplomatis probari nequit. Fortè igitur Dux militaris fuit, (8) quippe cui exercitus Imperatoris Heinrici I. & Ottonis Magni paruerunt. Rerum præclare gestarum meminerunt Autores varii. (9)

(1) Witechind Annal. L. III. Heinr. Meibom. not. in Witechind. Annal. p. 705. (2) Spangenberg im Adels-Spiegel p. 318. B. Sagittar. Hist. Lusat. §. 18. (2) Peucer. chron. Carion. L. V. Sagittar. d. l. L. X. c 20. p. 318. Hoppenrod. libr. genealog. p. 88. (4) Peucer. d. l. c. 4. (5) Ditmar. L II. p. 28. Autor. chron. mont. Seren. p. 36. Hoppenrod. Annal Gernrod. (6) Chyttæus Saxon. p. m. 40. (7) Spangenberg. chron. Saxon. c. 142. p. 209. Angelus L. II p. 52. (8) Sagittar. Antiq. Ducat. Thuring. L. IV. c. 18. §. 3. p. 290. (9) Witichind. Annal. L. III. Spangenberg. chron. Saxon. c. 139. p 204. c. 142. p. 209 Meibom. not. in Witich. Annal. p. 708.

§. XVII. Obiit anno IↃCCCLXV sepultus in cœnobio Gerenrodensi. (1) Uxor ei assignatur Magdalena, Alberti, Comitis Ascanienſis, Filia, (2) ex qua genuit duos Filios, Geronem, (3) immaturâ morte extinctum, & Sigfridum, (4) cujus vidua Hadwigis in cœnobio Gerenrode prima Abbatissa facta fuit. (5)

(1) Autor chron. Montis-sereni p. 36. Spangenb. chron. Saxon c. 142. p. 209. Angelus L. II. p. 52. qui Gerenrodani epitaphii simul meminerunt. (2) Hoppenrod. Annal. Gernrod. Per Albert. Comitem Ascanienſem intelligi debet Albert. III., qui illo ævo vixit, cujus tamen filia, non Geroni, sed Sigfrido I. Brandenburg. Marchioni nupta fuit. Vid. Antiquit. Ascanienſes. (3) in literis fundationis Gerenrodensis ita legitur: quòd non longo tempore, postquam Filii mei, Sigfridus & Gero, viam universæ carnis essent ingressi, constructoque exinde

inde Monasterio puellarum in Gerorode, sanctam Sedem Apostolicam adii. (4) Ditmar. L. II. p. 28 & Aut. chron. Mont Seren p. 36. Sigfridum vocant Geronis filium unicum, quia, Gerone mortuo, unicè superstes fuit. (5) Ditmar. L. II. & VII. p. 28. & 175. vocat illam Hathui Chron. Mont. Seren. d. l. & Spangenberg. d. l. Fabricius orig. Saxon. p. 15.

§ XVIII Geroni successit in Comitatu in pago *Svevon* Eccardus I Marchio Misniæ & Thuringiæ Dux, (1) quem Abbatissa Hadwigis Monasterio Gerenrodensi primum Advocatum constituit. (2) Quapropter etiam Eccardus prædia quædam in locis Herciniæ sita, *Gunterslevo* scilicet, *Westerhusen*, *Monrore*, *Richbrechtingerod*, *Winethusen*, *Ecgihartingerod*, *Doubenrod & Haselfeld*, eidem Monasterio donavit. (3)

(1) In diplomatis Eggihardus vocatur. Eccardum autem hunc Hoppenrod. Annal. Gerenrodens. Marchionem Saxoniæ, Pronepotem Ottonis Magni facit, cujus Peucer. chron. Carion. L. IV. p. m. 576. & 599. Spangenberg. chron. Saxon. p. 31. Adels-Spiegel. p 315. B. & Albin. chron. Misn. p. 107. 116. & 411. meminerunt. De quo tamen Marchione Sagittar. Hist. Eccard. I. sect. II. §. 2. ita habet. Præterea Eccardus *noster confunditur cum alio Eccardo, Saxoniæ Marchione, Ottonis Sveviæ ac Carinthiæ Ducis filio. Quis tamen ille fuerit Eccardus, nondum habeo ex veteribus satis exploratum. Nam quod Juniores tradunt, eum à Bernhardo & Lothario Saxoniæ Ducibus, ob rebellionem contra Heinricum II., fuisse interemtum, in eo partim nostri Eccardi, partim Ecberti historia commiscetur. Unus autem Eccardus, & quidem Marchio Misnensis, Imperatori Heinr. II. adversatus & Polede recisus est.* Deinde Conditor. familiæ Marchionum Saxoniæ fuit Bruno, Filius Heinrici, Bavariæ Ducis, prout hoc ex Heinr. Meibom. not. in Witichindi Annal. & Fausti Sächsischem Stamm-Baum p. 58. patet. (2) Hoppenrod. Annal. Gernrodens. (3) Idem.

§. XIX. Soror *Eccardo*, Marchioni Misniæ, tribuitur *Adelheidis*, (1) secunda Abbatissa Gernrodensis. (2) Quapropter etiam illa, quòd Frater ejus *Eccardus* Heinrico II. sese opposuerat, confirmationem in Abbatia statim impetrare nequivit. Occisus est Poledæ anno CIↃII à Filiis *Sigfridi* Comitis Northemii, (3) Jenæ sepultus. (4) Ex *Svonchilda*, Hermanni *Billingi*, Saxoniæ Ducis, filia, (5) *Ditmari*, Marchionis Lusatiæ, vidua (6) tres filios totidemque filias (7) suscepit.

(3) Chæricus MS. Anhald. (2) Hoppenrod. Annal. Gernrodens. Adelheidem, Ditmari, Marchionis Lusatiæ, filiam nominat. (3) Ditmar. L. V. p. 107. Albin. chron. Misn. tit. X. p. 117. Sagittar. Hist. Eccard. I. sect.

Sect. XVI. (4) Ditmar. d. l. p. 10. B. (5) Aut. chron. Montis seren. p. 28. Sagittar. Hist. Eccard. II. Sect. I. p. 1. Albin. chron. Misn. p. 118. (6) Idem. p. 39. Ditmar. L. IV. p. 180. (7) Sagittar. d. l. Albin. d. l. tit. X. p. 116

§. XX. Defuncto *Eccardo*, pagus *Svevon* & Advocatia Monasterii Gernrodensis ad Comites Ballenstadienses & Principes Anhaldinos pervenit. Ex quibus Heinricus II. Imperator pagum hunc concessit Esico V., Ernesti I. Comitis Ballenstadiensis Filio, anno CIↃIII. (1) quem simul Capitulum Gernrodense Advocatum delegit. (2) Vitâ excessit annô CIↃXLIV. (3) tres relinquens filios, *Heinricum*, *Berengarium* & *Albertum* VII. (4)

(1) Chæric. MS. Anhald (2) Hoppenrod. Annal. Gernrodens. (3) Chæric. d. l. (4) Idem.

§. XXI. Patri successit *Albertus* VII. Comes Ballenstadiensis, tam in pago *Svevon* (1) quàm in Advocatia Gernrodensi, (2) jam Advocatus Ballenstadiensis (3) & Nienburgensis. 4) Comitatum quoque accepit ab Heinrico IV. in pago Nietsi trans fluvium Mildam (5)

(1) Chæric. MS. Anhald vid. etiam diplomata de pago Svevon superius §. 8. allegata, (2) Hoppenrod. Annal. Gernrod (3) Chæric. d. l. & seq. diplomate, (4) chronologia Abbatum Nienburgensium propediem in lucem proditura publicata, (5) de hoc pago vid. inferius §. 81. 82.

§. XXII. Albertus hic Præposituram Ballenstadiensem fundavit & Monasterio Nienburgensi incorporavit sequenti diplomate.

OMnibus in Christo piè viventibus notum esse cupio. Quam traditionem Ego Comes *Adelbertus* divinâ inspiratione admonitus, ad altare Sanctissimæ Genitricis MARIÆ fecerim, Præposituram *Ballenstedi* nuncupatam, quam jure hæreditario hactenus possedi, cum omnibus utilitatibus ad eam pertinentibus, ad Monasterium Sanctissimæ Dei Genitricis MARIÆ NIENburg dictum, ob salutem animæ meæ meorumque firma & perpetua traditione obtuli: eâ autem conditione hujusmodi traditionem feci, ut ego vita adhuc superstite *Advocatus* existam ejusdem Præposituræ, filiusque meus, si divinâ miseratione mihi successerit, non separetur ab eodem advocandi jure. Quicunque verò supradicti loci Abbas exstiterit, liberam commendandi habeat potestatem eandem Præposituram, ideo ex ejusdem cœnobii congregatione fratri, quem juxta voluntatem

divinæ

divinæ monſtrationis meum vel filii mei conſilium providebit. Hanc verò traditionem, quam ſupra memoratus Venerabilis Comes noſtro Monaſterio contulit, ſi quis temerario, quod abſit, auſu violare præſumſerit, ſciat certiſſimè, ſe vinculis anathematis innodatum, & cum diabolo atque Juda proditore Domini noſtri JESU Chriſti æterni ſupplicii incendio deputatum. Vid. etiam de hoc diplomate §. 9.

B



§. XXIII. Obitus ejus refertur in annum CIↃLXXIV. (1) ex Hilda progenita eſt proſapia Welphorum. (2) Genuit unicum filium (3) Ottonem divitem, & Habecham, Abbatiſſam Gernrodenſem. (4)

(1) Ghæric. d. l. (2) Hoppenrod. Annal. Gernrodenſ. (3) vid. ſuperiùs allegatum diploma (4) Hoppenrod. d. l. vocat illam Helicham, ſeu Helikam, cùm tamen in diplomate Habecha legatur.

§. XXIV. A morte Comitis Alberti denominatio pagi *Suevon* ſimul deſiit, cùm totus pagus ad Eccleſiam Gernrodenſem ſpectaret. (1) Advocatia autem in Abbatiam penes familiam Comitum Ballenſtadienſium & Principum Anhaltinorum ſemper manſit, donec tandem poſt obitum *Sibyllæ*, Principiſſæ Anhaltinæ, ultimæ Abbatiſſæ, Principes Anhaltini Abbatiam

tiam illam jure proprio ac hæreditario, ceu purum allodium, poſſidere cœperint. Pergo nunc ad alium pagum, qui pago *Svevon* finitimus erat.

(1) Hoppenrod. Annal. Gernrodens.

§. XXV. *Pagus Nort-Thuringia.* Fuit portio quædam ſeptentrionalis, ſive *Nort-Thuringiæ*, quam Saxones pro ſtrenuè navata opera à Francis acceperunt (1) Fines hujus pagi fuerunt limites pagorum *Hartingovve*, *Derlingovve*, *Bolkesheim*, *Svevon*, *Haſſingovve*, & *Maraſſovve* ſuprà Albim, ſicque Bodæ, Salæ, Albis, Ohræ & Alaris fluviorum circumſcriptus ambitu. (2) Non omnem itaque Thuringiam Septentrionalem pagus hic complectus eſt, (3) quippe quæ in plurimos pagos olim diviſa erat. (4)

(1) Sagittar. Antiq. Regni Thuring L. II. c. 12. §. 9. (2) Guilielm. Budæus chronolog. Epiſcopor. Halberſtad. (3) Torquat. Annal. Magdeburg. & Halberſtad. P. I. L. II. c. 6. iſta habet: Omnis terra illa, quæ jacet inter Herciniam, Salam, Albim, imo ultra quoque Brandenburgum, usque ad Haveli ripas & Ducatum Brunſvicenſem, ſeu Alarim amnem, dicebatur pagus Nort-Thuringorum. Hanc opinionem quoque fovet Conringius de antiquiſſimo Helmſtadii ſtatu p. 74. (4) Sagittar. Antiq. Ducat. Thuring. L. IV. c. 2. §. 8. Pagi autem Hartingowe, Svevon, Hosgau, Helmingowi, & multi alii olim ad Nort-Thuringiam pertinuerunt.

§. XXVI. Mira autem eſt varietas in deſcriptione nominis *Nort-Thuringiæ* in antiquis monumentis. Vocatur etiam *Northuringovve* (1) *Nort-Thuringia*, (2) *Nordduinga*, *Nortduringa*, *Norturinga*, *Northuringi* & *Northuringorum*. (3)

(1) Meminit diploma Ludovici Pii dat. anno DCCCXIV. indict. IIX. IV. Non. Sept. Vid. Heinr. Meibom. de Pagis. (2) Ditmar. L. VIII. p. 250. (3) Sagittar. Antiq Magdeburg p. 21. 22. 26. 42. 43. 95. 98. Heinr. Meibom. dipl. Ottonis M. Sagittar. Antiq. Regn. Thuring. L. II. c. 12. p. 291.

§. XXVII Erat hic pagus unus ex *majoribus*, (1) in quo plures Comitatus inveniebantur, quorum nonnulli, qui fines erant hujus pagi, à Majoribus Principum *Anhaltinorum* partim jure hæreditario poſſidebantur, partim vice Imperatoris ab illis regebantur, poſtmodum quoque hæreditarii facti, indulgentibus id Imperatoribus. Erant autem ſequentes: Ballenſtadienſis, Comitatus *Aſcanienſis*, & Comitatus die hohe Grafſchafft Warnsdorff dictus, quibus Autores nonnulli *Nordringenſem* & *Revenſingenſem* adjungunt (2) De ſingulis ordine.

(1) Heinr. Meibom. Introduct. ad. Hiſt. Saxon. inferior. p. 59. (2) Hoppenrod. libro genealog. p. 64. & 74. Albin. chron. Miſn. p. 408. Spangenberg im Adels-Spiegel p. 292. 294. & 314. B.

§. XXVIII.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [484] - 10

§. XXVI. I. Comitatus *Ballenſtadienſis* nomen habuit à caſtro *Ballenſted*, quod in diplomatis *Ballenſtedi*, ab aliis *Ballenſtide*, *Balingſtide* (1) & Baldenſtet (2) vocatur, quia in ſcuto quinque faſciæ nigræ habentur. Pomarius trabes has ballen nominat, (3) an dialecto antiqua corrupta pro baldren / incertum eſt. (4) Arcem *Ballenſted* incluta *Urſinorum*, vel *Beringerorum* familia exſtruxit, ſimul ac *Nort-Thuringia* in poſſeſſionem Saxonum pervenerat; (5) quam poſtea Franci Anno DCXI. VII. penitus diruerunt. (6) Temporibus autem Caroli Magni Dynaſtæ *Ballenſtadienſes* caſtrum hoc & omne avitum patrimonium amiſerunt, quod cum Witichindo Carolo M. ſeſe oppoſuerint. (7) In gratiam tamen recepti, non ſolùm terras avitas receperunt, ſed caſtrum etiam hoc & omnem provinciam *Ballenſted* Caroſus Magnus ad Comitatus dignitatem evexit hæreditariam. (8)

(1) Krantz. Saxon. L. V. p. 333. (2) Spangenberg. im Adels-Spiegel p. 277. Brotuf. Geneal. Anhalt. L. I. c. 6. (3) chron. Saxon. (4) in ſylloge genealogico-hiſtorico (5) Chæric MS. Anhalt. (6) Spangenberg. chron. Saxonic. c. 68. p. 94. Brotuf. d. l. (7) factum hoc eſt anno DCCLXXXV. Spangenberg d. l. c. 75. p. 108. Autor Manifeſti Aſcanienſis, p. 5. (8) Spangenb. c. 78. p. 110. Hennebergiſche Genealog. L. I. c. 10. p. 45. Manifeſt. Aſcanienſ. p. 4. 40. Brotuf. d. l. in procem. p. 4. hiſce verbis: *Eâdem tempeſtate Dominus Bering, Dynaſta Harciniæ, Ballenſtadii & Aſcaniæ, primus inter ſuos baptizatus & Carolus appellatus fuit. Huic Carolus Imperator caſtrum, civitatem & ditionem Aſcaniæ circumfuſum, Ballenſtadium quoque & terras proprias circa Harcyniam, Comitatus atque feudi vexillaris nomine obtulit, ac ſolenni inveſtitura conceſſit. Tunc itaque facti fuerunt Comites Imperii, qui jure Principum gaudebant.*

§. XXIX. Ex caſtro Ballenſted *Eſicus* IV. Comes Ballenſtadienſis, conſentientibus Ejus Fratribus, anno IↃCCCCXLIII. Monaſterium Canonicorum Regularium effecit, & fratrem *Theodoricum* ipſi præfecit, quod Papæ duo Stephanus VIII. & Martinus III. approbârunt (1) Anno CIↃLIII. Rex Heinricus Monaſterio huic donavit aliquot manſos, in villis *Aſmerslevo*, *Padeborn*, *Weſtholtz* & *Rotalsburg* ſitos (2) Quam donationem Rex Heinricus IV. anno CIↃ LXXIII. approbavit. (3) Albertus VII. Comes Ballenſtadienſis, Præpoſituram Ballenſtadienſem Abbatiæ Nienburgenſi incorporavit (4) Cujus Filius tandem Marchio Otto, *dives* dictus, Eccleſiam prædictam Collegiatam in Monaſterium Ordinis Benedictini commutavit, conſentiente Papa Paſcali II. & confirmante hoc Papa Lucio (5) Poſtea prædictus Otto cum familia novum caſtellum Anhalt, (6) quod perfectè exædificavit, habitare cæpit. (7) Quo ipſo denominatio Comitatus Ballen-

ſtadienſis ſimul deſiit; (8) & Otto hic fuit ultimus, qui ſe Comitem Ballenſtadienſem appellavit. (9) Poſteri autem ſe poſtea Comites in & de Aſchersleve ſcripſerunt, de quo nunc agemus. (10)

(1) Heinr. Baſſæus, Monachus Ballenſtadienſis, in panegyrico Principum de Anhalt. Chæric. MS. Anhalt. (2) verba diplomatis ita ſonant: In loco, qui Aſmerslevo nuncupatur, Eccleſiam regali jure ad Nos pervenientem cum XVII. manſis. In eodem oppido VIII. In Pedabrunnol. in Weſtholtze II. in Rothallasburch I. in Eminaleſtorpe V. Ballenſtidi Monaſterio condonamus. (3) vid. diploma §. 9. allegatum. (4) in §. 22. diploma integrum exſtat. (5) Paulus Langius chron. Citiz. ad annum CIↃLXXIV. Chæric. d. l. Kranz. L. V. p. 333. (6) Caſtrum Anhalt primùm exſtruxit Eſicus IV., Comes Ballenſtadienſis, annò circiter IↃCCCCLII. in Hartzcici cujusdam montis jugo, non procul ab amne Selitte ſuprà Falckenſteinium ſito. Chæric. d. l. Autor Vindiciar. Anhaltin. p. 36. (7) Krantz. d. l. Chæric. d. l. (8) Idem (9) Fabricius de orig Saxon. p. 186. *Otto, Comes Ballenſtadienſis, ultimus ex iſta familia, vitâ fungitur, & ejus Comitatus ceſſit rebus Eccleſiaſticis.* Videatur etiam Kranz. d. l. (10) de hoc in ſequentibus paragraphis agetur.

§. XXX. Pergo nunc ad Comitatum *Aſcanienſem*, qui ſimul cum Ballenſtadienſi eodem tempore à Carolo Magno dignitatem Comitatus hæreditariam obtinuit, (1) & in manu ac dominio proprio Celſiſſimorum Anhaldinæ ſtirpis Satorum jam antiquiſſimis temporibus fuit.

(1) Baſſæus Panegyr. Anhalt. Aut. Vindic. Anhalt. p. 4. Brotuf. Genealog. Anhalt. proœm. p. IV. Erpold. Lindenbrog. Scriptor. rerum Septentrional. Joh. Letzner. in vit. Caroli M.

§. XXXI. Aſcanium nomen nonnulli ab antiquiſſima Gente Aſcania, quàm à Japheti nepote, Gomerique Filio Aſcenaze deſcendiſſe putant, deducunt, (1) quod tamen ab aliis (2) pro incerto habetur,

(1) Ita Brotuf. Geneal. Anhalt. L. I. p. 16. Peucer. chron. Carion. L. IV. p. m 448. 462. qui tamen p. 484. opinionem mutat, & nomen civitatis Aſchers eben à monte Aſciburg derivat. Spangenberg. chr. Saxon. p. 8 Albin. chr. Miſn. p. 22. Aut. Vindic. Anhalt. p. 55. ſeq. Reiner. Reinecc. in Comment de Miſenorum origine, Joh. Limnæus Jur Publ. L. IV. c. 2. & denique Matthæus Dreſſerus Part. II. Millenar. ſext. Iſagoges verò hiſtoricæ Parr. IV. p. 822. (2) Contrarium ſtatuit Tobias Pfauner. lib. de præcipuis Germaniæ Principum Gentibus

tibus c. 10. *Gentis hujus* (Anhaltino Lauenburgicæ) *origo ab Aſcenaze tracta, ut vetuſtas plerumque fabuloſa eſt, incerto nimirum fundamento atque fide nititur.* Confirmat hoc Spenerus in Oper. Herald. L. I. c. 5. *Huic* (Comitatui Aſcanio) inquit, *ab arce Aſcania nomen, hujus verò ad Aſcenatem ex Nouchitis neſcio quâ ſufficienti probatione referunt appellationem.* De hac re etiam Oldenburger. in Limnæo enucleato L. III. c. 3. ita ſcribit. *Autor noſter* (Limnæus) *illuſtriſſimam hanc familiam* (Anhaldinam) *deducit ab Aſcena, filio Gomeri, utpote Japethi, pronepote Noæ. Ceterum hæc derivatio certo caret fundamento, uti etiam nec illa, quæ ab Aſcaniis procedit, extra omne dubium eſt.* Fuit quoque in hac ſententia Sagittarius, cujus hæc ſunt verba Hiſt. Princip. Anhaltin. c. 1. §. 8 p. 5. *Nequaquam jam ſolicitabimus antiquiſſima Anhaltinorum Principum incunabula, quæ libentes meritoque veneramur, iisdemque decenter aſſurgimus. Nec video tamen, qui tanti res momenti ex ſelo Aſcanii nominis cum Aſcenaze convenientia firmiter queat ſtabiliri ac confirmari. Imò verò dubites, an tam vetuſta ſit nominis Aſcanii per Germaniam memoria, ut cum ea non modò ſupra Caroli M. ævum, ſed ipſius nati Servatoris æram liceuerit aſcendere, ac per tot ſeculorum decurſum prope ad univerſalis diluvii tempeſtatem commigrare.*

§. XXXI. Priſcis enim temporibus Comitatus hic nunquàm Aſcanienſis, ſed *Aſchersleviensis* (1) potius vocatus fuit.

(1) Urbs primaria, à qua Comitatus nomen accepit, non Aſcania, ſed Aſchersleve olim audivit. sic Autor Chron. Mont seren. p. 40. *Anno* MCLXXV. *Henricus Dux* Aſchersleve *incendit.* Et Fabritius Origin. saxon. L. I. p. 199. & 201. vocat *Aſcherslebam* & *Aſcherslebium.* Ab Alberto stadenſi autem p. 273. nominatur Aſcerleve: *Udo occiſus eſt propè* Aſcerleve *à militibus Marchionis Alberti.* Et quod olim urbs Aſchersleben *Aſchersleve* dicta fuerit, probatur diplomate Alberti Urſi, Comitis Aſcherslevienſis & Marchionis Brandenburgici, ſuper villam Bezenleven trans fl. Mildam, quam Adalricus de Bleckendorp accepit, & viciſſim Monaſterio Ballenſtadienſi octo manſos in snetlingen dedit. subſcriptio ita habet: Teſtes fuerunt Filii Alberti, Otto Marchio, Adalbertus Comes, Hermannus, Tidericus, Bernardus. Peracta ſunt hæc Askersleve anno MCLXVII. Regnante Imperatore Friderico.

§. XXXIII. Mort.o enim Ottone, Comite ultimo Ballenſtadienſi, & Comitatu cedente rebus Eccleſiaſticis, (1) Albertus Urſus, Ottonis Filius primùm ſe Comitem Aſcherslebienſem appellavit.

(1) Vid. §. 29. (2) quamvis Majores Principum Anhaltinorum duos hos Comitatus ſimul jure hæreditario poſſederint, non tamen ab utrisque ſe ſcripſerunt Comites, uti Brotuf. geneal. Anhalt. L. I. putavit. Prolixos enim titulos illa tempora nondum ferebant, ac plerumque ſatis habebant Principes ac Comites, unum eundemque præcipuum afferre. Sic antiqui Domini Beringeri vocabantur Domini de Ballenſtad, prout hoc ex Fabritio de Orig. Saxon. p. 242. 244. & Laurent. Fauſti Fürſtlichem Stamm-Baum p. 31. 32. apparet Comites autem facti, a Comitatu Ballenſtad ſe prius appellabant. Vid. Kranz L. V. p. 333. 353. Fabrit. Orig. Saxon. p. 186. & Heinr. Meibom. T. II. p. 324. ac Chron. Brunſvic. Bunting. p. 122. quod etiam multis diplomatis, præprimis privilegio Heinrici, Marchionis de Ilburch, dato Monaſterio Nienburgenſi, & in Chronologia Abbatum Nienburgenſium à me allegato, confirmatur.

§. XXXIV. In diplomate Friderici, Archi-Epiſcopi Magdeburgenſis, de bonis in Gilverſtede, (nunc Ilberſtedt) non ſolùm mentio fit Aſchersleve, ſed etiam Albertus Urſus ibi partim Comes de Aſchersleve, partim Marchiæ vocatur. Meretur ergò diploma, ut integrum afferamus.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ego Fridericus, Dei gratiâ Magdeburgenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, tàm futuris, quàm præſentibus in perpetuum. Cùm jam olim ab Apoſtolo prænunciata tempora periculoſa per multorum malorum incrementa in nos devenisſe ſentimus, ut nullam poſteris noſtris diſceptandi occaſionem relinquamus, tantò magis adquæſita ſive ad quærenda Eccleſiarum bona & poſſeſſiones privilegiis confirmare feſtinamus, quo malitiam & nequitiam filiorum excedere menſuram Patrum ſuorum pervidemus. Notum itaque fieri volumus cunctis tàm præſentibus, quàm futuris Chriſti fidelibus, Quòd Venerabilis *Norbertus*, Prædeceſſor noſter Magdeburgenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, præſentibus Eccleſiæ noſtræ Clericis & laicis, comparavit X. manſos, ſitos Gelverſtide XXX. marcis à Friderico Nobili de Snetlinge, conſentiente ac laudante Theodulfo de Luppene, legitimo hærede ſuo,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [488] - 14

suo, cui scilicet Theodulfo Idem Fridericus dedit II. mansos sitos Burnettere, eâ videlicet conditione, ut eandem venditionem laudaret & confirmaret. Quæ etiam venditio ut rata & inconvulsa in perpetuum permaneat in placito populi *Aschersleve* à Comite *Adalberto* de *Aschersleve* jure legitimo confirmata est. Præfato verò *Friderico* defuncto, Martinus, Halverstadensis Ecclesiæ quondam Præpositus, sed ejusdem Ecclesiæ Canonicis insolentiam ejus accusantibus à Romano Pontifice depositus, eandem venditionem legitimè factam quasi consanguinitatis occasione infringere optavit. Nos itaque Ecclesiæ nostræ paci providentes, fidelium nostrorum consilio, eundem Martinum *Aschersleve* cum Marchione *Adelberto*, ac ceteris fidelibus nostris quàmplurimis convenimus, & ambitiones ejus machinationes injustas esse legitimis assertionibus ostendimus. Ac sic, ipso Martino consentiente & laudante, & omnibus prorsus objectionibus, quas prius adversus eadem bona habere visus est, postpositis. Benignè etiam consentiente ac laudante Marchione Adalberto, qui mundiburdus ejus erat, assentientibusque filiis ejus *Hermanno*, *Adalberto*, *Theodorico*, qui præsentes erant, omnibusque, qui defuerunt, quoquomodo pertinere videbantur, in communi placito populi eadem venditio denuò ab eodem Comite *Adalberto* justo ac legali ordine firmata est. Ut autem de cetero nulla de his controversia oriatur, & fratres de gratia Dei eadem bona à præfato *Norberto* Archi Episcopo justè sibi collata deinceps in perpetuum quietè & sine omni molestatione possideant, hanc cartam conscribi fecimus & sigilli nostri impressione roboravimus. Si quis autem hujus confirmationis & nostri scripti transgressor exiterit, & eosdem fratres inquietare, vel bona eorum alienare tentaverit, Omnipotentis Dei & Sanctæ Mariæ, perpetuæ Virginis, & Mauritii Victoris indignationem incurret, & excommunicationi subjaceat. Hujus rei testes sunt Schultetus. Rudolphus de Snetlingen &c. Data VI. Idus Aug. anno Dominicæ Incarnationis M. C. XLVII. Indict. X.

anno autem Pontificatûs Domini Friderici, Magdeb. Archi Episcopi VII. Actum Aschersleve in Dei nomine feliciter, Amen.

§. XXXV. Alberto succeſſit ejus filius *Bernhardus*, cui pariter ejusmodi titulus assignatur in diverſis privilegiis. Sic anno CIↃCLXXIV. Bernhardus hic donationem quandam, Monaſterio Marienthalenſi factam, in prœdio Eskenrod, coram judicio ſuo in *Aſchersleve* confirmavit, cujus ſcripturæ initium ita habet:

BErnhardus Dei gratia Comes in *Aſchersleve*. Cum omnibus ad nos fugientibus promptum fere ſemper debeamus conſilium & auxilium, maximè tùm viduis & orphanis Eccleſiæ, Eccleſiaſticisque perſonis, æſtimamus conferendum. Quapropter &c. Anno CIↃCLXXVII. Wichmannus Archi-Epiſcopus Magdeburgenſis prœdia quædam ad Monaſterium *Heklingenſe* pertinentia, à *Richeza* Abbatiſſa per concambium accepta, Eccleſiæ Magdeburgenſi attribuit. Subſcriptio ita habet: Hujus rei teſtes ſunt Sigfridus, Brandenburgenſis Epiſcopus, Sigfridus Abbas de Monte, Ruckerus Præpoſitus Majoris Eccleſiæ, Baldramus Præpoſitus Eccleſiæ Beatæ Mariæ, Heinricus Præpoſitus S. Sebaſtiani, Witholdus Præpoſitus de Hunnoldesberg, Otto Marchio Brandenburgenſis, cum filiis Ottone & Heinrico, Fratribus etiam ſuis Comitibus Aſchersleve, Theodorico & Bernardo: Burchardus Urbanus Comes: Badericus Comes, Waltherus de Arneſtini, Richardus de Alesleve, Rodolphus & Heinricus de Jericho: Cuonradus Præfectus Civitatis. Actum anno Dominicæ incarnationis MCLXXVI. indictione VIII. Epacta VII. concurrente quarto die XIV. Kalend. Maj. feliciter Amen.

§. XXXVI.

C



§. XXXVI. Anno CIↃCXCV. à prædicto Bernhardo, qui anno CIↃCLXXX. Dux Saxoniæ creatus fuerat, aucta est Ecclesia Colbeccensis salis arâ (Sohlguth) in Stasfurto per sequens diploma:

NOs Bernhardus Dux Saxoniæ & Comes de *Aſcherslevie*. Tàm præsentibus quam futuris in perpetuum. Si, catholicorum & Glorioſorum Patrum & Prædeceſſorum meorum exemplo, Sanctæ Venerabili Matri noſtræ, Catholicæ videlicet Eccleſiæ rebus & obſequio, debitum adhuc honorem exhibere non potero, fidelitatem & devotionem eorum interim in eo imitari deſidero, quod ab iisdem oblata ſive collata, ſpe ejusdem remunerationis, adeò in poteſtate tradita ſummopere conſervare ac defenſare curabo, & circa quoslibet Dei filios & Eccleſiæ contemptores, hujus mundi præcipuè, filialem matris dilectionem nunc voluntatis affectu, poſtmodum operis effectum,

ctum, Deo inſpirante, monſtrabo. Hujus rei gratiâ Colebicenſem Eccleſiam, in fundo Babenbergenſis Eccleſiæ ſitam, & ab ejusdem Eccleſiæ Venerabili Epiſcopo Ottone defenſioni atque protectioni meæ commiſſam, & Fratres eandem Eccleſiam inhabitantes, & in ea domo die noctuque devotè orantes, ſpecialiter amplecti, diligere placuit ac honorare, & eodem ſtudio, ac ſi in hæreditatem mea ſita fuiſſet, modis omnibus placuit promovere. Hoc verò præſenti privilegio tàm præſentes quàm ſuccedentes ſcire cupio, qualiter ego Bernardus Dux, petitione cujusdam ſuprà memoratæ Colbicenſis Eccleſiæ Præpoſiti vivi, Evervvinus ſalis-aram apud Stasfort in hæreditate mea ſitam conſenſu meorum pro amore Domini & pro ſalute animæ Patris & Matris meæ, nec non pro remedio animæ meæ & filiorum meorum, ſuper altare Beati Magni Martyris in Colbike, ad ſubſidium Fratrum inibi Domino ſervientium, in perpetuum donavi. Si verò de hac oblatione futuris temporibus ulla controverſia ſuboriatur, imago mea, præſenti ceræ impreſſa, teſtis fideliſſimus producatur. Sunt autem hujus rei teſtes Conradus Comes & frater ejus Bedericus, Gero & Bernardus de Wulfen, Cunradus Ratlo & alii quamplurimi. Anno Dominicæ Incarnationis CIↃCLXXXV. in caſtro Berneburg. VII. Idus Februarii.

§. XXXVII.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [492] - 18

D



§. XXXVII. Anno CIↃCLXXXXIIII. duo privilegia ſuper Advocatiam in *Scavvize* data ſunt, in quibus *Bernardus* noſter Comes in *Aſchersleve* vocatur. Prioris horum formula talis eſt.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. *Bernardus*, Dei gratia Dux Saxoniæ & Comes in *Aſchersleve*. Quoniam temporum volubilitas, & viciſſitudinum mutabilitas indiſcreta minus diſcretorum facta frequenter permutare conſueverit, cenſura diſcretorum hoc docuit, & exinde hoc inolevit, ut ea, quæ ad permanentiam rationabiliter ordinantur, ſcripti memoriæ & ſtabilitatis fidei committantur. Igitur præſentis ſcripti teſtimonio ad notitiam fidelium tàm futurorum, quàm præſentium deducimus. Qualiter Ego in præſentia Domini mei *Hueldenſis* Abbatis *Sifridi*, conſentiente Domino Conrado, *Mimilebenſis* Eccleſiæ Præpoſito, de Advocatia in *Scavvize*, quæ villa totaliter

taliter ad eum pertinet, disposui cum Heinrico de Cokstete, & filiis, & qui eandem Advocatiam in possessione tenet. Scilicet ut de quolibet manso, qui de novo in prædio collecti sunt, unum Cotinense maldrum dimidium tritici & dimidium siliginis ei pro sua justitia annuatim persolvat, eâ videlicet ratione, ut Advocati neque ad petitiones, neque ad exactiones, neque ad aliqua gravamina, neque appositis & à civibus evocati ad eandem villam veniant, & ut ibi nihil exigatur præter ea, quæ ad sanguinis effusionem spectant. Ad hoc quoque ista disposui, ut idem prædium sine omni gravamine petitionis seu & mansionatici ab Advocatis permaneat, ut neque in his neque in aliis prædium illud inquietare præsumant. Idem prædium tres habet mansos & dimidium à jure Advocati penitus liberos. Statui quoque, Henrico Advocato & filiis ejus consentientibus, ut si quis aliquot mansorum in prædia collectorum repetat, Advocatus ei respondere & querimoniam etiam compescere teneatur. Et si aliquis ejusdem villæ à civibus contra civem suum causam habens Advocatum invitavit, solus ei sumptum & expensa solvat, cujus tamen sumptus suus adversarius, si in causa cecidit, particeps, reliqui cives ab hac expensa immunes permaneant; etsi in eadem causa vel alia aliquod lucrum Advocato perveniat, Præpositus jure suo particeps fiat. Consilio & utriusque partis decretum est, ut tribus civibus in anno eum quatuor equis in obsequium Advocati pareant, ita ut eadem die exeant & ad sua redire valeant, vel maximè secunda die. Similiter disposui, ut si mansi in prædio collecti, aliquo casu mediante, ad rusticos denuò redeant, Advocati ab ipsis nihil, præter antiquam constitutionem, exigant, quæ constitutio alia non fuit, quàm duo modioli de quolibet manso per omnem villam, qui duo modioli etiam vix unum Kotinensem Scephilum conficiunt. Et ut Advocatus & Successores, cui hæc omnia inconvulsa relinquant, statuimus, & ad hoc Præpositum induximus, quòd de rebus Ecclesiæ suæ decem marcas Domino Heinrico Advocato, & filiis ejus contulit. Ad majorem quoque hujus negotii confirma-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [494] - 20

firmationem tàm Dominus Heinricus Advocatus, quàm filii ejus, Conradus & Burchardus, dextris datis in fidem promiſerunt, & ut indiſcuſſa permaneant, quæ ſuper his ordinavimus, & ſcripto commiſimus, & ſigillo noſtro ſignavimus. Teſtes Dominus meus Abbas Hueldenſis Sifridus, in cujus præſentia hæc acta ſunt. Liberi: Sifridus Burchgrafius de Brandenburch, & frater ejus Comes Bedericus de Thorenburch, Albo de Biſenrod, Conradus Burchgrafius de Arneburg, Eggehardus de Wigeleve, Günterus de Widesdorp, Cunradus de Makecerve, Wernherus de Dolin, Baldemarus de Gluche. Miniſteriales: Cunr. de Moſſiſe, Macharius de Dornburg, Widego de Celinge, Cunradus Maras, Widego de Richowe, Iwan de Turten, Heidenricus Stripan, Alexander de Zirpen, Cunrad. de Hondorp, Johannes de Bruboje, Hermannus de Belzize, Hermannus de Clepzene, Güntherus de Izerzke, & alii quàm plures. Actum anno ab Incarnatione Domini M.C. XCIV. Regnante Glorioſiſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto Henrico VI. Præſidente Hueldenſi Eccleſiæ Domino meo Venerabili Abbate Siftido.

§. XXXVIII. Alterum privilegium quia cum hoc ipſo in plerisque convenit, niſi quod loco Ducis Bernhardi, Sifridi, Dei gratiâ Hueldenſis Eccleſiæ Abbatis, & in enumeratione teſtium Bernardi, Ducis Saxoniæ & Comitis in *Aſchersleve*, mentio fiat, à deſcriptione ejus abſtinui.

§. XXXIX. Non diu tamen duravit hæc denominatio Comitatus *Aſchersleviensis*, ſed poſtea ſeculo duodecimo elegantiori vocabulo *Aſcharia*; (1) Seculo autem decimo quarto demum *Aſcania* appellari cœpit. (2) Quæ denominatio adhuc ſolennis eſt.

(1) Factum hoc eſt tempore Heinrici, Bernhardi, Saxoniæ Ducis Filii, & Principis Primi Anhaltini, qui ſeipſum appellavit Principem in Anhalt & Comitem Aſchariæ, prout hoc ex ſequenti ſigillo patet.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [495] - 21



(2) videantur privilegia & Sigilla Anhaltina circa hoc tempus data. Rectè itaque scripsit Sagittarius Hist. Princip. Anhalt. c. 1. §. 5. p. 3. quia caput hujus Comitatûs ac urbs primaria idiomate teutonico non Ascaria, sed Aschersleibium vocatur, fortè an conjecturæ foret locus, Aschersleibiensem Comitatum olim audivisse, qui postea antiquiori ac elegantiori vocabulo Comitatus Ascaniæ dici cœperit.

§. XL. Recenseremus adhuc ordine Comites *Ballenstadienses* & *Aschersleibienses*, verum quia de his in Calendario rerum gestarum Comitum Ballenstadiensium & Ascaniensium prolixius à nobis actum fuit, illos amplius describere jam supersedimus.

§. XLI. Comitatui Ascaniensi affinis olim erat Comitatus *Warmesdorp*, qui in literis feudalibus **die hohe Grafschafft Warmsdorff** vocatur. De quo sciendum, illum nunquàm Comitatum Imperii fuisse, sed tantùm judicium, quod olim *Goscap* appellabatur. (1) Quemadmodum autem olim Comes nihil aliud erat, quàm judex pagi, seu Provinciæ: (2) ita Comitatus & judicium eo tempore erant Synonyma.

(1) De

(1) De hoc judicio perantiqua charta pergamenæ anno MCCCXXXIII. data ita habet: Iſta ſunt bona, quæ Comes Aſchariæ tenere debet ab Imperio. Comiciam ſcilicet in Aſcharia, Comiciam in Worbez, & Comiciam in Mylinghen, judicium, quod vocatur *Goſcap* vulgariter, in villa Warmeſtorp; inſuper omnia judicia, quæ *Goſcap* vocantur, quæ continentur in iſtis tribus comitiis ſuperiùs nominatis. Hoc judicium *Goſcap* literæ feudales Imperatoris Caroli IV. datæ Ottoni Principi in Anhalt anno MCCCLXXVII. ita verterunt: **Das Gericht / das dar heißt die hohe Graffſchafft in dem Dorff zu Warmsdorff und alle Gerichte / die da hohe Graffſchafft heiſſen / die da ſeyn in dieſen dreyen vorgenandten Graffſchafften.** (2) vid. §. 2.

§. XLII. Sequitur nunc ordine Comitatus *Nordringenſis*, cujus Brotuſius, (1) Spangenberg (2) Entzelius, (3) Hoppenrodius, (4) & Albinus (5) mentionem faciunt, ejusque caſtellum, nunc *Nienburg* dictum, & juxta Salam fluvium, ubi fluvius Boda in illam ſe exonerat, *Northringen* olim vocatum fuiſſe, certiſſimè aſſerunt. (6)

(1) chron. Martisburg. p. m. 591. Hiſt. Heinrici I. c. 5. (2) Annal. March. veter. (3) lib. genealog. (4) **im Adels-Spiegel** p. 292. (5) chron. Miſn. p. 248. 249. 405. (6) Aut. chron. Mont. Seren. p. 37. Hoppenrod. d. l. p. 64.

§. XLIII. Verum Comitatus hic *Nordringenſis* incertus eſt, nulloque legitimæ antiquitatis ſuffultus teſtimonio. Nimirum prædicti autores, dum in diplomatis legerint, caſtellum *Nienburg* olim in pago Northuringiæ, in Comitatu hujus vel illius Comitis, ſitum fuiſſe, (1) per pagum non Provinciam, ſed villam tantum intellexerunt. Erroris inde nata eſt occaſio, ut caſtellum illud *Northringen*, & Comitatum, ſub cujus imperio illud erat, Northringenſem pariter appellaverint. Deinde Comitatus ille nunquàm hæreditarius fuit. Quamvis enim Albinus (2) referat, Marchionem Chriſtianum, (3) Tietmari (4) Patrem, cum uxore ſua Hidda, Marchionis Geronis ſorore, Comitatum *Nordringenſem* dotis nomine accepiſſe: illud tamen ex antiquis Monumentis demonſtrare nequit. Nunquàm enim Marchio Chriſtianus in Comitatu illo pagi Northuringiæ, in quo *Nienburg* ſitum erat, Comes fuit, ſed in aliis, uti inferiùs patet. (5) Caſtellum autem *Nienburg* cum omnibus villis Marchio Gero jure hæreditario poſſedit, qui etiam illud anno IↃCCCCLXI. (6) Eccleſiæ Gerenrodenſi donavit. Cùm verò Marchio Tietmarus anno IↃCCCCLXXV. Congregationem Monachorum de *Danckmarisvelde* (7) in Nienburg transferre vellet, caſtellum illud à prædicta Eccleſia IV. villis redemit (8)

(1) De hoc castello quam plurima diplomata in chronologia Abbatum Nienburgensium allegavi, in quibus omnibus ita legitur: Castellum Nienburg in ripa fluminis Salæ, pagoque Northuringia situm. (2) chron. Misnic. p. 245. (3) De hoc Marchione Lusatiæ videatur inferius. (4) Hic Marchio Tietmarus cum fratre suo Gerone, Archi-Episcopo Colonienſi, anno IↃCCCCLXXV. Abbatiam Nienburgensem fundavit. (5) vid. §. 58. (6) Autor chron. Montis seren. p. 37. Hoppenrod. Annal. Gernrod. Ex quo apparet, castellum hoc, priusquam Marchio Tietmarus emit, Nienburg dictum fuisse. Diploma Ottonis II. super illam translationem vid. inferius §. 58. Fuit autem Danckmarisveld in confinio castri Anhalt., juxta Aut. chron. Mont. ser. c. l. (8) De hoc Auctor. chron. mont. ser. p. 37. ita habet: *Verùm quia castrum idem, quod tum Northringen dicebatur, de hæreditate fuit Geronis Marchionis Avunculi ipsorum* (Tietmari scilicet & Geronis,) *quam ille totam Deo tradiderat, datis pro eo Ecclesiæ Gernrodensi IV. villis, quæ omnes uno nomine Polige vocantur, ipsum redemerunt.*

§. XLIV. Perginus nunc ad illos pagos, qui Salæ, Albis, Mildæ, & Vohnæ fluviorum circumscribuntur ambitu, & vocantur *Grimmerslevo*, *Nizizi*, *Serimunt* & *Koledizi*. De singulis ordine.

§. XLV. *Pagus Grimmerslevo.* Castellum, Slavonicè quondam *Budizko*, germanicè **Grimmersleben** (1) dictum, denominationem huic pago tribuit. Situm autem fuit juxta Salam è regione castelli *Nienburg*, & rudera ejus adhuc demonstrantur.


(1) Autor. chron. Mont. Seren. vocat castellum hoc Grimmisleve p. 37.

§. XLVI. Anno IↃCCCCLXXIIX. Otto Imp. II. triginta mansos regales in pago *Grimmerslevo* sitos, Monasterio Nienburgensi resignavit sequente diplomate.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divinâ favente Clementiâ Imperator Augustus. Quanquam sobriis ac piis nostrorum fidelium petitionibus quibuscunque obsequi satis tutum est apud Deum, quantò tamen divina hæc caduca præponderant, tantò plus in hoc, quod animæ nostræ credimus profuturum, salubribus suggestionibus est obsequendum. Quapropter, ob interventum Dilectæ Conjugis nostræ *Theophanæ*, atque *Adalberti*, Magadaburgensis Ecclesiæ Archi-Episcopi, nec non *Bernhardi* Comitis, Ecclesiæ cuidam in castello *Nienburch* dicto

dicto ſitæ, Sanctæque Dei Genitricis Virginis ſemper Mariæ & omnium Dei Electorum in memoriam conſecratæ atque conſtructæ, pro remedio animæ noſtræ, Ejusdemque Conjugis noſtræ, pro ſtatu etiam & incolumitate Imperii noſtri, ſimul etiam quia eandem Eccleſiam petitionibus quorundam fidelium noſtrorum, Geronis ſcilicet Archi-Epiſcopi, ejusque Germani Thiemonis Comitis, cum omnibus ſuis attinentiis in noſtrum ſuſcepimus mundiburdium, ſub ſuo antea jure conſiſtentem, nec non etiam Monachorum inibi DEO famulantium regulariter, vel per tempora ſuccedentia famulatorum, uſibus, triginta regales manſos in locis ſubnotatis donamus, in caſtello ſcilicet quodam, Slavonicè quondam *Budizco*, nunc autem theotonicè *Grimmerslevo*, in pago *Grimmerslevo* ſito, quod olim usque ad tempora beatæ memoriæ Genitoris noſtri Imperatoris, ſub comitatu *Rathi* ſcilicet Comitum ſuit: *Prudna*, *Letatizic*, *Popovvizic*, legaliter determinandos, ita ut ſi quid in his locis ſummæ manſorum prælibatæ defuerit, contiguis ac proximis procul dubio ſuppleatur cum omnibus ſcilicet familiis inibi manentibus, & mancipiis utriusque ſexûs, terris cultis & incultis, pratis & paſcuis, aquis aquarumque omnigenis utilitatibus, ſilvis, ædificiis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, atque cunctis eo loci rebus & utilitatibus pertinentibus, & ex noſtro jure in ipſius Eccleſiæ transfundimus hæc omnia jus ab eo, qui modò eſt, Abbate, ejusque Succeſſoribus tractanda, ac, prout ſibi viſum fuerit, filiorum ſuorum ſpiritualium uſibus auctoritativè impendenda. Et ut hoc noſtræ auctoritatis edictum noſtrorum fidelium præſentium ac futurorum ſollertiæ pateat, nec non etiam ſtabile per temporum ſuccedentium momenta permaneat, hanc cartam noſtrâ juſſione conſcriptam atque ſignatam, connexis etiam noſtri nominis literis, ſubtus quodam caractere per obliquum ducto more noſtro firmavimus, in pago Grimmerslevo in Comitatu Thiemonis ſcilicet Comitis.

Signum

Signum Domini Ottonis piiſſimi  atque invictiſſimi Imperatoris Auguſti.

Hildiboldus Archi-Capellanus ad vicem Willigiſi Archi-Capellani notavi. Data autem XV. Kal. Maj. anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXVIII. Regni verò XVIII. Imperii autem XI. Indictione VI. Actum Alſtedi in Domino feliciter Amen.

§. XLVII. Sequenti anno idem Imperator Otto priori donationi octo villas partim ad pagum *Grimmerslevo*, partim ad pagum *Sirmuti*, in vicinia prioris ſitum, pertinentes adjecit, & ſequenti ſcriptura confirmavit.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divinâ favente Clementiâ Imperator Auguſtus. Cùm noſtri ſit officii, in quo divinæ diſpoſitionis largitate vicem regentis gerimus, ſumma devotione, ſummo ſtudio noſtris facultatibus in utroque incremento Eccleſiis Dei prodeſſe, atque inibi Deo militantibus corporis alimoniis, in quantum Deus ipſe Nobis poſſibilitatem donaverit, ſuffragari, ne ex inopia, ùt ſolet, ſervitus Dei torpeſcat, Volumus caritati omnium fidelium noſtrorum patere, tàm præſentium, quàm poſt futurorum, Qualiter Nos, ob ſpem futuræ retributionis, de rogatu Dilectæ noſtræ Conjugis *Theophanæ*, jam olim quoddam caſtellum, *Grimerslevo* nuncupatum, in pago *Grimerslevo* ſitum, cum XXX. manſis regalibus ad idem pertinentibus, Monaſterio, ſub Sanctæ Dei Genitricis Mariæ patrocinio in *Nienburg* conſtructo, ubi Sala & Boda ſe miſcendo viciſſim ſtabili federe maritant, noſtrâ Imperiali auctoritate perpetim mancipavimus, & quod tunç de eodem caſtello *Grimerslevo*

levo theotonicè, Sclavonicè *Budizco* nominato, jure ac legaliter pertinens ad illud remansit non datum, ex toto & integro, excepto quod Genitor noster aut Nos alicui antea per præceptum donavimus, modo ejusdem nostræ Conjugis frequentia assidua petitione, ad prædictum Monasterium perpetualiter delegamus atque concedimus. Ac ut nullus error huic nostræ concessioni occurrat, concessarum decrevimus nomina scribi villarum, quarum nunc nomina nominare possumus, scilicet castellum *Berneburg*, *Widogasti*, *Predertti*, *Bedosiki*, *Lusokovviki*, *Cossavviki*, *Scrobovveki*, *Malovvodi*, *Pezodulta*, *Amoconthorp*, *Zlubusiki*. Hæc scilicet bona, & insuper quicquid ad prædictum jam castellum nominari, vel inveniri ad illud pertinens in aliqua utilitate valet, tàm in utriusque sexûs mancipiis, quàm in agris cultis & incultis, pratis, pascuis, campis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, venationibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæsitis & inquirendis. In Comitatu pueri Geronis in pago *Sirmuti* in perpetuum proprietatis usum ad præscriptum Sanctæ Mariæ Monasterium damus atque concedimus. Et ut hoc verius credatur, & ab omnibus diligentiùs observetur, hanc chartam scribi, eamque nostræ imaginis impressione jussimus sigillari.

Signum Domini Ottonis Imperatoris Augusti.

Hildiboldus Cancellarius ad vicem Willigisi Archi-Capellani notavi.

Data V. Non. Mart. ann. Dominicæ Incarn. DCCCCLXXVIII. Regni Ottonis secundi XVIII. Imperii autem XII. Indict. V. Actum in Thornburg, in Christi nomine feliciter Amen.

§. XLVIII. Ceterùm priusquam ad ipsius pagi *Grimmerslevo* Comites abeamus, de castello *Bernburg*, quod ad pagum *Grimmerslevo* olim pertinuit, nonnulla præmittere decrevimus.

§. XLIX. *Bernburg* olim *Berneburg* scribebatur, (1) id quod quamplura diplomata commonstrant. Ditmarus Bernaburg vocavit. (2) An autem burgum, seu arx ista nomen ab *Urso*, vel *Ursinus* (die Bärenburg) accepesit, (3) valde dubito. Majores enim Celsissimorum Principum

Anhaltinorum, *Beringeri* dicti, illam nec ædificârunt, nec ab initio statim jure hæreditario possederunt.

(1) Aut. chron. Montis seren. p. 16. Heinr. Meibom. Rer. Germ. T. II. p 266. (2) chron. p. 79. (3) M. Abrah. Saur Theat. urbium p. 27.

§. L. Imperator autem Otto III. *Bernburg* primum extruxit, & ad Marchionatus dignitatem adversus Slavos anno circiter IↃCCCCXCVI. evexit. (1) Primum Marchionem ibidem collocavit Lotharium III. Comitem Walbeccensem. (2)

(1) Ditmarus chron. p. 79. 268. (2) ibid. Heinr. Meibom. not. ad Lerbecc. item chron. Walbeccens. p. 31.

§. LI. Anno IↃCCCCXCVII. VI. Non. Jul. Marchionis Lotharii absentiâ, & Giselharii Archi-Episcopi Magdeburgensis socordiâ, Slavi castellum *Bernburg* expugnarunt & incenderunt. (1) Hinc Marchio apud Imperatorem vehementer accusatus est, imputatam autem culpam juramento purgavit. (2) Circa annum CIↃII. VIII. Kal Febr. veneno occubuit. (3)

(1) Ditmar. chron. p. 79. Meibom. chron. Walbec. p. 31. (2) Ditmar. d. l. p. 80. Meibom. d. l. (3) Ditmar. d. l. p. 172.

§. LII. Post Lotharii obitum filius *Wernherus*, ex concessione Imperatoris, Marchionatum *Bernburgensem* retinuit. Mater enim ejus nomine *Godila*, Marchionatum prædictum cum ducentis talentis ipsi acquisiverat (1) Postquam autem Wernherus anno CIↃIX. Dedonem II. Marchionem Misniæ interfecisset, Imperator ejus Marchiam, & quicquid ab Imperio habuit, Bernhardo, Comiti Ballenstadiensi, in feudum dedit. (2)

(1) Ditmar. d. l. p. 173. Meibom. chron. Walbec. p. 32 (2) Ditmar. d. l. p. 151. 152. Aut. chron Montis seren. p. 201. seq.

§. LIII. Comes hic Bernhardus fuit Filius Alberti V. Comitis Ballenstadiensis, cujus frater Albertus VI. uxorem duxerat Tiburgam, filiam occisi Marchionis Dedonis. (1) Hoc modo Bernburg cum reliquis villis ad Anhaltinos pervenit.

(1) Andreas Angelus Annal. March. Brandenb. L. II. p. 68. chron Montis seren p. 202. Bernhardum vocat Avunculum Tiderici Marchionis, filii interfecti Dedonis.

§. LIV. Consideratâ origine Civitatis *Bernburgensis*, pergimus ad Comites pagi *Grimmerslevo*, quorum nonnulli *Rath* nominati, (1) à Comite quodam Thuringiæ & Austrasiæ, etiam *Rath* dicto, ortum traxerunt (2)

(1) De his Comitibus vid. diploma §. 46. (2) vix temporibus Clotharii II. Regis Austrasiæ, à quo non solùm ut Comes Thuringiæ & Austrasiæ impositus, sed etiam, solenni Francorum more, Major Domus declar-

declaratus fuit. De quo Cyriac. Spangenberg. chron. Saxon. c. 66. Querfurtenſ. autem p. 49. Rivander chr. Thuring. p. 59. Caſp. Sagittar. Antiquit. Ducat. Thuring. p. 19. Schurtzfleiſch. diſp. de Regno Auſtraſiæ §. 13. & Petr. Albin. ſpecim. hiſt. Thuring. nov. legi poſſunt. Hujus Comitis filius à prædicto Rege Clothario in bello contra Sorabos factus eſt anno IↃCXVIII. Præfectus caſtelli propè fluvium Salam Slavonicè Budizco, germanicè Grimmersleve dicto, prout hoc ex MS. Thuring. ſequentibus verbis patet: Anno IↃCXVIII. deſignavit Rex Clotharius Comitis *Rath* filium Præfectum caſtello Grimmerslevo contra Sorabos. Ex hoc perantiquo ſtemmate progenita eſt Sereniſſima Princeps ac Domina, Domina *Giſela Agneſa*, Princeps Anhaltina, Dux Saxoniæ, Angriæ & Weſtphaliæ, Comes Aſcaniæ, & Nienburg, Domina Serveſtæ & Bernburgi &c. Sereniſſimi Principis Anhaltini Domini *Emanuelis Lebrechti* conjux, prout hoc in peculiari tabula genealogica ex quam pluribus antiquis literis commonſtravimus. Notatu verò hic tam dignum, quam quod dignisſimum, quòd ſicut Generoſiſſimus antiqui hujus ſtemmatis generoſi Autor & Sator Comes *Rath*, qui Comitatibus in Thuringia & Auſtraſia non ſine ſumma gloria præfuit, in Francia ad regiam ferme Majoris Domus dignitatem fuit evectus; ita ex ſeris poſteris Generoſiſſimi hujus Viri Sereniſſima noſtra prognata, in dulciſſimum vitæ thorique conſortium à Sereniſſimo Principe adſcita, & ab Imperatore Leopoldo *Comes de Nienburg* ſalutata, MAJOR DOMUS hujus Generoſiſſimæ quoque facta eſt. Faxit Deus Ter. Opt. Max., ut in Illuſtriſſima hac dignitate, quam Dei gratiâ obtinuit, unà cum Sereniſſimo Principe usque ad extremum vitæ halitum feliciter, tranquillè, quid? quod beatè vivat vigeatque.

§. LV. Comitibus prædictis ſucceſſit in pago *Grimmerslevo* Marchio Thiemon, (1) (qui in aliis Diplomatis etiam Tietmarus audit,) ex familia Witichindea ortus. (2) Patrem habuit Chriſtianum, Marchionem ſecundum Luſatiæ (3) poſt cujus obitum etiam ille Marchionatum accepit (4)

(1) Vid. §. 39. (2) Albin. chron. Miſn. p. 119. 249. 405. Brotuf. chron. Martisburg. p. 591. (3) Aut. chron. Montis ſereni p. 36. qui Marchionem noſtrum Dithmarum vocat. Albin. d. l. p. 405. Peucer. chron. Carion. p m. 558. Spangenb. im Adels-Spiegel p. 314 b. (4) ibid.

§. LVI. Anno IↃCCCCLXX. Marchio hic cum Fratre ſuo Gerone, Archi-Epiſcopo Colonienſi, Monaſterium in Thancmaresfeld (1) propè Hartzgerodam, in honorem Sanctæ Mariæ Dei Genitricis condidit, (2) eique multa bona adſcripſit. De eo docemur ex ſequenti privilegio.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris Domini nostri JESU Christi Spiritûsque Paracleti. Si quis egenis pauperibus Christi, hereditario sibi ex jure cedentibus, maximèque Ecclesiis Dei contribuerit, centeni fructus cum multiplicatione omnium ex Remuneratore regno immarcessibili in cœlis remunerandum, credentibus liquet manifestatissimè universis. Quapropter *Gero*, Sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archi-Episcopus, germanusque ejus *Thietmarus* Marchio, tam felicem diu animo moventes remunerationem, quod cunctorum Sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium præsentium, sed & futurorum solerti industriæ hac sub prænotatione innotescere fecimus; quam equidem in *Thangmaresfeld* habuerint mancipiis, campis, silvis, aquis, ad Ecclesiam Sanctæ Dei Genitricis Mariæ in eodem loco constructæ, & monachis ibidem Deo servientibus ad sumtum necessaria totum & integrum tradiderunt. Adhæc etiam in *Asmereslove* & *Linthorpe* quod habuerunt mancipiis, letilibus, campis, pascuis, silvis, aquis, excepto uno territorio Venatoris, venatoris *Hugibaldi* & tempore addentes, donavére in *Huodenstedin* etiam, quod possederant, campis, pascuis, aquis, mancipiis, & illud apposuerunt Oster Salthusen in Stasurdi, cùm mancipiis, campis, pascuis, aquis, piscationibus, & salis operibus eidem subdidêre Ecclesiæ, & quicquid ibi hereditariè habuerint in campis, mancipiis, pascuis, pratis, aquis, piscationibus, piscium etiam decimationem in Milda, & ceterarum ibidem discurrentium aquarum, quam potestativè detinuerunt, in eleemosinam parentum animarumque eorum totum & ad integrum præfatæ ditioni Ecclesiæ contradiderunt. Si quis extraneus vel coheredum eorum aliquis, vel ipsi, quod absit, præfatæ Sanctæ Dei Genitricis Ecclesiæ irrogare, & hanc traditionis cartam infringere conaverit, obscurent oculi ejus, ne videat lumen, & ut se deliquisse cognoscat, libram auri regiæ censuræ persolvat, & quod repetit insuper vindicare non valeat. Actum publicè in prænotata Ecclesia IV. Kalend. Septembr. anno ab Incarnatione Domini nostri JESU Christi DCCCCLXX. indict. XIII. Regnantibus

bus Divis Auguſtis Ottone, ejuſque Nobiliſſima prole, parentem nomine ferente, Imperii majoris XI. Regni autem XXXVI. Minoris quoque Imperii VI. Regni verò ejus anno XI. in Dei nomine feliciter.

Signum Domini Geronis, Colonienſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopi, Germaniique ejus Thietmari Marchionis, qui hanc traditionis cartam fieri fecerunt.

Signum Ramhardi,
Signum Liudherii,
Signum Follradi Diaconi,
Signum Adelolfi,
Signum Werinheri Sub-Diaconi,
Signum Beremmardi Subdiac.
Signum Friderici.
Signum Folcmari.
Signum Thiederici.
Signum Burchardi.
Signum Adaldagi.
Signum Ado.
Signum Maco.
Signum Adalmardi,
Signum Wermhardi,
Signum Theodolfi,
Signum Altvati.
Signum Rutholdi,
Signum Thancwini,
Signum Thancheri.
Signum Godico.

Ego indignus Guntrannus nomine, non dignitate Diaconus, hanc traditionis cartam ſcripſi & ſubſcripſi.

(1) In diplomatis quibusdam Thangmarasfeld, ab autore verò chron. Montis ſereni p. 36. vocatur Danemarisvelt. (2) De hac fundatione prædictus Autor ibi ita loquitur. Hi fratres (ſcilicet Gero, Colonienſis Archi-Epiſcopus, & Dithmarus Marchio) & mater ipſorum, defuncto Patre, fundaverunt monaſterium in honorem Dei Genitricis in loco, qui Danemarisvelt dicitur, & eſt in confinio caſtri Anehalt, congregatis ibi Fratribus, Deo juxta regulam B. Benedicti ſervientibus, & præpoſito eis Abbate, qui Hageno dicebatur, quem etiam Imperatoris conſanguinitas illuſtrabat.

§. LVII. Hoc Monaſterium in Thancmaresfelde Joannes XIII. Pontifex confirmavit indictione XV. quæ incidit in annum IↃCCCCLXXI. Singularem autem de eo conſcribi fecit bullam, quæ ſequentibus verbis concepta eſt.

JOannes Episcopus, servus servorum Dei. Creditæ speculationis impellimur cura ac ardore christianæ religionis, & studio divini cultus permovemur, pro Venerabilium locorum percogitare stabilitatione atque Deo servientium securitate: & hoc pro animæ pio labore, ut animæ Christo dicatæ; quæ si illi diebus eorum servire decreverunt, perseverent imperturbatæ, nec non & illa maneant finetenus firma, quæ à christianis in Dei laude contracta sunt. Dilectus ac spiritualis filius noster Gero, Sanctæ Colonienſis Ecclesiæ Archi Episcopus, limina Apostolorum dignâ devotione visitans, ac nobiscum plurima in statu religionis communicans, retulit, se fratremque suum Tietmarum Marchionem, Christi admonitos amore, quendam locum in honore Sanctæ Mariæ semper Virginis instaurâsse, & in eo Monachorum regulam Sancti Benedicti observantium, addidisse officiis. Hujus loci ac religionis nostro suffragio ac privilegio paratam stabilitatem fieri humiliter expostulavit. Cujus petitioni annuens, Apostolicâ auctoritate statuimus, quod eidem loco ac congregatio fratrum, sine alicujus potentia, divino ministerio instare liceat. Nec Episcopis, vel potestati eorum in aliquo intermittere, vel retrorsum distrahere liceat: sed ea, quæ modò habent, vel habituri sunt, Abbas eorum cum Monachis ordinanda constituat, nulli quicquam cujuslibet obsequii debeant, præter tantum pro christianis divinam orationem. Imperatorem defensorem appellent, ac piæ inter se electo Abbati procurationem commendent. Solum religionis statum Episcopis, si interfit, requirat. Huic, si fortè labatur, corrigendo adsit. Ceterum de servitio aliquo immunem relinquat ipsum locum. Advocatum de ipsa progenie, si fortè in bonum faveant, eligant. Sin autem vim aut incommodum inferre moliuntur, ubi ubi sibi placent, timentem Deum ac stabilitati faventem securè perquirant. Si quis autem hanc nostram auctoritatem violare temptaverit, anathematis vinculo adstrictus gehennæ tormenta sine fine se subire dolebit. Scriptum

per


per manum Stephani, ſcriptoris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, in Menſe Januario indictione XV. Data octavo Kal. Januar. per manum Witloni Epiſcopi & Bibliothecarii Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, anno Pontificatûs Domini Joannis Sanctiſſimi XIII. Papæ VII. Imperii Domini Ottonis Majoris X. Junioris IV. indictione quintadecima.

§. LVIII. Marchio Tietmarus, unà cum fratre ſuo prædicto Gerone, promovit translationem Abbatiæ, propter aſperitatem *Thancmaresfelt*, caſtellum Nienburg in ripa fluminis Salæ pagoque Northuringiæ ſitum, anno IↃCCCLXXV. (1) Sed Abbas Hageno remanſit, & Præpoſituram ibi erexit, quam *Hagenrode* de ſuo nomine appellavit. (2) Translationem hanc confirmavit Imperator Otto II. eodem anno ſequenti diplomate. (3)

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divinâ favente clementiâ Imperator Auguſtus. Noverit omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & abſentium, induſtria, Qualiter Gero Sanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, ac Thietmarus Comes, ipſius verò germanus, in loco quodam *Tangmaræsfeld* dicto, pro ſuorum Parentum in Chriſto defunctorum, nec non etiam propriæ futuræ retributionis, in ipſo Monaſterium, in memoriam & honorem Sanctiſſimæ Glorioſiſſimæque Genitricis Dei Virginis ſemper Mariæ, ritu Monachici Ordinis conſtructum, noſtro mundiburdio perpetim Imperiali noſtra poteſtate tutandum tradiderunt. Quibus ac compluribus Chriſti fidelibus, cùm loci ipſius aſperitas, ac omnigena incommoditas inibi Chriſto militantibus obſtare videretur, placuit ſuprà memoratam Ordinis Monachici religionem, noſtro Epiſcoporumque complurium conſenſu, inprimis Archi-Præſulum *Adalberti*, *Willigiſi*, nec non & aliorum, *Annonis*, *Brunonis*, *Hildimundi*, *Milonis*, *Hugonis*, ac *Vocconis*, in caſtellum quoddam *Nienburg* dictum, in ripa fluminis Salæ, pagoque Northuringa ſitum, transferri, noſtroque priore cum ſuis attinentiis huic addicto loco munimini ſubdi. Quapropter cùm hoc

hoc ſit Chriſto maximum ac ſaluberrimum noſtri Ordinis officium, pro augendo tuendoque Eccleſiarum honore pro viribus deſudare, piis noſtrorum petitionibus adquieſcentes, Fratribus ſuprà memorati caſtelli liberum electionis arbitrium conceſſimus, ut, quoties ſortis humanæ conditio honoris ordinem mutaverit, habeant poteſtatem ſine cujusquam contradictione, inter ſe eligendi, quem divinæ diſpenſationis gratia decreverit ac demonſtraverit eligendi Paſtorem. Nec non etiam ejusdem loci Abbates, cum omnibus ad ſui regiminis Eccleſiam jure pertinentibus, debito totius mundanæ ſervitutis abſolvimus, Imperialis noſtræ Majeſtatis auctoritate ſancientes, eô, quo ceteri Abbates, jure ordineque ſuis ſubditis præeſſe, nec cuiquam perſonæ quicquam omninò famulatus debere, ſed tantùm illius ſynodale præceptum reſpiciant, in cujus Diœceſi Chriſto militare videntur. Et ut hoc præceptum, noſtri juris auctoritate fulcitum, firmum tàm noſtrâ quàm Succeſſorum noſtrorum ætate ſtabileque permaneat, hanc cartam conſcribi annulique noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quam & manu propria ſubtus firmavimus.

Signum Domini Ottonis



Magni Imperatoris Auguſti.

Folcmarus Cancellarius vice Willigiſi Archi-Cancellarii notavi. Data IV. Kal. Julii anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXV. indict. III. anno verò Regni Domini Ottonis XV. Imperii autem VIII. Actum Magadaburg in Dei nomine feliciter Amen.

(1) De

(1) De hac translatione Auctor chron. Mont. seren. p. 37. ita scribit: Tempore itaque Ottonis II. Imperatoris anno Domini DCCCCLXXV. Dithmarus Marchio & Gero, Colonienſis Archi Epiſcopus, congregationem ſuam de Danckmaresfelde tranſtulerunt in caſtrum Nortringe, quod nunc Nienburg dicitur, ipſamque Eccleſiam, ut firmiori eam ſtabilitate promoverent, Imperiali Majeſtati pro tuenda ejus libertate tradiderunt. (2) Et paulo poſt: Abbas verò ille Hageno cum aliis transferri non conſenſit, ſed Deo potius in ſolitudine ſervire volens, in loco priori remanſit. Erat circa locum ipſum venatio publica Imperatoris. Cum itaque Imperator aliquando ad locum ipſum venaturus vêniſſet, ibi prædictum Abbatem reperit, cujus auditâ intentione & laudatâ, locum quendam ejusdem ſolitudinis ad incolendum ibi dedit ipſi, quem ille *Hagenrode* de ſuo nomine appellavit. Et eſt hodie Præpoſitura attinens Eccleſiæ Nienburgenſi. (3) Ibidem.

§. LIX. Obiit Marchio Thietmarus anno DCCCCLXXVIII. (1) Sepultus in Monaſterio Nienburgenſi à ſe condito. (2) Uxorem habuit Swanehildam, (3) Hermanni Billingi, Saxoniæ Ducis, filiam, (4) ex qua genuit Geronem Marchionem pariter Luſatiæ, (5) qui in bello occiſus anno CIↃXV. in eodem Monaſterio humatus eſt. (6)

(1) Albin. chron. Miſn. p. 406. Hoppenrod. lib. genealog. pag. 60.

(2) in lapide ſepulcrali, qui priſcis temporibus in medio templi Monaſterii Nienburgenſis ante chorum ſitus, nunc prope altare erectus conſpicitur, olim ſequentes verſus æneis literis inſcripti legi potuerunt:

Dietmarus cum Filio.

Marchio Miſnenſis, pro tunc Dominus Luſazenſis,
clauſtrum fundavit, dotavit, nos quoque pavit,
voce ſub humana, ſit ut hic laus cottidiana.
In Chriſti cultum ſalvet cum prole ſepultum.
Hæc pro dote piæ pater obtulit ultrò Mariæ.
Hi Fundatores nunc in cœlis quaſi flores
Splendeſcunt verè, clauſtro qui tanta dedêre.
Abbas Heinricus, certè pietatis amicus,
hoc opus inſigne dedit illis valde benignè.

Anno Domini M. CCC. L. in die Beati Ambroſii completum eſt hoc epitaphium. In monumento hoc lapideo Tietmarus malè vocatur Marchio Miſnenſis. Talis enim nunquàm fuit. (3) ita in Diplomatis vocatur, prout paſſim ex chronologia Abbatum Nienburgenſium & Autore chron. Montis ſereni p. 38. ſeq. patet. Sagittarius verò Hiſt. Eccardi I. ſect. XVIII. §. 1. 4. cum Ditmaro L. V. p. 118. Svonchildam nominat.

nominat. (4) Autor chron. Mont. ſeren. d. l. Sagittar. d. l. (5) Idem. Malè itaque Hoppenrodius lib. genealog. p. 60. Marchionem hunc ſine prole defunctum fuiſſe refert, cùm tamen in Annalib. ſuis Gernrodenſ. Marchioni Tietmaro filiam attribuat, Alheidem (Adelheidem) dictam, ſecundam Abbatiſſam Gernrodenſem. Entzelius Annal. March. veteris & Laurent. Fauſtus im Fürſtlichen Stamm-Baum p. 106. addunt Dethmarum II. (6) Ditmar. L. VII. p. 195. Sagittar. hiſt. Eccardi II. ſect. IX.

§. LX. Pergimus ad pagum *Nizizi*, qui pago *Grimmerslevo* versùs plagam auſtralem finitimus erat.

§. LXI. Pagus *Nizizi* inter Salam & fluvium ſitus erat. Fit ejus mentio in Diplomate Imperatoris Ottonis III, quod dedit Monaſterio Nienburgenſi ſuper quatuor manſos regales. Ipſum diploma hâc conceptum eſt formulâ.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divinâ favente Clementiâ Romanorum Imperator Auguſtus. Si ſacra & venerabilia loca augmentare ſtudeamus, noſtri Imperii augmentum animæque noſtræ præparare minimè dubitamus. Quapropter omnibus Sanctæ Dei Eccleſiæ noſtrisque fidelibus, præſentibus atque futuris, notum eſſe volumus, Qualiter Nos, ob interventum Dilectæ Sororis noſtræ *Sophiæ* ac *Frederunæ* Comitiſſæ, dedimus cuidam Monaſterio in civitate Nienburg, in honorem Sanctæ Dei Genitricis Mariæ conſtructo, quatuor manſos regales in pago *Nizizi* nuncupato, & burchwardio *Suſelzi* ſitos, tres in villolis *Gothzizi* & in *Wiſſirobi*, (Wieſreben) unum verò in burchwardio *Plozike* (Plötzke) cum omnibus mancipiis utriusque ſexûs illuc jure pertinentibus, & ſi aliquid plus ad Nos pertinens in eisdem inventum fuerit, de culta terra, cum omnibus prædictorum manſorum campis, pratis, paſcuis, ſilvis, molendinis, venationibus, piſcationibus, aquis, aquarumque decurſibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, aliisque utenſilibus, vel appendiciis, quæ adhuc dici vel nominari poſſunt, in proprium tradidimus. Et ut hæc noſtræ donationis auctoritas firma & inviolabilis perſeveret, ſigilli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, manuque propriâ, ut infra videtur, corroboravimus.

Signum

Signum Domini Ottonis



Invictissimi Imper. Aug.



F

Hildiboldus Episcopus & Cancellarius vice Willigisi Archi-Episcopi recognovi. Data XV. Kal. Jun. anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXCVI. Indictione X. Anno verò tertii Ottonis regentis XIII. Imperii autem primo. Actum Mersiburg feliciter ἀμήν.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [511] - 37

§. LXII. Quô annô desierit hujus pagi *Nizizi* appellatio, non ita exactè definiri potest. Hoc tamen ex antiquis litteris apparet, Comitatum ejus seculo decimo hereditarium factum, & à primario ejus castello *Plötzke* dictum fuisse Plôtzkensem.

§. LXIII. Primus Comes erat (1) Theodoricus, Ottonis divitis, Comitis Ballenstadiensis, & Marchionis Soltwedelensis, filius primogenitus, (2) qui post mortem Meinfridi, Conradi, Comitis Walbeccensis, fratris consanguinei, Burggravio quoque evadebat Magdeburgensis. (3) Uxore Mechtilda, Conradi Comitis Walbeccensis & Burggravii Magdeburgensis filia, (4) genuit Conradum (5) & Hilpericum (6) ùt & Irmegardam, (7) primùm Udonis, Marchionis Stadensis (8) post Gerhardi, Comitis Heinsbergensis, (9) conjugem.

(1) M. Andreas Angelus Annal. March. Brandenb. L. II. p. 86. & Hoppenrod. in libr. genealog. p. 70. ex antiquo chronico Saxonico referunt, ante Theodoricum duos jam Comites Plötzkenses fuisse, Helfridum scilicet & Hermannum, Burggravium pariter Magdeburgensem, prædicti Theodorici Patrem. Verùm illo ævo nullus Hermannus Burggravio Magdeburgensis fuit, prout hoc ex Peucero in chron. Carionis L. V. p. m. 812. Spangenberg. Adels-Spiegel L. X. c. 20. p. 318. b & chron. MS. civitatis Magdeburgensis, ab Heinr. Meibom. chron. Walbec. p. 37. allegato apparet. (2) Vid. Autor. Vindiciar. Anhaltin. tab. genealog. lit. B. Theodoricum hunc fratrem fuisse Alberti Ursi, & Filium Ottonis divitis, testatur etiam Diploma Wichmanni, Archi-Episcopi Magdeburgensis, Monasterio Nienburgensi datum, de quo chronologia Abbatum Nienburg. videri potest. (3) Peucerus d. l. Spangenberg d. l. & prædictum chron. Magdeb. (4) Spangenberg d. l. Aut. Vindic. Anhaltin. d. l. (5) De hoc Conrado sequens §. agit. (6) ab Andrea Angelo d. l. & Hoppenrodio lib. geneal. p. 70. malè Heinricus, à Spangenbergio verò d. l. Helffrich & Helfried vocatur. (7) Eringart audit Andreæ Angelo d. l. & Hoppenrodio d. l. Ermgart verò Spangenbergio d. l. Hujus Irmegardæ meminerunt quoque Aut. chron. mont. seren. p. 26. & Alb. Stadensis p. 271. hisce verbis: Ermegarda fuit soror Helprici, Comitis de Ploceke. Præter hanc Irmegardam chron. MS. Magdeburgense adhuc unam Theodorico attribuit filiam Adelheidis dictam. (8) Alb. Stadensis p. 336. Peucer. d. l. Spangenberg. d. l. Hoppenrod. d. l. And. Angelus d. l. Heinr. Meibom. in chron Marienthalensi. (9) De hoc Gerhardo Heinr. Meibom. in prædicto chronico ita scribit. Gerhardus, Comes Hinsbergius, uxor Irmegardis, Theodorici, Comitis Plocen-

Plocensis, filia, Helprici Soror, vidua Udonis, Marchionis Stadensis.

§. LXIV. Patri successit Conradus, (1) Marchionatu Brandenburgensi simul auctus, anno CIↃCXXX post mortem Heinrici, Marchionis Stadensis. (2) Sicque primus ex antiqua familia Comitum Ascaniæ & Ballenstedti titulum & insignia Marchiæ Brandenburgensis accepit. (3)

(1) De hoc Conrado Sagittar. in hist. Marchiæ Soltwedelensis §. 47. doceri maluit, quis ille fuerit. (2) Juxta Albertum Stadensem ad annum CIↃCXXX. scribentem: Principatum Heinrici Marchionis suscepit Conradus, filius Avunculi ejus. Erat autem Heinricus filius Udonis, Marchionis Brandenburgensis & Stadensis, ex Irmengarda, Comite Plocensi, ac Conradi sorore genitus. Quapropter Conradus Heinrici Avunculus vocatur. Brotuf. Genealog. Anhalt. L. II. c. I. Spangenb. chron. Saxon. c. 218. Andr. Angelus p. 76. & alii Conradum hunc disertè appellant Comitem Plotzkensem, & Marchionem Brandenburgicum. (3) Hoc modo Imp. Heinricus V. Ottoni diviti Marchiam Brandenburgicam non contulit, prout Wolfgang. Justus in Geneal. Marchion. Brandenb., David Chytræus in Saxonia & nonnulli alii scripserunt. Otto tamen partem Marchiæ Brandenburgicæ & potissimum Soldwedelensem agrum possedit, prout hoc ex Krantzii Wandal. L. III. c. 17. demonstrari potest. Unde postea ipsi, multò autem magis ejus filio Alberto Urso, Marchionum Soltwedelensium nomen adhæsit.

§. LXV. Marchio Conradus in itinere Romano sagittâ ictus periit, in cœnobio Hecklingensi terræ mandatus; (1) qui cum ex Agnete, Friderici I. Comitis Sömmerseburgii ac Palatini filia, (2) nullos suscepisset liberos, Bernhardum patruelem successorem designavit in Comitatu Plotzkensi, (3) Marchionatum verò Brandenburgensem Albertus Ursus accepit (4)

(1) Hoc factum est anno CIↃCXX. De quo Aut. chron. mont. seren. p. 12. ita scribit: Conradus, Marchio de Plotzke, in Italiam cum Rege pergens, sagitta transfigitur; cujus corpus in patriam delatum, sepultum est Kakelinge cum parentibus suis. Spangenberg. in chron. Sax. c 218. & Bunting chron. Brunsvic. edit. Meibom. p. 129. id factum volunt annô CIↃCXXXII. (2) ut habet Heinr. Meibom. in chron. Marienthal. Agnes (Filia Friderici Senioris) ducta est à Conrado, Theodorici Comitis Plocensis F., Marchione Brandenburgico. (3) Meminit hujus Bernhardi chronicon Bigaugiense ad annum MCX. verbis sequentibus: Hic pro tempore præfuit ibidem utiliter, & obiit in Hierosolymitana profectione sub Conrado Cæsare, in Comitatu

Bernardi Comitis de Plozeka. Quod pariter ab Autore chron. Montis sereni ad ann. MCXXXIX. factum est. Confer. §. 67. (4) vid. §. 68.

§. LXVI. Comes hic Bernhardus filius Hilperici, & nepos Ottonis divitis erat, (1) qui Hecklingense cœnobium cum fratre suo Conrado denuò exstruxit, & Irmegardam, Patris sui sororem, Abbatissam ipsi præfecit, (2) quam Pontifex Innocentius II. sequenti bulla confirmavit.

INnocentius Episcopus, servus servorum Dei, Dilectæ in Domino Filiæ Irmengardi, Abbatissæ Hecklingensi, Beatorum Martyrum Christi Georgii & Pancratii Ecclesiæ, & Sororibus, quæ secundùm regulam in illa succedent, æternam Salutem. Apostolici moderaminis Clementiæ convenit, religiosos diligere, & eorum loca piâ protectione munire. Dignum namque & honestati conveniens esse cognoscitur, ut, qui ad Ecclesiarum regimen assumti sumus, eas & à pravorum hominum nequitia tueamur, & Apostolicæ Sedis patrocinio foveamus. Eapropter Dilecta in Domino Filia & Abbatissa Irmengardis, Hecklingensem, Sanctorum Martyrum Georgii & Pancratii, Ecclesiam, in qua divino mancipata es obsequio, à Nobili Viro Comite Bernardo fundatam, & ab ipso, ut & ejus posteris Comite Theodorico & Hilperico opulenter dotatam, & ab Hilperici filiis simili veneratione auctam, sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes, ut ordo Canonicus secundùm Beati Benedicti regulam perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Præterea quæ bona prædicti Comites ad hanc Ecclesiam dederunt, vel imposterum accessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum accedent, firma Tibi, Tuisque sororibus Tibi succedentibus permaneant. Obeunte verò Te nunc ejusdem loci Abbatissa, vel tuorum qualibet Successorum, nulla ibi quâlibet subreptionis specie vel violentia præponatur: Sed liceat Vobis communi consilio, vel partis consilio sanioris, secundùm Dei timorem & Beati Benedicti regulam, absque alicujus contradictione, Abbatissam eligere. Decernimus ergò, ut nulli omninò hominum liceat præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones aufferre, vel ablatas reti-

retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisvé persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundò tertiòve commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à Sacratissimo corpore ac sanguine Dei ac Domini Redemtoris nostri JESU Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri JESU Christi, & apud districtum Judicem & Sanctum Petrum ac Paulum præmia æternæ pacis inveniant. Amen.



Ego Innocent. Catholicæ Ecclesiæ Episcopus,



✝ Ego Conradus Labinensis Episcopus.
✠ Ego Gregorius Diac. Cardinalis Sanctorum Sergii & Bacchi.
✠ Ego Otto Diaconus Cardinalis Sancti Georgii.
✝ Ego Guido Diacon. Cardin. SS. Cosmæ & Damiani.
✝ Ego Stephanus Prænestinus Episcop.
✠ Ego Stantius Presbyt. Card. S. Sabinæ.
✠ Ego Guido Cardin. Presb. S. Crisogoni.
✠ Ego Reinerus Presb. Card. S. Priscæ.
✠ Ego Petrus Diacon. Card. S. Mariæ in Portico.

Dat.

Dat. Lat per manum Aimerici, Sanctæ Rom. Ecclesiæ Diac. Cardinal. & Cancellar. IV. Idus Januar. Indictione III. Incarnationis Dominicæ anno MCXXXIX. Pontificatus verò Domini Innocentii II. Papæ anno X.

(1) Aut. Vindic. Anhalt. tab. Genealog. lit. B. (2) Antiquit. Ascanienses, vid. etiam bulla jam allegata.

§. LXVII. Anno CIↃCXLV. Comes Bernhardus quatuor Ecclesias in villis *Stasfurt*, *Aldendorp*, *Cockstede*, & *Winningen* sitas, Monasterio Hecklingensi donavit ac dicavit. Quam donationem Rudolphus, Episcopus Halberstadiensis, eodem anno confirmavit. (1) Anno CIↃCXXXIX. castrum ejus Plotzke à Conrado, Archi-Episcopo Magdeburgensi destructum est. (2) Periit in bello contra Turcas anno CIↃCXLVII. (3) nullos ex Cunigunda, Comite Pleissensi, (4) relinquens liberos. (5)

(1) In hac confirmatione Bernhardus dicitur Comes Bernardus de Plczzike, genere nobilis, sed mente nobilior, utpote Deo devotissimus. (2) Autoris chronici Montis sereni p. 16. verba afferam. Conradus, Archi-Episcopus Magdeburgensis, auxilio Principum sibi faventium castrum Bernardi, Comitis Plötzke obsedit, cepit & destruxit. Per hunc *Bernhardum* intelligit Sagittarius in Hist. Soltvvedelensi §. 57. p. 32. Alberti Ursi filium, qui tamen illo ævo nondum natus erat. (3) Chæricus d. l. (4) Aut. chron. Mont. seren. p. 49. Laurent Faust. im Fürstlichen Stamm-Baum p. 117. (5) Chæricus d. l.

§. LXVIII. Post mortem Bernhardi successor factus est ejus patruus Albertus Ursus, (1) qui jam anno CIↃCXXXIV. defuncto Conrado, Comite Plötzkensi & Marchione Brandenburgico, Marchionatum illum acceperat. (2) De hoc Alberto Urso, ejusque rebus gestis, partim à Sagittario, (3) partim in Antiquitatibus Comitatus Ballenstadiensis & Ascaniensis à me prolixius actum est. Mortuo Alberto Urso, filius ejus Bernhardus Comitatum Plocensem obtinuit, (4) cum cujus morte denominatio etiam Comitatus hujus usurpari desiit. (5) Arcem autem Plötzkensem, & villas, quæ olim ad pagum Nizizi & Comitatum Plötzkensem spectabant, Serenissimi Principes Anhaltini adhuc possident.

(1) Chæricus d. l. (2) Aut. chron. Mont. seren. p. 12. ita hab t: Adalbertus Comes successit Conrado Marchioni. Confirmat hoc Heinr. Basse, Monachus Ballenstadiensis, in Panegyrico Principum de Anhalt. verbis sequentibus. Itaque circa eadem tempora Conradus de Plotzeke, Marchio Brandenburgensis, in itinere Romano sagittâ percussus interiit masculo carens herede, ac per hoc Marchionatus ille devolutus est ad Dominum Lotharium Imp. glorioſissimum, qui eum utpote

utpote Illuſtriſſimo & ad talem tantamque dignitatis illius adminiſtrationem idoneo ac ſufficienti jure feudi Domino contulit Adalberto, Comiti Aſchanienſi & Ballenſtadienſi, ipſumque Marchionem cum omnibus ſuis legitimis heredibus Imperiique Romani Electorem ex tunc & in futurum publicè declaravit anno Domini Milleſimo centeſimo trigeſimo tertio. Videatur etiam Brotuf. in Genealog. Anhalt. L. II. c. 1. p. 28. Et Krantz. L. III. Wandal. c. 18. Hac autem Marchionum ſtirpe in noviſſimo Rudolpho finiente, Soltwedel rediit ad Ottonem de Balenſtede & Anholt Comitem, Alberti Marchionis, cognomento Urſi, Patrem: qui (Albertus Urſus) à Conrado aſſecutus de Brandenburgo Principatum. Per Conradum hunc perperam intellexit, Sagittarius in hiſt. Marchiæ Soltvved. §. 38. Imperatorem Conradum III. cùm potiùs fuerit Comes Plötzkenſis, de quo in §. 64. egimus. Hinc Albertus Urſus Conrado huic ſucceſſit, juxta Aut. chron. Mont. ſeren. ad ann. MCXXXIV, non in Marchionatu Plötzkenſi, quæ eſt Sagittarii ſententia d. l. §. 50. ſed Brandenburgenſi, prout ex Krantzii prædictis verbis & Heinrici Baſſe Panegyrico patet. Comitatum enim Plötzkenſem ad Marchionatûs dignitatem unquàm perveniſſe, nondum apud vetuſtiores reperi. Si itaque (ut ſcribit Albert. Stadenſis ad annum CIↃCXLII.) Albertus Marchio revocatus eſt in gratiam Principum, & recepit omnia ſua, Comitatum & Marcam, Ultima de Brandenburgenſi Marchia explicanda ſunt; per Comitatum autem non Anhaltinus, quippe qui Principatus ab initio ſtatim fuit, ſed Plötzkenſis intelligi debet. (3) In hiſt. Soltvvedelenſi. (4) Bernhardum, filium Alberti Urſi, Comitatum Plötzkenſem poſſediſſe, ex Spangenbergii chron. Saxon. c. 228. patet. (5) Chærici MStum Anhalt.

§. LXIX. Pergimus nunc ad pagum *Serimunt*, qui pago *Grimmeslevo* versùs plagam ſeptentrionalem & orientalem finitimus erat.

§. LXX. Pagus *Serimunt* fuit tractus inter Salam & Mildam, ubi in Albim ſe exonerat, & extendit ſeſe uſque ad fluvium Nutam, à quo pagus Maraſſovv (1) incipit.

(1) Videantur literæ fundationis Monaſterii Lietzke propè Magdeburgum.

§. LXXI. Putat quidem Entzelius, (1) pagum hunc Marchiam Soltvvedelenſem, ſeu veterem, (2) complexum fuiſſe, & allegat diploma ab ipſo depravatum. Huic quoque quædam addit, quæ tamen ad illud non ſpectant. (3) Verba autem diplomatis legitimi ita ſunt concepta.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, Dei Clementiâ Rex. Notum ſit omnibus noſtris præſentibus & futu-


ris, quod Nos omnem Regionem, *Sermunt* nuncupatam, Filio noſtro Ludolpho in proprietatem donavimus. Filius verò noſter, Conradi Ducis, noſtrique Marchionis Geronis interventu, tres marcas prædictæ regionis in Comitatu Thietmari, quarum prima vocatur *Wiſſepici*, ſecunda *Witorulici* cum his villis *Witovulci*, *Trebucovuci*, *Neozodici Drogubulesdon*: tertia *Sublici* cum tribus villis *Sublieci* dictis & - - - *Becimunthorp*, *Procineſthorp*, *Obithesdol*, cum omnibus appenditiis & adjacentiis ſuis, jure perenni ſupra nominato Marchioni in proprietatem donavit. Poſteaque prædicti noſtri Nos obtemperantes petitioni probationique, juſſimus inde hoc præſens præceptum conſcribi, per quod volumus, firmiterque jubemus, ut prænotatus Marchio noſter Gero de his omnibus, noſtro dono ſibi in proprium conceſſis, à modo & deinceps omni tempore liberrimam teneat poteſtatem habendi, donandi, (4) vendendi, ſeu quicquid placuerit ſibi ea inde faciendi. Hæc noſtra conceſſio ut obtineat vigorem, manu noſtrâ ſubtus eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus. Data V. Kal. Aug. Anno Dominicæ Incarnationis IↃCCCCLII. Indictione VIII. Regnante Pio Ottone Rege anno XV. Actum Walahuſen in Dei nomine feliciter Amen.

(1) In chron. Marchico, (2) perperam igitur Entzelius, aliique, eundem ſecuti, exiſtimârunt, pagum Sermuntanum eſſe Balſamorum terram. Hæc enim in antiquis rerum monumentis nunquam pagus, ſeu regio Sermunt audit, ſed potius, Balſamorum regio vocatur. Juvat audire Autorem libelli de fundatione cœnobii Bigaugenſis: Balſamorum etiam regio dominio ejus (Welfi) ceſſit. Porrò: Wicpertus autem in Balſamorum regionem, quæ ei paternâ hæreditate provenerat, ſeceſſit. Et paulò poſt: Ideoque Udo eum dimittens, municipium, quod habuit juxta Elſtram fluvium, nomine Groyſta, cum omnibus attinentiis eidem tradidit pro commutatione regionis Balſamorum. Terra hæc apud Helmoldum chron. Slav. L. I. c. 8°. dicitur Balſemer lande. (3) pro Sermund ponit Zermund, & addit hæc verba ſuperflua: civitatis Oſterburgenſis. Nunquam enim Entzelius ex diplomate aliquo demonſtrare poteſt, Comitem pagi in eodem diplomate ſimul dictum fuiſſe Comitem civitatis iſtius pagi (4) Anno IↃCCCCLXI. Marchio Gero non ſolùm tres prædictas marcas, ſed omnem etiam regionem Sermunt donavit Monaſterio Gernrodenſi, prout

prout hoc ex literis fundationis Gerntodenſis patet. Quod tamen de regione *Balſamorum*, ſeu Marchionatu Soltwedelenſi, dici nequit, quippe quem Majores Vipertorum, Miſniæ & Luſatiæ Marchionum Heinrici IV. & V. Impp. temporibus florentiſſimorum, jure hereditario poſſederunt, de quo chronic. *Bigaugienſe* videri poteſt.

§. LXXII. Sermunti quoque vocatur hic pagus in diplomate Ottonis I. quod dedit Chriſtiano, Marchioni Luſatiæ, anno IↃCCCCXLV. ſuper villas duas, *Steno* & *Quina* dictas. (1) Integrum diploma Alſteti datum ita habet.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divinâ propitiante clementiâ Rex. Dignoſcant omnes fideles noſtri præſentes ſcilicet & futuri. Qualiter Nos, per interventum Dilecti Filii noſtri Liutulfi, cuidam fideli noſtro Marchioni, nomine Chriſtian, in pago *Sermunti*, in Comitatu ejusdem Chriſtiani, in loco, qui dicitur *Steno*, & in loco *Quigina* vocato, quicquid proprietatis hucusque habere visi ſumus, cum cuſtilibus, ædificiis, agris, pratis, paſcuis, mancipiis, ſilvis, aquis, aquarumvé decurſibus, molendinis, piſcationibus, viis & inviis, exitibus ac reditibus, quæſitis ac inquirendis, omnibusque ad prænotata loca jure legitimeque pertinentibus, in proprietatem donavimus. Proinde munificæ largitatis noſtræ præceptum ſcribi juſſimus, per quod volumus firmiterque jubemus, quatenus memoratus Chriſtan de his omnibus noſtro dono ſibi in proprium conceſſis, à modò & deinceps omni tempore liberrimam teneat poteſtatem habendi, donandi, (2) vendendi, commutandi, ſeu, quicquid ſibi placuerit, exinde faciendi. Et ut hoc fidelium noſtrorum ſagacitate verius credatur, ac per ſuccedentium temporum curricula diligentiùs obſervetur, manu noſtrâ ſubtus firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſigillari juſſimus.



Signum Domini Ottonis Invictiſſimi Regis.

Sigillum Ottonis I. (3)

Brun Cancellarius ad vicem Fridurici Archicapellani recognovi. Data Kal. Maj. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXLV. Indict. II. Regnante Ottone Sereniſſimo Rege anno IX. Actum Alaſteti in Domino feliciter Amen.

(1) Bartholom. Svvanenberg. in MS. Anhalt. cum Chærico de his locis ita habet: Alhier iſt beyläufftig zu mercken / daß dazumal Steno und Quina das Amt Deſſau geweſen / denn Steno hart vor dem Thor nach Törtenwartz dem Dorffe gelegen / davon noch heutiges Tages das eine Stadt-Thor zu Deſſau S. Georgen warts das Steniſche Thor genannt wird. Quina aber iſt der Berg bey Schöne / und heiſt noch dieſe Stunde Borck Quina / darauff ein Schloß geſtanden / jetzo Borch Cöne genandt / ungefehrlich eine gute halbe Meil von Deſſau nach dem Abendwerts / mitten im Cöniſchen See gelegen / und iſt noch ein runder Platz mit kantlichen Graben / ſo jetzo mit Holtze bewachſen / vorhanden. (2) Villam Steno donavit Marchio Tietmarus, Chriſtiani filius, Monaſterio Nienburgenſi, de quo Chronologia Abbat. Nienburg. videri poteſt. Hæc villa Steno vocatur in privilegio Wichmanni, Archi-Epiſcopi Magdeburgenſis, dato Monaſterio Nienburgenſi anno MCXCII. *Burchvvardium* ſecus Mildam fluvium ſitum, ad quod quatuor villæ pertinuerunt, Curavve, (Körau/) Muſize, (Moſigke) Chorize, & Pſorobe. Vide prædictam Chronologiam. (3) Idem eſt cum illo, quod Sagittarius Antiquit. Magdeburg. præfixum habet.

§. LXXIII. *Sirmuti* habetur in Diplomatis duobus Imp. Ottonis II. ſuper Grimmers evo datis, quorum unum ſuperius §. 47. allegatum eſt, alterum anno IↃCCCCLXXX. datum, cum priore in plerisque convenit, niſi quod in eo, præter decem villas, adhuc ſeptem numerentur his verbis: quarum ſic ſe numerus habet: *Ogoimiki*, *Widogoſti*, *Predertti*, *Bugovviki*, *Raperi*, (Reptzigk) *Bedoſiki*, *Widogaſti* (Wedegaſt) Aquilonaris, *Widogoſti* Auſtralis, *Ruſocovviki*. (Roßwitz) *Coſſavviki*, *Scrobovvcki*, & iterum *Scrobovvcki*, *Malovvodi* (Molweide) *Pezodulba*, *Clanceſthorp*, *Amoconthorp*, (Amkendorff / jetzo eine wüſte Dorffſtätte / nicht weit von Borgsdorff gelegen) *Zlubuſiki*. Hæc ſcilicet loca & quicquid inſuper ad ea pertinet. Quamob rem à deſcriptione hujus Diplomatis abſtinui.

§. LXXIV. *Sirimunti* ſcribitur in diplomate Ottonis I. Imp. dato Eccleſiæ Magdeburgenſi anno DCCCCLXV. V. Kal. April. Alteram, quæ vocatur Rosburg ultra Salam fluvium ſitam in pago *Sirimunti*. (1) Hoc ratum habuit Otto III. anno DCCCCXCII. V. Kal. Sept. ſub dato Magdeburg. (2)

(1) Sagittar. Antiquit. Magdeburg. p. 43. Leuber. ſtapul. Saxon. num. 1600.

(2) Heinr. Meibom. de pagis Saxon.

§. LXXV.


§. LXXV. *Seremode* nominatur in donatione Ottonis M. Imp. data Dornburg IV. Non. Novemb. anno Domini DCCCGLXX. (1) Ob interventum Ottonis Ducis, nepotis sui, concessit cuidam Livvoni, Pincernæ suo, villam *Biendorp*, (2) in pago *Seremode*, in Comitatu Thietmari sitam in proprium. *Serimode* autem habet diploma Ottonis II. Imp. super pagum *Koledizi*, cujus paulò post in §. 80. mentio fit.

(1) Heinric. Meibom. de pagis Saxon. (2) villa Biendorp. prope Vohnam adhuc supereſt.

§. LXXVI. *Zirimundis* denique hic pagus dicitur in diplomate Ottonis III. Imp. dato Comiti Wali anno DCCCCLXXXIX. Ipsum diploma subjicimus.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto divinâ favente Clementiâ Rex. Omnibus fidelibus nostris, præsentibus scilicet atque futuris, notum esse volumus, Quomodo Nos petitionem & votum dilectæ amitæ nostræ Methildis, videlicet Quintilimburgensis Ecclesiæ venerabilis Abbatissæ, sequentes, nec non & desiderium fidelis nostri *Wali* Comitis adimplentes, ad Monasterium suum *Rode* nominatum, quod ipse & conjux sua, *Odeluit* nominata, in honore Dei noviter constituxerunt, villam quandam *Zotouvve* vocatam, quæ nunc dicitur Walstorpe, quam ipse de nostra proprietate hactenus beneficiario usu sibi à Nobis habuit concessam in pago *Zirimundis* dicto, & in Comitatu Geronis Comitis sitam, pro redemptione animarum beatæ memoriæ Avi ac Genitoris nostri Augustorum Imperatorum, ac remedio animæ nostræ, & dilectæ Matris nostræ Theophaniæ Imperatoricis Augustæ, dedimus, atque à nostro jure in Ecclesiæ jus tradendo transfundimus, Ea verò ratione, ut prædicta villa, ad prædictã Eccles. à Nobis tradita, dehinc sub potestate Eccl. ipsius & Abbatissæ illius, quæ modò hic Eccles. præsidet, futurarumque, quæ ei succedunt, perpetualiter sine avulsione consistat. Et ut Sanctimoniales die nocteque in Dei servitio ibi manentes pro animabus Parentum nostrorum, ac pro Salute & stabilitate Regni nostri magis exorare debeant divinæ pietatis clementiam. Et ut hæc donationis nostræ traditio à nulla persona præsente ac futuro tempore avelli vel frangi possit, præceptionis hujus tenorem inde conscriptum Sigilli nostri

ſtri impreſſione ſignari juſſimus, manuque propriâ, ùt infrà videtur, corroboravimus.

Signum Domini Ottonis  Glorioſiſſimi Regis.

Hildibaldus Epiſcopus & Cancellarius vice Willigiſi Archi-Capellani recognovit. Data Non. Maj. anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXXVI. Indict. XIV. anno autem tertii Ottonis regnantis tertio. Actum Merſeburgh feliciter Amen.

§. LXXVII. In pago *Sermunt* ſita quoque erat villa *Wirbizke* olim (hodie Wörpzig) vocata, de qua ſermo eſt, illam quondam Comitatum fuiſſe idque ex literis feudalibus Celſiſſimorum Principum Anhaltinorum probare volunt. Verùm his reſpondetur, Comitatum Wörpzig / cujus prædictæ literæ mentionem faciunt, priſcis temporibus *Worbez* vocatum fuiſſe. (1) *Worbez* verò non hæc villa, ſed civitas Werben / in Marchia veteri ſita, ævo illo ita nominata fuit, quam Majores Principum Anhaltinorum tùm temporis poſſederunt. (2)

(1) Vid. ſupra. (2) Anno MCXLIII. fuit Comes in Werben Theodoricus, Alberti Urſi filius, de quo Chæricus ita habet: Theodoricus der VII. Sohn Alberti Urſi iſt Graf geweſen zu Werben in der alten Marck unter Tangermünde an der Elbe.. Meminit hujus Theodorici etiam Lerbeccius chron. Comit. Schauenburg. hiſce verbis: Præſul Mindenſis, de Blanckenborg ortus capellam & caſtrum veteris montis Buckeberg cum omnibus ſuis attinentiis, à Thiderico Comite de Werbende / LXXX. marcis datis, de conſenſu Fratrum ſuorum Sigfridi, Bremenſis Archi-Epiſcopi, Bernhardi, Ducis Saxoniæ, Ottonis, Marchionis de Brandenborg, Monaſterio Overenkercken / ob reverentiam Virginis Benedictæ, & ut ejuſdem cœnobii Moniales habentes vitæ neceſſaria, ſe in Monaſterio continerent, Domino fideliter ſervientes, comparat, & perpetuis temporibus aſſignat, anno Domini MCLXX. Indict. XIII. His addunt Meibomianæ notæ ſequentia. Nullus Scriptorum hactenus in filiis Alberti Urſi, Marchionis Brandenburgenſis, hunc Tidericum nominavit. Debet ergo conſervationem nominis ſui Lerbeccio. Putó autem

pro

pro Werbende legendum esse Werben / quæ urbs est veteris Marchiæ ad Alandam fluvium. Plura de hoc Theodorico videre licet in Antiquitatibus Comitatûs Ballenstadiensis & Ascanienſis.

§. LXXVIII. Comitum, qui pago *Sermunt* postremùm præfuerunt, primus fuit Christianus, Ditmari, Comitis Wettinensis, & *Burggrafii* Zorbecæ filius, (1) secundus Marchio Lusatiæ. (2) Obiit anno DCCCCLXXIII. (3) sepultus Magdeburgi. (4) Conjugem habuit Hiddam, Geronis Marchionis I. Lusatiæ sororem, (5) ex qua natus Diethmarus, successor, & Gero, Colonienſis Archi-Episcopus. (6)

(1) Albin. chron. Misn. p. 248. 405. (2) Idem, Hoppenrod. Annal. Gernrodenſ. (3) Albin. d. l. p. 405. (4) Faustus d. l. Heinr. Meibom. Rer. Germ. T. II. p. 272. Otto Imp. juxta eandem Ecclesiam corpus egregii Marchionis Christiani, qui fuit Pater Geronis, Colonienſis Archi-Episcopi & Thietmari Marchionis, Nuenburgenſis Ecclesiæ Fundatoris, aliorumque sibi familiarium, tumulari præcepit. (5) Aut. chron. Mont. Seren. p. 36. Hoppenrod. libro Genealog. p. 60. Albin. d. l. p. 18. Faustus verò d. l. p. 106 & Entzel. Annal. March. Vet. vocant illam Siburg. (6) Aut. chron. Mont. ſer. p. 36. Faust. d. l. Albin. d. l. p. 405. Heinr. Meibom. d. l.

§. LXXIX. Patri autem successit Marchio Dithmarus, de quo suprà §. 58. sufficienter egimus. Mortuo verò Dithmaro, ejus filius Gero, adhuc puer, (1) Comitatum hunc acquisivit. (2)


(1) Hoc patet ex diplomate §. 47. allegato (2) plura vid. de hoc Gerone §. 57.

§. LXXX. Pago *Sermunt* meridiem versus proximè adjacebat pagus *Koledizi*, cujus limites erant Sala, Vona & Milda fluvii. Maximam hujus pagi partem Rex Otto II. Marchioni Tietmaro, Fundatori cœnobii Nienburgenſis, anno IↃCCCCLXXIII. dono dedit per diploma quoddam. In quo quia non pauca Antiquitatum Principatûs Anhaltini notitiam illustrantia, dignum utique censemus, quod integrum afferamus.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto, divinâ favente Clementiâ semper Augustus. Cum nostræ sit condignum Serenitati, piis honestisque petitionibus benignum præbere assensum, Omnibus notum esse cupimus fidelibus nostris, tàm præsentibus, quàm futuris, Qualiter Thiemoni Comiti pro fideliſſimi recompensatione servitii, quod sœpius erga beatæ memoriæ Genitoris nostri Imperatoris Augusti voluntatem nostrumque libitum

bitum peregit, tantum terræ proprietatis noſtræ, in regione pagoque *Koledizi* & in ipſius comitatu, (1) quantum à palude Vona verſus occidentem longiùs ad marchas *Kotenni*, *Biteni* & *Ezeri* (2) protenditur, & hinc verſus aquilonem, contrà marcham *Serimodem*, (3) & ultrà tumulum *Bulzina*, (4) & de tumulo uſque ad lucum *Churozt* (5) contra marcham *Gorizka*, (6) & inde uſque ad paludem circumquaque infra ipſum ambitum concluditur, noſtræ Imperialis potentia auctoritatis in perpetuæ uſum proprietatis conceſſimus, firmiterque largiti ſumus, cum terris cultis & incultis, paſcuis, pratis, ſilvis, aquis, aquarumve decurſibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, & cum omnibus jure legaliterque adhæc pertinentibus, eo tenore, ut liberè ipſe deinceps perfruatur arbitrio hæc tenendi, dandi, commutandi, poſteris relinquendi, ſeu, quicquid voluerit, inde faciendi. Et ut hoc noſtræ donationis præceptum firmius ſtabiliusque, perſeveret, hanc cartam ſcribi juſſimus, annuloque noſtro ſignatam manu propriâ ſubtus eam firmavimus.

Signum Domini Ottonis



Magni Imper. Auguſti.

Willigiſus Cancellarius vice Rodberti Archi Cappellani notavi. Data quarto Nonas Junii Anno Incarnationis Dominicæ DCCCCXXIII. Indict. II. anno Regni Domini Ottonis XIII. Imperii VII. Actum Dornburg.

(1) Marchio Tietmarus, qui in hoc diplomate Thiemon vocatur, hoc modo in omnibus pagis, qui in Salæ, Albis, Mildæ & Vonæ fluviorum ambitu fuerant, comitatus habuit. (2) Marcha hîc pagi Koledizi partem denotat. Hoc modo Kotevvi (Cathovv olim propè Gröpzig) Biteni (Biten) & Ezeri (Eberiß) Provinciæ Koledizi partes fuerunt.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [524] - 50

fuerunt. (3) Marcha Serimode terminus, seu limes erat pagi Serimunt. Sic Marcha multipliciter sumitur in hoc diplomate. Marca enim & Marchia vocabulum est πολύσημον & quandoque vicum, vel villam, nonnunquam pagi alicujus, aut Provinciæ partem, non rarò terminum, seu limitem alicujus regionis, sæpius Marchionis territorium, designat. (4) Der Berg bey Bilser Höhe/ wo jetzo die Windmühle drauff stehet. (5) Dumetum propè villam Rensdorf. (6) Gorizka. (hodie Görtzig) pars etiam fuit hujus pagi.

§. LXXXI. Restant adhuc describendi duo pagi, ultra fluvium Mildam siti, quorum villæ ad Principatum Anhaltinum jam spectant. Nominati autem fuerunt *Nithsice* & *Cluze*.

§. LXXXII. Pagus *Nithsice* fuit ultra Mildam fluvium. Comitatum in hoc pago habuit Albertus, ejus nominis septimus, Comes Ballenstadiensis, Marchionis Ottonis Pater. (1) Hic anno MLXXVII. omnem lignorum utilitatem ejusdem pagi cœnobio Nienburgensi attribuit per sequentem scripturam.

IN nomine Domini. Notum sit omnibus in Christo credentibus, tàm futuris quàm & præsentibus, quomodo Comes Adelbertus, Nuwenburgensis Advocatus, pro Christi amore ejusque Sanctæ Genitricis perpetuæ Virginis Mariæ honore, ad eundem tradidit locum manu potenti, & absque omnium hominum contradictione, omnem lignorum utilitatem in pago *Nithscice*, ut, quæcunque prædicti coenobii Abbatibus essent necessaria ad Monasterii, claustri, officinarum, pontis, curtium, foris & intus, inde liberè & sine commutatione ad restaurationem acciperent. Adhæc etiam addidit, si quis, vel qua in tota ejusdem loci familia exercitus exustulatione depopulatus, sive Dei judicio castigatus, aut ex quacunque causa necessarius extiterit, eadem sibi ad restauranda ædificia perpetuo habebit. Ex his autem lignis, quibus regio illa debet circumvallari & muniri præter omissis. Cujuscunque verò beneficium erit, Dominus Abbas hanc potestatem procul dubio firmiter tenebit. Hæc ergo prædictus Comes constituit ac scribi præcepit, & per scripta manu propriâ cum suimetque sigillo consignavit, ne post ejus mortem ulli liceret hanc violare traditionem, scilicet eo tenore, uranimabus, omnium ipsius Parentum, sui suæque conjugis, & eorum filiorum ac posterorum

liceat cum Christo sine fine regnare, quod ipse præstare dignetur, cujus imperium permanet per infinita secula seculorum Amen.

(1) De hoc Comite Alberto suprà §. 21. egimus.

§. LXXXIII. *Nietci* quoque audit hic pagus in litteris prædicti Comitis Alberti supervillam Huckno nuncupatam, quam eidem cœnobio adscripsit. Sunt autem litteræ tales.

TAm præsentibus, quàm post futuris notum sit, quam traditionem pro remedio Patris, & matris, animæque suæ Venerabilis Comes Adalbertus ad sanctum Altare Sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ fecerit locum unum, Huckno nuncupatum, cum omni utilitate, quam habet in pascuis, in paludibus, in silvis, in pratis, & unum sclavum, cum conjuge liberisque suis ibidem locorum habitantem, nostræ Ecclesiæ in proprium mancipavit, & sic, ut non possit à quoquam mutari vel aufferri, manu suâ corroboravit. Insuper & aliam his addidit utilitatem, sed ut Abbas ejusdem loci, quicunque fuerit, liberam habeat potestatem in pago regioneque *Nietci* vocata, sine ullius contradictione, cædendi ligna, in cujuscunque Militum ejusdem Comitis fuerint beneficio sita, ad meliorandum monasterium, & claustrum, ad quotidiana fratrum servitia, ad pontem, & reconstruenda pastoforia, ad auxiliandum his, quorum fortè ædificia in eadem Abbatia fuerint igne consumta. Ceterùm autem qui velint ex ipsius loci hominibus aliquam utilitatem habere, non eadem licentia, sed ut æquum vulgare postulat, utantur data mercede. Hanc verò traditionem, quam suprà memoratus Venerabilis Comes nostro Monasterio contulit, si quis temerario, quod absit, ausu violare præsumserit, sciat certissimè, se vinculis anathematum innodatum, & cum diabolo, atque Juda proditore Domini nostri JEsu Christi, æterni supplicii incendio deputatum.

§. LXXXIV. Sequitur tandem pagus *Cluze* dictus, cujus terminus infrà Mildam & Nitlavve, itemque infra Lubina & Zprutavve fluvios situs fuit. In eo erat Burgvvardium *Cluze* pariter vocatum, à quo etiam denominationem obtinuit, & pariuit pariter prædicto Alberto, Comiti Ballenstadensi Anno MCXLIV. Arnoldus, Abbas Nienburgensis, hoc burgvvardium *Cluze* à quodam Nobili, Svidegero dicto, emit, quod Rex Conradus

dus III. postmodum sub suam defensionem & mundiburdium (uti in diplomate audit) recepit per sequens diploma.

IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Conradus, divinâ favente Clementiâ secundus, (1) Romanorum Rex. Si ea, quæ à Prædecessorum nostrorum Regum, sive Imperatorum, largitate locis divino cultui mancipatis sacra & veneranda religione collata sunt, devotè ac benignè confirmamus, nos quoque à Deo Patre certam remunerationem in futuro accipere speramus. Notum sit ergò omnibus tàm præsentibus, quàm futuris Christi fidelibus, Qualiter Venerabilis Arnoldus, sanctæ Nigenburgensis Ecclesiæ Abbas, quoddam burgwardium *Cluze* vocatum, cum omnibus appendiciis suis, ultrà Mildam in pago *Cluze*, in Comitatu Adalberti Comitis, à quodam Suidegero, suis legitimis heredibus consentientibus, datis quadraginta marcis, in beneficium acquisivit, nostram interpellavit Clementiam, ut sub nostram defensionem & mundiburdium perpetuò tutandum reciperemus. Quia autem justis postulationibus deesse non debemus, præfatum burgwardium sub protectionem Regiæ Majestatis accipimus, prohibentes, ut nulli liceat infra terminum bonorum illorum, vel hominum mihi servientium, assultum facere, vel aliqua violentia opprimere, vel aliquibus vexationibus fatigare. Siquid verò prædicta Ecclesia in bono jam suprà nominato, in campis, terris cultis & incultis, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, paludibus, piscationibus, viis & inviis, quæsitis & inquirendis, & omnia, quæ modò habet, vel quæ in antea, Deo adjuvante, habitura est, eidem Abbati & fratribus suis, eorumque successoribus, in perpetuum confirmamus & corroboramus. Statuentes & præcipientes, ut nullus Episcopus, nullus Dux, Marchio, Comes, Vice-Comes, nullaque sub nostro Regno degens magna vel parva persona, in eisdem prædiis Fratres Deo servientes inquietare & molestare audeat, vel prædictum Monasterium disvestire de rebus suis, aut invasionem facere præsumat, sed, qui idem facere voluerint, impedire. Si quis autem, quod absit, hujus præcepti nostri paginam violare aut infringere præsumpserit, auri

puriſſimi quadraginta libras componat, & in medietatem perſolvat Cameræ noſtræ Regali, & medietatem Quæſtori Eccleſiæ. Et ut hæc noſtra confirmatio ſtabilis & inconvulſa omni permaneat ævo, hanc cartam inde ſcribi & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Hæc autem acta ſunt Wirceburc, Regnante Conrado ſecundo Glorioſiſſimo, Romanorum Rege Invictiſſimo, anno Regni ejus VII. præſentibus Gerhardo, Magdeburgenſis Eccleſiæ Præpoſito, & ipſius Regis Filio Henrico, & Conrado de Waltſtein, & Conrado, qui vocatur Brüs, & aliis Regni Miniſterialibus quàmplurimus.

Ego Adelbertus Capellanus ad vicem Arnoldi Cancellarii recognovi.



Signum Domini Conradi, Romanorum Regis Invictiſſimi.

Data Wirceburc Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo centeſimo quadrageſimo IV. Indictione ſexta. VII. Kal. Martii.

(s) Rex

(1) Rex Conradus in hoc diplomate ſcribitur ſecundus, qui tamen in ordine tertius fuit.

§. LXXXV. Anno MCXLVIII. Fridericus, Archi Epiſcopus Magdeburgenſis, munificentiam ſuam erga Eccleſiam Nienburgenſem teſtatus eſt, eidem dicando varios mellis uſus atque decimas in burgwardio *Cluze*, & in pago ejusdem nominis ſito. In hujus donationis diplomate pariter pagi *Cluze*, & ejus limitum mentio facta eſt hiſce verbis: Quliater dilectus noſter in Domino Arnoldus, Venerabilis Abbas Nigenburgenſis coenobii, burchvvardium quoddam, *Cluzi* vocatum, ſecus Mildam in pago *Cluze*, cum omnibus villis & attinentiis ſuis, à Suithero quodam Nobili, ac legitimis heredibus ejus multo labore, ac rerum ſuarum attenuatione emtum, præfato ſuo Monaſterio acquiſivit. Et porrò: Omnem decimam, quæ, Deo propitio, nunc & in futuro juſtis modis acquiri potuerit, de ſuprà ſcripto burchvvardio *Cluzi*, cum omnibus villis in pago *Cluze* infra Mildam & Nitlavve, itemque infra Lubenam & Zprutavve fluvios, termino poſito Nigenburgenſi coenobio, in uſum Abbatis, Fratrumque ejus, Chriſto ejusque Beatæ Genitricis famulantium, nec non & omnibus in futurum temporibus poſſidendam legitima traditione donavimus.

§. LXXXVI. Anno MCLVIII. Wigmannus, Archi-Epiſcopus Magdeburgenſis, repetiit donationem illam de decimis in burgvvardio *Cluze* factam, & capite præcedenti à Nobis recenſitam. In hujus privilegio eadem de pago *Cluze* verba, quæ in antecedente paragrapho allegata ſunt, leguntur.

§. LXXXVII. Hæc itaque ſunt, Benevole Lector, quæ de *Pagis* & Comitatibus antiquis, quibus Principatus Anhaltinus natales ſuos fert acceptos, ex antiquis Manuſcriptis & Diplomatibus, in uſum poſteritatis, collegimus, Tuoque æquo jam tradimus judicio.

Faxit DEUS Ter Opt. Max., ut Celſiſſimi Principes Anhaltini, è ſtirpe Aſcanienſi oriundi, tam diu vigeant, floreantque, donec hac in terra omnium rerum appropinquat certiſſimus

FINIS

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [529] - 55

INDEX RERUM NOTABILIUM.

Numeri autem non paginas, ſed paragraphos indicant.

ADelheidis ſoror Eccardi §. 19.
Abbatiſſa Gernrodenſis. ib.
Advocatia in Scavviz 37.
Gernrodenſis. 20. 24.
Advocatus Ballenſtadienſis 21.
Albertus VII. Comes Ballenſtad, Advocatus Gernrodenſ. 21.
& Ballenſtad. ibid.
& Nienburgenſis ibid.
fundat Præpoſituram in Ballenſted. 22.
obit ibid.
Albertus Urſus 33.
fuit primus Comes Aſchersleb ienſis dictus ibid.
accipit Marchionatum Brandenburgenſem 65. 68.
Anhalt caſtrum 29.
Aſcanienſis Comitatus 27. 30. 39.
olim Aſcherslebienſis 32.
Aſcanium unde derivetur? 31.
Ballenſtadienſis Comitatus 27. 30.
unde dicatur? 28.
quando denominatio ejus deſierit? 29.
quis ultimus fuerit Comes? ibid.
Ballenſted arx 28.
convertitur in Monaſterium 29.
Ballenſtadienſium Comitum Calendarium. 40.
Bernburg 49. ſeqq.
fit Marchionatus 50.
Bernhardus Comes de Aſchersleve 35.
fit Dux Saxoniæ 36.
dat Eccleſiæ Colbeccenſi ſalis aram 36.
& privilegia ſuper Advocatiam in Scavviz 37.
Comes Ballenſtad. 53.
Budizco 46. 47.
Calendarium Comitum Ballenſtad. & Aſcanienſium 40.
Chriſtian. Marchio Luſatiæ 15. 43. 55.
Cluze pagus 81. 84.
in protectionem regiam ſuſcipitur. 84.
decimæ in eo dantur Monaſterio Nienburgenſi 85.
Comes Rath 54.
Comitatus & pagus ſunt ſynonyma; Ballenſtad. 27.
Nordringenſis 14. 27. 42.
Aſcanienſis 27. 30.
Reveningenſis 27.
Warmsdorf 27. 41.
Aſchersleve 29. 32. 34.
quamdiu denominatio hujus durârit? 39.
Wörpzig 77.
Plötzkenſis, 68.
Comites pagi Grimmerslevo 54.
Plötzkenſis 67.
quis ex Aſcanienſibus primùm acceperit titulum & inſignia Marchiæ veteris? 64.
pagi Sermunt 78.
Conradus Marchio Brandenburg. 64.
obit 65.
Ducatus qualis intelligendus? 16.
Diploma Henrici IV. ſuper Eccleſiam Ballenſted. 10.

Adel-

INDEX RERUM NOTABILIUM.

Adelberti, Comitis Ballenſtad., quô Præpoſituram Ballenſtad. incorporat Monaſterio Neuburgenſi 22.
Friderici Archi-Epiſcopi Magdeburg., de bonis in Gilverſtede 34.
Bernhardi Comitis Aſchersleb ienſis, quo confirmatur donatio in prædio Eskenrod, 35.
ejusdem, quo Eccleſ. Colbecc. datur ara Salis in Stasfurt 36.
ejusdem ſuper Advocatia in Seavviz. 37.
Ottonis II. ſuper XXX. manſos in pago Grimmerslevo 46.
alia donatio 47.
Otton. III. ſuper IV. manſos 61.
Entzelianum vitioſum 71.
Ottonianum correctius ibid.
ſuper duas villas Steno & Quina 72.
Monaſterium Rode concernens 76.
quô Tietmaro datur maxima pars pagi Sermunt 80.
Alberti, Comitis Ballenſtad. de lignorum utilitate in pago Nithſice 82. ſeq.
Conradi III. protectorium ſuper Cluze 84.
Eccardus I. Marchio Miſniæ 18.
multa dat monaſt. Gernrod. 18.
cujus Advocatus erat, ibid.
Soror ejus 19.
occiditur ibid.
ſepultus Jenæ ibid.
uxor ac liberi ejus ibid
Eccleſiæ Havelbergenſis conditor 16.
Colbeccenſis 36.
Entzelii error 71
Ervinus, Comes Martisburgenſis 13.
Eſicus V. Advocatus Gernrodenſ. 20.
filii ejus ibid.
mors, ibid
Eskenrod 33.
Fridericus, Archi Epiſcopus Magdeburgenſis, dat cœnobio Nienburg decimas &c. 85.
Gero Marchio quis fuerit? 11. ſeqq.
fit primus Marchio Luſatiæ 16.
& Brandenburgenſis ibid.
fundat monaſterium Gernrodenſe, ibid.
& cathedralem Eccleſiam Havelb. ib.
qualis dux fuerit? 16.
uxor & filii 17.
obit, ibid.
Archi Epiſcopus Colon. 56. 58.
fundat monaſterium Dancmarsfeld. 56.
Giſela Agneſa, Princeps Anhaltina, è vetuſto ſtemmate Comitum de Rath, 54.
Goscap, 41.
Grimmerslevo pagus 45. ſeq. 47.
Comites in eo 54.
Habecha, Abbatiſſa Gernrod, 23.
Hadwigis, Abbatiſſa Gernrod. 17.
Hagenrode Præpoſitura 58.
Hidda, ſoror Marchionis Geronis, 15.
Huckno villa 83.
Innocentii II. bulla 66.
Joannis XIII. confirmatio fundationis Monaſt. Dancmarsfeld. 57.
Koledizi pagus.
Lotharius primus Marchio in Bernburg 50.
veneno tollitur 51.


Mar

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [531] - -

INDEX RERUM NOTABILIUM.


Marchiæ Brandenb. quis titulum & insignia primũ acceperit? 64.
Monasterium Westergrõningen 15.
Gernrodense 16.
prima hujus Abbatissa 17.
& Advocatus 18.
accipit multa proedia ibid.
& castellum Nienburg 43.
advocatia ejus quando pervenerit ad Comites Ballenstad. &c. 20. 24.
Nienburgense 22. 46. seq. 61 85.
Ballensted. 29.
Marienthalense 35.
Dancmarsfeld. 43. 55. 57.
translatio ejus. 58.
Hecklingense 35. 65. 66. 67.
Rode 76. Froiæ 10.
Nienburg castrum 42. seq.
datur Monast. Gernrod. 43.
Nietsi pagus 21.
Niethsice pagus 14. 81. 82.
Nizizi pagus 61. 62. 63.
Nordringensis comitatus 27. 42. 43.
Nordthuringiæ pagus 6. 7. 25.
fines ejus 25.
nomen ejus mirè variat 26.
est major pagus 27.
multi in eo Comitatus ibid.
Otto dives 23. 29.
condidit castellum Anhalt. 29.
ultimus Comitum Ballenstad. 29.
posteri ejus dicuntur Comites de Aschersleve 29.
Pagus quid 2.
unus ei plerumq; Comes præest 3.
& Comitatus sunt synonyma 3.
unus interdum plures continet Comitatus & contra ibid.
Plözke castrum 67.
Præpositurae in Ballenst. fundator 22.
incorporatur Monast. Nienburgensi 22. 29.
Hagenrode 58.
Quina villa 72.
Rathi Comes 46. 54.
ex ejus stirpe princeps Anhalt. 54.
Reveningensis comitatus 27.
Serimunt pagus 69. 70. 72. 73. 74. 75. 76. 80.
non est terra balsamorum 71.
Sigfrid. Geronis Marchionis frater 15.
fundat Monast. in Westergröningen. ibid.
ejus vidua fit Abbatissa 17.
Sirmuti pagus 47. 72.
Steno villa 72.
Suevon pagus 7. 8. 9. 10.
Comites in eo 11. 18. 20. 21.
conceditur Esico V. 20.
quando denominatio hujus pagi desierit? 24.
Thiemon Marchio 55.
Titmarus Marchio 58. 79.
obit 59.
uxor ibid.
epitaphium ibid
Thuringia septentrionalis in multos pagos secta 25.
Udo, Marchio Stadensis, 63.
& Brandenburgensis 65
Warmsdorf 27. 41.
Welphorum prosapia 23.
Werben civitas 77.
Wernherus Marchio necat Dedonem Marchionem 52.
Wirbizke villa 77.
Worbez ibid.

FINIS




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK


Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [533] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [534] - -



GWLB Hannover 35
036 855 952
XIII, 802a
H. Germ. XI. 8
GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [535] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [536] - -

PUBLIC DOMAIN



Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 1;ZEN Leibn. Marg. 48, [537] - -